1. *Paleïs autem.*) Locus non integer. Sanè apud Stephanum in Κράνιον, urbs Cephalleniæ Πηλεὺς refertur. *Xyland.*

2. Παρ' ἕνα τοὺς ἡμίσεις) Rectè Strabo παρ' ἕνα, hoc est, *uno excepto.* Nam sic esse vertendum debuit Xylander saltem ex magni illius Budæi Comm. Ling. Græc. discere. pag. 241. ed. Rob. Stephan. *Casaub.*

3. Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία) Cephalleniæ situm sic diligenter explicat Polybius, libro quinto p. 491. Ἡ Κεφαλληνία κεῖται μὲν κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, ὡς εἰς τὸ Σικελικὸν ἀνατείνουσα πέλαγος· ἐπίκειται δὲ τοῖς μὲν Πελοποννήσου τοῖς πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς ἑσπέραν μέρεσι κεκλιμένοις, καὶ μάλιστα τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ· τῆς δ' Ἠπείρου καὶ τῆς Αἰτωλίας, ἔτι δὲ τῆς Ἀκαρνανίας τοῖς πρὸς μεσημβρίαν, καὶ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσιν ἐστραμμένοις. *Cephallenia enim ad sinum Corinthiacum sita, Siculumque spectans mare, Peloponnesi partibus quæ ad septentrionem & occasum vergunt: præcipue autem regioni Eleorum imminet: Epiri vero & Ætoliæ atque Acarnaniæ partibus illos quæ Meridiei & occidenti soli sunt obversæ.* Plinius H. Nat. IV. c. 12. *Cephallenia quondam Melæna dicta, XI. M. pass. abest, circuitu patet XLIV. Idem.* de Cephallenia, ut solet, sollicite optima quæque congessit amantissimus mei Christophorus Cellarius vir juvandis literis natus, in nunquam satis laudato opere quod inscripsit Notitiam Orbis Antiqui Lib. II. c. 14. quem non describo.

4. Μικρὰ δὲ) Lego μακρὰ δὲ ut intelligatur hæc insula longior esse quàm latior, quod priorem interpretem animadvertisse video, licet hîc cæcutierit Xylander. *Idem.*

5. Ὄρος ἐν αὐτῇ Αἶνος.) Pro Aeno inculcarant librarii ἐν αὐτῇ. ego locum refeci ex interprete Apollonii, qui in librum secundum numero 14. sic scribit: Ἔστι γὰρ καὶ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας, ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστι, οὗ μνημονεύει Λέων ἐν περίπλῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς λιμέσιν. Citat etiam versum Hesiodi de Jove Aenesio, in quo Αἰνηΐῳ puto malè positum pro Αἰνισίῳ, quanquam etymologia Aeneium probat. Hîc autem στερροτάτη relinquens, legi tamen in vertendo στενοτάτη. *Xyland.*

5. Ὄρος ἐν αὐτῇ Αἶνος) Hujus loci restitutio debetur Xylandro. Locus Apollonii scholiastæ unde petita est emendatio, est in hæc ejus verba libri secundi. ℣. 297.

—Πάρος Πλωτὰς καλέοντες:

D

vide omnino locum στενοτάτη pro στερροτάτη, agnoscit etiam prior interpres: non necessaria hîc quidem cautione usus. Ita etiam veteres libri habent: & ὑπερκλύζεσθαι, non ὑποκλύζεσθαι. *Casaub.*

6. Καὶ πολίχνιον λέγει ἐν αὐτῇ Ἀλαλκομενὰς) Stephanus Byzantinus de urb. hujus urbis nomen Ἀλκομεναὶ, Plutarchus vero & Strabo Ἀλαλκόμεναι esse scribit. Sed aperte dicam quod sentio: Et Plutarchi & Strabonis locus mendo non caret. Transcriptores insigni vecordia primam hujus nominis syllabam geminarunt, quod vitii genus haud raro in manu exaratis codicibus occurrit: nam nullo jure Stephani verba in mendi suspicionem venire possunt, quia jam antea ex suo loco de oppido Bœotiæ Ἀλαλκομεναὶ mentionem fecit. Si hæc civitas in Ithace eodem nomine fuisset insignita, procul omni dubio ibi etiam ejus meminisset? oppidorum enim in variis per totum orbem locis sitorum homonymiam tam accurate persequitur epitomator, ut plurimas omnino enumeret, quæ etiamnum latent & ignorantur,

positum isthmo. ¶ Samum vero poëta etiam Thraciam illam appellat, quæ nunc Samothracia dicitur. Ionicam autem ab eo visam fuisse apparet, cum videatur ei cognita fuisse Ionica colonia. Tamen ambiguitatem distinxit de Samothrace, loquens alias adjectivo,

> *Threicia illa Sami frondoso in vertice summo.*

Alias vicinarum insularum adjunctione,

> *In Samon, inque Imbron, vel inaccessam quoque Lemnum.*

Et rursum:

> *Qua Samon atque Imbrum spacio mare dividit æquo.*

Notat ergo Samum Ionicam, sed non nominavit: neque sane olim ea Samus fuit vocata, sed Melamphylus, ac deinde Anthemis, post Parthenia à flumine Parthenio, qui Imbrasus postmodo appellatus est. Quoniam igitur tempore belli Trojani Sami nomen & Cephalleniæ tributum fuit, & Samothracæ (alioqui enim non introduceretur Hecuba filios suos dicens ab Achille captos fuisse in Samum & Imbrum divenditos) apparet coloniam Sami Ionicæ nondum fuisse deductam: quam ab antiquarum aliqua nomen duxisse evidens est. Unde hoc quoque

A ἰσθμῷ κείμενον. [1] Καλεῖ δ' ὁ ποιητὴς Σάμον, καὶ τὴν Θρᾳκίαν, ἣν νῦν Σαμοθρᾴκην καλοῦμεν. Τὴν δ' Ἰωνικὴν εἰδὲ μὲν ὡς εἰκός. καὶ γὰρ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν εἰδέναι φαίνεται· [2] οὐκ ἀντιδιέστειλε δὲ τὴν ὁμωνυμίαν περὶ τῆς Σαμοθρᾴκης λέγων, ποτὲ μὲν τῷ ἐπιθέτῳ·

> Ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς [3] Σάμου ὑληέσσης
> Θρηϊκίης --- *Iliad. ν. 12.*

Ποτὲ δὲ τῇ συζυγίᾳ τῶν πλησίον νήσων,

> Ἐς Σάμον ἔστ' Ἴμβρον καὶ Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν. *Iliad. ω. 753.*

Καὶ πάλιν. *ibid. 78.*

B

> Μεσσηγὺς τε Σάμοιο, καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης.

[4] Ἤδει μὲν οὖν * αὐτὴν, οὐκ ὠνόμακε δέ· [5] οὐδ' ἐκαλεῖτο τῷ αὐτῷ ὀνόματι πρότερον, ἀλλὰ Μελάμφυλος, εἶτ' Ἀνθεμὶς, εἶτε Παρθενία ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Παρθενίου, ὃς Ἴμβρασος μετωνομάσθη. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ, Σάμος μὲν, καὶ ἡ Κεφαλληνία ἐκαλεῖτο, καὶ ἡ Σαμοθρᾴκη, ([6] οὐ γὰρ ἂν Ἑκάβη εἰσήγετο λέγουσα, [7] ὅτι τοὺς παῖδας αὐτῆς πέρνασκ', ὅν κε λάβοι ἐς Σάμον ἔστ' Ἴμβρον) [8] Ἰωνικὴ οὐκ ἀπῴκιστό πω δῆλον δ' ὅτι ἀπὸ τῶν προ-

C τέρων τινὸς τὴν ὁμωνυμίαν ἔσχεν· ἐξ ὧν κἀκεῖνο

* Libri veteres rejiciunt hanc vocem in finem sententiæ.

rantur, imo quorum apud alios scriptores & Geographos ne minima quidem memoria exstat, cujus rei exempla videsis in Ἄβαι Ἀλεξάνδρεια, & aliis locis quam plurimis. Si igitur oppidi nomen Ἀλαλκομεναὶ fuisset, certissimè illud, commoda se ibi occasione offerente, recensuisset. *Berkel. in Steph. p.* 101.

6. Λέγει ἐν αὐτῇ Ἀλαλκομενάς) Longè aliter Plutarchus in quæstionibus Græcanicis, ubi Alalcomenas Ithacæ urbem facit. *Casaub.*

1. Καλεῖ δὲ ὁ ποιητὴς Σάμον) Ex isto loco facile est intelligere, Samum insularum trium fuisse nomen: Una fuit de qua agendi hîc est locus, ante Echinades, in alto inquit Plinius, qui Samen hanc vocat: alia fuit, quæ postea Samothracia dicta est, cujus & Homerus meminit: Tertia Ionica omnium clarissima, quam tamen poëta, ut observat Strabo, non nominat. *Idem.*

D

2. Οὐκ ἀντιδιέστειλε δὲ) hoc est, nisi Samum Ionicam cognitam habuisset, non laborasset poëta in distinctione Samorum, quoties de Thracica Samo loquendum ei erat. Quorsum enim laborasset, si ὁμωνυμίαν non vidisset? Retinemus negationem auctoribus libris omnibus quam Xylander sustulit. *Idem.*

3. Σάμου ὑληέσσης Θρηϊκίης) Virgilius, Aen. VII. ℣. 208.

> *Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.* Idem.

4. Ἤδη μὲν οὖν αὐτὴν) τὴν Ἰωνικήν. *Idem.*

5. Οὐδ' ἐκαλεῖτο τῷ αὐτῷ ὀνόματι πρότερον, ἀλλὰ Μελάμφυλος, εἶτ' Ἀνθεμὶς, εἶτε Παρθενία ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Παρθενίου, ὃς Ἴμβρασος μετωνομάσθη) i. e. *neque sane olim eo Sami nomine fuit vocata, sed Melamphylus sive Anthemis, sive Parthenia, è fluvio Parthenio, qui Imbrasus postmodo appellatus est.*) Non, ut ea interpres accepit, quod *Samus* primo *Melamphylus*, dein *Anthemis*, postremo demum *Parthenia* fuerit dicta, quum ibi non εἶτα sed εἶτε legatur, & præterea hæc manifestè iis adversarentur, quæ de variis illius insulæ nominibus, ei per vices inditis, apertè idem Geographus, & cui suffragantur Plinius, Stephanus, aliique in sequentibus tradit, nempe lib. XIV. p. 637. ἐκαλεῖτο δὲ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ, οἰκούντων Καρῶν, εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλος, εἶτα Σάμος, PRIMUM *dicta fuit* PARTHENIAS *Caribus eam tenentibus; deinde Anthemus; post Melamphylus, tandem Samus.* Pro Ἀνθεμοῦς verò, quæ urbs Macedoniæ, & cujus mentio apud Thucydidem, Plinium, aliosque, aut priori apud Strabonem loco Ἀνθεμὶς, quod herbæ nomen apud Dioscoridem, l. III. c. CLIV. legendum videtur in utroque Geographi loco, Ἀνθεμοῦσα vel Ἀνθέμουσα, sicuti apud Aristotelem, Plinium l. V. H. c. XXXI. Stephanum, & Apollonii Enarratores l. II. v. 874. Ezech. Spanhemius in *Observat. ad Callimach. Hymnum in Delum. p.* 361.

6. Οὐκ γὰρ ἂν Ἑκάβη) Argumentum est ejusmodi, Quia inducitur Hecuba appellans Samum, quæ nunc Samothracia dicitur: ergo Samus tunc est appellata. Non enim perinde est ut cum poëta ipse loquitur. Sed potuit esse ἀναχρονισμὸς, qua de figura vide Servium ad illud libri sexti Æn. ℣. 366.

> —— *Portusque require Velinos.*

Ubi vitiosissimam ait esse anticipationem, quæ non ex persona poëtæ fiat, sed per alium, unde intelligimus vim argumenti hujus. *Casaub.*

7. Ὅτι τοὺς παῖδας &c.) Vide Homer. Iliad. ω. v. 751.

8. Ἰωνικὴ οὐκ ἀπῴκιστο) Hunc locum non esse sanum satis apparet: puto autem scripsisse Strabonem, δῆλον ὅτι ἡ Ἰωνικὴ οὐκ ἀπῴκιστό πω· δῆλον δὲ καὶ ὅτι. *Casaub.*

1. Ἦν

* Scripti, ὁ λέγουσιν.

δῆλον, ὅτι παρὰ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν * [1] ἣν λέγουσιν οἱ φήσαντες μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, [2] καὶ τὴν Τεμβρίωνος παρουσίαν, ἀποίκους ἐλθεῖν ἐκ Σάμου, καὶ ὀνομάσαι Σάμον τὴν Σαμοθρᾴκην, ὡς οἱ Σάμιοι τοῦτ᾽ ἐπλάσαντο δόξης χάριν· πιθανώτεροι δ᾽ εἰσὶν οἱ ἀπὸ τοῦ [3] Σάμους καλεῖσθαι τὰ ὕψη φήσαντες * εὑρῆσθαι τοῦτο τοὔνομα τὴν νῆσον. A

* Scripti, tres εὑρῆσαι.

Iliad. ν. 13.

Ἐντεῦθεν γὰρ ἐφαίνετο πᾶσα μὲν Ἴδη,
Φαίνετο δὲ Πριάμοιο πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν.

Τινὲς δὲ Σάμον καλεῖσθαι φασιν, [4] ἀπὸ Σαΐων τῶν οἰκούντων Θρᾳκῶν πρότερον, οἳ καὶ τὴν ἤπειρον ἔχον τὴν προσεχῆ· εἴτε οἱ αὐτοὶ τοῖς Σαπαίοις ὄντες, ἢ τοῖς Σιντοῖς, οὓς Σίντιας καλεῖ ὁ ποιητής, εἴθ᾽ ἕτεροι. Μέμνηται δὲ τῶν Σαΐων Ἀρχίλοχος, B

* Scripti, θάμνον.

[6] Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ * θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

[7] Λοιπὴ δ᾽ ἐστὶ τῶν ὑπὸ τῷ Ὀδυσσεῖ τεταγμένων νήσων [8] ἡ Ζάκυνθος, μικρῷ πρὸς ἑσπέραν μᾶλλον τῆς Κεφαλληνίας κεκλιμένη καὶ τῆς Πελοποννήσου, [9] συνάπτων δ᾽ αὐτὴν, πλέων ἐστὶν ὁ κύκλος τῆς Ζακύνθου σταδίων ἑκατὸν ἑξήκοντα. διέχει δὲ καὶ τῆς Κεφαλληνίας ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, [10] ὑλώδης μὲν εὔκαρπος δέ· καὶ ἡ πόλις ἀξιόλογος ὁμώνυμος· [11] ἐντεῦθεν εἰς Ἑσπερίδας τῆς Λιβύης, στάδιοι τρισχίλιοι τριακόσιοι. Καὶ ταύτης δὲ καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω, τὰς Ἐχινάδας ἱδρύσθαι νήσους συμβέβηκεν· C

p. 458.

A manifestum redditur, antiquitatis historiæ repugnare id quod nonnulli dicunt, post Ionicæ coloniæ deductionem, adventumque Tembrionis venisse Samo colonos, & Samothraciæ Sami nomen indidisse: Samios autem hoc gloriæ parandæ causa finxisse. Probabilius insulæ nomen alii factum ajunt à sublimitatibus, quæ Samii dicebantur. Nam inde

Ida videbatur tota, & Priameia tecta,
. *Et Grajûm naves*

Quidam Samon nomen habere putant à Sajis Thracibus, qui eam olim habitaverint, ut & finitimam continentem; sive hi iidem cum Sapæis seu Sintis (quos Sintas Homerus vocat) sive diversi fuerunt. Sajorum meminit Archilochus, B

[5] *Nunc aliquis nostra Saiûm sese aspide jactat,*
Quam liqui ad dumum non ego sponte mea.

¶ Restat de insulis Ulyssi subditis Zacynthus, paulo magis quàm Cephallenia ad occasum & Peloponnesum inclinans. Ambitus ejus stadiorum est CLX. & amplius: distat à Cephallenia ad LX stadia, silvosa insula, sed fertilis cum urbe ejusdem nominis memoranda. Hinc ad Hesperides Libyæ stadia sunt ter mille ac CCC. ¶ Ab hac & Cephallenia versus ortum Echinades jacent insulæ, C

1. Ἣν λέγουσιν) Τὸ ἣν puto esse inducendum. *Cas.*

2. Καὶ τὴν Τεμβρίωνος) Vide initium libri XIV. p. 635. *Idem.*

3. Σαμιοὺς καλεῖσθαι τὰ ὕψη) Libri veteres Σάμους. Rectè, Sic dicit libro. VIII. pag. 346. Σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη. *Idem.* Ex Strabone idem notat Eustath. ad Iliad. N. vs. 12. p. 882. Ἰστέον ὅτι ἡ Θρακικὴ κατὰ τὸν Γεωγράφον Σάμος καλεῖται διὰ τὸ ὕψος, Σαμοι γάρ, φησι, τὰ ὕψη, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Περιηγητοῦ (ad vs. scil. 533.) δηλοῦται. Et ad Iliad. Ω. pag. 1469. *Scherpezeelius.*

4. Ἀπὸ Σαΐων) Vide libro duodecimo. pag. 549. Apud Steph. Σάος dicitur esse insula Σαΐων. *Casaub.*

5. *Nunc aliquis.*) Citatur à Plutarcho in Laconicis institutis hoc epigramma, non tamen planè integrum. Inde correxi quædam. Σαπαίους apud Stephanum leges Σάπας etiam. In superioribus de Samo divinavi. Quæ de Zacyntho sequuntur, mendosa sunt, & mutila. Peloponneso propior & meridionalior quam Cephallenia ponitur ab aliis geographis Zacynthus. Quid autem sibi hæc volunt, συνάπτων αὐτήν; *Xyland.*

6. Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται) Libro XII. p. 549. legitur hoc modo, Ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο. *Casaub.*

6. Ἀσπίδι μὲν Σαΐων &c.) Ald. Cod. pro ἀγάλλεται habet ἀνείλετο, uti Lib. XII. Citat etiam hoc elegidium Aristophan. Εἰρ. fere extr. ubi Scholiastes docet Archilochum id cecinisse cum in praelio contra Sajos arma non bene reliquisset. Vide & Eustath. ad Dionys. Perieg. vers. 533. *Scherpezeelius.*

7. Λοιπὴ δ᾽ ἐστὶ τῶν ὑπὸ Ὀδυσσεῖ τεταγμένων νήσων ἡ Ζάκυνθος, μικρῷ πρὸς ἑσπέραν μᾶλλον τῆς Κεφαλληνίας κεκλιμένη καὶ τῆς Πελοποννήσου) quæ sic vertenda videntur. *Restat de insulis Ulyssi subditis Zacynthus paulo magis quam Cephallenia, & Peloponnesus ad occasum inclinans.* Quæ verba falsum exhibent sensum, nam ex omnium Geographorum consensu Zacynthus est Orientalior Cephalenia, itaque Strabo procul dubio sic scripserat, sed in ejus verbis illud καὶ est à mala manu, nam si tollatur, sensus erit commodus, & sententia vera, quæ sic sonabunt. *Paullo magis quam Cephallenia ad occiduas partes Peloponnesi inclinans.* Palm. Græc. Antiq. lib. IV. c. 24. p. 523.

8. Ἡ Ζάκυνθος μικρῷ πρὸς ἑτέραν μᾶλλον τῆς Κεφαλληνίας κεκλιμένη καὶ τῆς Πελοποννήσου. *Zacynthus, paulo magis quam Cephallenia ad occasum & Peloponnesum inclinans.* (Lege, πρὸς ἑσπέραν μᾶλλον, ut necesse est legere, si commodum sensum vis astruere Strabonis verbis. *Palm.* D

9. Συνάπτον δ᾽ αὐτὴν) Locus mendosus. Prior interpres sic videtur legisse, συνάπτων δ᾽ αὐτῇ πλέον ἐστι δ᾽ ὁ. Memineris autem, qui hanc Zacynthi descriptionem legis, ejus Peloponnesi situs, quem ei Geographus tribuit libro VIII. Plin. H. Nat. IV. c. 12. de Zacyntho sic, *Inter hanc & Achajam cum oppido magnifica, & fertilitate præcipua Zacynthus aliquando appellata Hyrie; Cephallenia à meridiana parte XXII. M. abest: Mons Elatus ibi nobilis: Ipsa circuitu colligit XXXVI. M.* Vides quod noster πρὸς ἑσπέραν, Plinius meridiem dicit. In numeris differunt mirum quantum. *Casaub.*

10. Ὑλώδης μὲν) poëtis Græcis ὑλήεσσα, Latinis nemorosa. *Idem.*

11. Ἐντεῦθεν εἰς Ἑσπερίδας) Vide ad librum ultimum. *Idem.*

quarum una est Dulichium (nunc Dolicham nominant) & acutæ insulæ, quas poëta Thoas vocavit. Dolicha sita est juxta Oeniades & ostia Acheloi, distans ab Araxo Eleorum promontorio stadiis c. Sed & reliquæ Echinades complures, omnes asperæ atque steriles ante ostia Acheloi jacent, xv. stadiis remota inde quæ longissimè, quæ proxime, v, cum quidem antè in alto jacuerit: sed limus aggestus alias jam cum continente conjunxit, alias ei adjiciet, copiosè subinde advectus. Is regionem quoque Paracheloitidem, quam rigat Achelous, antiquitus controversam fecit, identidem fines Acarnanibus & Aetolis statutos confundens: itaque armis decernebant, cùm carerent arbitro: ac vincebant, qui plus poterant. Qua de causa etiam fabula confiсta fuit, Herculem debellato Acheloo victoriæ præmium adeptum fuisse nuptias Dejaniræ, Oenei filiæ: quam Sophocles ita loquentem facit.

Nam nuptias Achelous ambivit meas
Fluvius, tribus me formis à patre flagitans.
Aliquando taurus evidens, aliàs draco
Maculis voluminibusque varius exstitit,
Forma viri quandoque taurinum caput
Habentis ille visus. —

Addunt nonnulli fabulæ, Amaltheæ cornu id fuisse, quod defregit Acheloo Hercules, Oeneoque in nuptiarum stipulationem dedit. Qui autem ex fabulis verum colligunt, tauro similem forma Acheloum ajunt, ut & alios fluvios ob strepitus & flexus alveorum,

A [1] ὧν τό, τε Δουλίχιόν ἐστι (καλοῦσι δὲ νῦν Δολίχαν) [2] καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ ποιητὴς Θοὰς εἶπε· καὶ ἡ μὲν Δολίχα κεῖται κατὰ Οἰνιάδας καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελώου, διέχουσα Ἀράξου τῆς τῶν Ἠλείων ἄκρας σταδίους ἑκατόν· καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ Ἐχινάδες [3] πλείους εἰσὶ, πᾶσαι λυπραὶ καὶ τραχεῖαι, καὶ πρὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἀχελώου, πεντεκαίδεκα σταδίους ἀφεστῶσαι [4] ἡ ἀπωτάτη· ἡ δ' ἐγγυτάτω πέντε, πελαγίζουσαι πρότερον· [5] ἀλλ' ἡ χοῦς, τὰς μὲν ἐξηπείρωκεν αὐτῶν ἤδη, τὰς δὲ μέλλει, πολλὴ καταφερομένη· ἥπερ καὶ τὴν * Παραχελωῖτιν καλουμένην χώραν, ἣν ὁ ποταμὸς

B ἐπικλύζει, περιμάχητον ἐποίει τὸ παλαιὸν, τοὺς ὅρους * συγχέουσα ἀεὶ, τοὺς ἀποδεικνυμένους τοῖς Ἀκαρνᾶσι καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς· ἐκρίνοντο γὰρ τοῖς ὅπλοις, οὐκ ἔχοντες διαιτητάς· ἐνίκων δ' οἱ πλέον δυνάμενοι· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ μῦθος ἐπλάσθη τις, ὡς Ἡρακλέους καταπολεμήσαντος τὸν Ἀχελῶον, καὶ ἐνεγκαμένου τῆς νίκης ἆθλον τὸν Δηιανείρας γάμον τῆς Οἰνέως θυγατρὸς, ἣν πεποίηκε Σοφοκλῆς, τοιαῦτα * λέγουσαν.

Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῶον λέγω,
Ὅς μ' ἐν τρισὶ μορφῶσιν ἐξῄτει πατρὸς
C Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
Δράκων ἑλικτός· [6] ἄλλοτ' ἀνδρείῳ * κύτει
Βούπρωρος. ---

Προστιθέασι δ' ἔνιοι, καὶ [7] τὸ τῆς Ἀμαλθείας τοῦτ' εἶναι λέγοντες κέρας, ὃ ἀπέκλασεν Ἡρακλῆς τοῦ Ἀχελώου, καὶ ἔδωκεν Οἰνεῖ τῶν γάμων ἕδνον. Οἱ δ' εἰκάζοντες ἐξ αὐτῶν τἀληθὲς, ταύρῳ μὲν ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῶον φασὶ, [8] καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ἀπό τε τῶν ἤχων, καὶ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν

* Scripti Παραχελώην.

* Manuss. συνέχουσα.

* Scripti, λεγούσης.

* Vulgo, τύπῳ Βούκρανος.

1. Ὧν τό, τε Δουλίχιον) Plinio H. N. IV. c. 12. *Dulichium* non est una de Echinadibus. Stephanus Strabonem sequitur. *Casaub.* Plura tradit Doctissim. Chr. Cellarius Geogr. Antiq. II. c. 14.

2. Καὶ αἱ ὀξεῖαι) *Oxias* refert Plinius. H. N. IV. 12. initio, inter eas insulas, quæ sunt inter Leucadiam & Achajam. *Idem.*

3. Πλείους εἰσὶ) Lege πλείους δ' εἰσί. Plinius H. Nat. IV. 12. initio. *Ante Ætoliam Echinades, Ægialia; Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Cholcis, Pinara, Mysius.* Idem.

4. Ἡ ἀπωτάτη) Lege ἡ ἀπωτάτω ut ἐγγυτάτω mox. *Idem.*

5. Ἀλλ' ἡ χοῦς) Advecta ab Acheloo. vide ad librum primum. *Idem.*

6. Ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ) Libri manu exarati habent κύτει non τύπῳ. Vocat autem κύτος reliquum corpus præter caput. In iisdem libris legitur βούπρωρος, non βούκρανος. Quod etiam ante quam scirem, legendum ita esse animadverteram. Neque vero ardua nimis conjectura, si quis sequentia Strabonis verba legat non negligenter. Sic igitur magni poëtæ locus legatur,

—— Ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
βούπρωρος.

D Porro vocis βούπρωρος elegantiam agnoscent qui in tragicorum lectione fuerint versati. [Sophoclei hujus loci meminit etiam Hesychius in voce Ἀντίπρωρα.] *Casaub.* Exstat hic locus apud Sophoclem in Trachiniis mox ab initio, versu sc. 10 & seqq. ubi editiones Stephanianæ habent

—— Ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
Βούκρανος, quem locum ita interpretatur Joach. Camerarius. Βούκρανος ad figuram fluvii referendum. Sicut Horatio IV. od. 14. est *Tauriformis Aufidus.*

7. Τὸ τῆς Ἀμαλθείας) Vide apud parœmiographos. *Idem.* Zenob. Centur. I. 26. & II. 48 Diogen. I. 64. Apostolium Cent. II. 86. & ad eum notas Petri Pantini.

8. Καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς) Amplum habes in istum locum commentarium apud Ælianum libro secundo, capite 33. Περὶ ἀγαλμάτων ποταμῶν. Ubi tamen de Acheloo nullam fieri mentionem miror. [Festus *Taurorum specie simulachra fluminum, id est, cum cornibus, quod sunt atrocia ut tauri.* Testimonia apud Horatium & alios poëtas passim.] *Idem.*

[1] ἃς καλοῦσι κέρατα· [2] δράκοντι δὲ διὰ τὸ μῆκος A
καὶ τὴν σκολιότητα· βούπρωρον δὲ διὰ τὴν αὐτὴν
αἰτίαν, δι' ἣν καὶ ταυρωπόν· τὸν Ἡρακλέα δὲ καὶ
* Vulgo, κηδεύσαντος. ἄλλως εὐεργετικὸν ὄντα, καὶ τῷ Οἰνεῖ * κηδεύσοντα, παραχώμασί τε καὶ διοχετείαις βιάσασθαι τὸν
p. 459. ποταμὸν πλημμελῶς ῥέοντα, καὶ [3] πολλὴν τῆς
παραχελωΐτιδος φθείροντα ἀνάψυξιν χαριζόμενον τῷ Οἰνεῖ καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας. Τῶν μὲν οὖν Ἐχινάδων, καὶ τῶν Ὀξειῶν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ Μέγητα ἄρχειν φησὶν Ὅμηρος.

--- Ὃν τίκτε διίφιλος ἱππότα Φυλεύς,
Iliad. β. 628. Ὅς ποτε Δουλίχιον δ' ἀπενάσσατο πατρὶ
χολωθείς.

[4] Πατὴρ δ' ἦν Αὐγέας ὁ τῆς Ἠλείας καὶ τῶν Ἐπειῶν B
ἄρχων· ὥστ' Ἐπειοὶ τὰς νήσους ταύτας εἶχον οἱ συνεξάραντες εἰς τὸ Δουλίχιον τῷ Φυλεῖ. Αἱ δὲ τῶν Ταφίων νῆσοι, [5] πρότερον δὲ Τηλεβόων, ὧν ἦν καὶ ἡ Τάφος, νῦν δὲ Ταφιοῦσα καλουμένη, χωρὶς ἦσαν τούτων, οὐ τοῖς διαστήμασιν (ἐγγὺς γὰρ κεῖται) ἀλλὰ ὑφ' ἑτέροις ἡγεμόσι ταττόμεναι, Ταφίοις καὶ Τηλεβόαις· πρότερον μὲν οὖν Ἀμφιτρύων ἐπιστρατεύσας αὐτοῖς μετὰ Κεφάλου τοῦ Δηϊονέως ἐξ Ἀθηνῶν φυγάδος, ἐκείνῳ τὴν ἀρχὴν παρέδωκεν αὐτῶν· ὁ δὲ ποιητὴς ὑπὸ Μέντῃ τετάχθαι φησὶ λῃστὰς καλῶν αὐτοὺς, καθάπερ [6] καὶ τοὺς Τηλεβόας ἅπαντας φησί. τὰ μὲν περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸ τῆς C
Ἀκαρνανίας, ταῦτα. Μεταξὺ δὲ Λευκάδος, καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου λιμνοθάλαττά ἐστι, [7] Μυρτουντιον λεγομένη. Ἀπὸ δὲ Λευκάδος ἑξῆς

A qui cornua dicuntur: draconem, ob longitudinem & obliquitatem: taurina fronte, ob eandem caussam quæ ei bovis formam tribuit. Herculem porrò alioquin beneficum, Oenei soceri in gratiam aggeribus & aquæ ductibus fluvium compescuisse vitiosè fluentem, magnamque Paracheloitis partem resiccasse: id esse Amalthexæ cornu. Enimverò Echinadibus & Acutis insulis tempore belli Trojani imperasse Megetem Homerus ait,

Quem Phyleus Diis carus equester procreat olim,
Is se Dulichium sævam genitoris ob iram
Contulerat—

B Pater autem Phylei fuit Augeas, Eleæ ditionis & Epeoram princeps: itaque insulas istas Epei tenuerunt, qui cum Phyleo Dulichium migraverant. ¶ Taphiorum porrò insulæ, antè dictæ Teleboarum, quarum fuit etiam Taphos quæ nunc Taphiusa usurpatur, ab his separantur, non intervallo (vicinæ enim sunt) sed quod aliis ducibus suberant Taphiis & Telebois. Antè autem Amphitruo cum Cephalo Deïonei F. Athenis exsulante eos bello adortus, Cephali imperio subjecerat. Poëta Mentæ eos paruisse ait, prædones facit, ut & Teleboas universos. C Hæc ergo de insulis ante Acarnaniam satis dicta sint. ¶ Inter Leucadem porrò & sinum Ambracium mare est paludis instar, quod Myrtuntium appellatur. A Leucade deinceps

1. Ἃς καλοῦσι κέρατα) Paullò aliter Thucydides de Nilo lib. 1. c. 110. pag. 60. ed. Oxon. πεντήκοντα τριήρεις διάδοχοι πλέουσαι εἰς Αἴγυπτον, ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον κέρας, *quinquaginta triremibus vecti, suis successuri, in Ægyptum navigabant, rerum gestarum prorsus ignari, ad Mendesium (Nili) cornu appulerunt.* Poëtæ κέρατα vocant omnia flumina, quod sint veluti Oceani cornua. Apollonius de Istro IV. vs. 282.
Ἔστι δέ τις ποταμός, ὕπατον κέρας ὠκεανοῖο. i. e.
Ac nonnullus est fluvius, ultimum Oceani cornu.
Ubi Scholiastes: κέρας) κέρατα γὰρ λέγουσι τοῦ ὠκεανοῦ πάντας τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καταφερομένους. *Cas.* Quare cornuti ac tauriformes olim picti fluvii, variæ sunt antiquorum opiniones. Præter datam ab Apollonii interprete veteri rationem, quidam volunt fluviis tributa cornua propter obliquum eorum cursum, quo cornua taurina imitentur, alii ob aquarum impetum, atque vim, uti *Vulcan. ad Aristotelem de Mundo. Probus ad Virgil. Georg.* IV. 371. *Weitzius ad Valer. Flacci Argon.* 1. vs. 106. alii vero quod boum mugitum aquarum murmur exprimat. Sitzmannus ad Rutilii Itinerar. 1. vs. 179. Vetus Horatii Scholiastes ad Horat. IV. od. 14. vs. 25. *Nobiles autem fluvii corniger i pinguntur, quod ex impetu aquarum in angustiis decurrentium obscurus quidam sonitus, quasi boum mugitus, exaudiatur, ut Virg. Aen.* VIII. vs. 77.
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.
Ad quem locum vide Servium & Turneb. Advers. XXIV. c. 40. mihi vero tauriformes pictos persuasi fluvios, quod instar cornuum taurinorum ex angustissimo principio, in latum ac bene patens os soleant desinere, nisi potius cornua non ad ipsos fluvios, sed ad aggeres aquarum vim compescentes, quis putet referenda, quæ sane non inepte dicuntur cornua imitari. Quod autem taurorum mugitum imitentur, ideo veteres fluminibus tauros, eosque nigros mactare solebant.

2. Δράκοντι δὲ) Sic legendum, non δράκοντα D auctoribus libris, itaque postulante constructione. *Casaub.*

3. Πολλὴν τῆς παραχελωΐτιδος φθείροντα.) Restituimus vocem φθείροντα è libris veteribus, quum hactenus desiderata esset. *Idem.*

4. Πατὴρ δ' ἦν Αὐγέας) Docet hoc Apollodorus multis locis. *Idem.*

5. Πρότερον δὲ Τηλεβόων) Plinius lib. IV. cap. 12. *Inter Leucadiam & Achajam permultæ: quarum Teleboides, eædem quæ Taphiæ, ab incolis ante Leucadiam appellantur Taphiæ, Oxiæ, Princëssa.* Plinio consentit Stephanus insulam agnoscens, quæ Ταφιαὶ vocetur. Strabo Ταφιοῦσαν appellat: quod aliis est oppidi Cephalleniæ nomen. *Idem.*

6. Καὶ τοὺς Τηλεβόας ἅπαντας φησί) Lego φασί, donec me doceat aliquis ubinam ille poëtæ sit locus. *Idem.* Taphios seu Teleboas, latrociniis infames fuisse pluribus scriptorum exemplis confirmat S. Bochart. Chanaan. 1. cap. 23.

7. Μυρτούντιον.) Hujus lacus nullus meminit vett. Geographorum. Dominicns Niger, invito Strabone, ponit in Epiro, sed fidem ejus fluxam dicit Palmerus in Descr. Antiq. Græc. III. cap. 9.

1. Πάλαι-

ſunt Palærus & Alyzia urbes Acarnaniæ: de his Alyzia à mari diſtat xv. ſtadiis: ibi portus eſt Herculi ſacer ejuſque templum. Inde Herculis ærumnas, opus Lyſippi Romam imperatorum quidam tranſtulit, cùm ob ſolitudinem alieno ſitum eſſet loco. Sequitur Crithota promontorium, Echinades, urbs Aſtacus, cognominis ei quæ apud Nicomediam & ſinum Aſtacenum ſingulari numero dicitur. Sed & Crithotæ nomen commune eſt cum oppidulo in Thracica Cherſoneſo. Omnia quæ interjacent, commodos habent portus. Sequuntur Oeniadæ, & Achelous. Deinde lacus Oeniadarum, Melite nomine, longus ſtadia xxx. latus xx. aliuſque Cynia ad hunc duplus utraque dimenſione & tertius Uria multo his minor. Cynia ſanè in mare exit: reliqui dimidio ſtadio ſupra mare jacent. Tum Euenus, ad quem ab Actio ſtadia ↀCLXX. Poſt Euenum mons Chalcis, quem Artemidorus Chalceam appellat: deinde Pleuron: poſt Lycirna pagus, ſupra quem ad ſtadia xxx. jacet Calydon in mediterraneis. Apud Calydonem fanum eſt Lathræi, quaſi clandeſtinum dicas, Apollinis. Sequitur mons Taphiaſus. inde urbs Macynia, poſt Molycreia, ac ponè Antirrhium, Aetoliæ ac Locridis limes, ad quod ab Eueno ſunt ſtadia circiter cxx. Atque Artemidorus quidem Chalcidem ſive Chalceiam

A [1] Πάλαιρος, καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει σταδίους, καθ' ἣν ἐστι λιμὴν Ἡρακλέους ἱερὸς καὶ τέμενος [2] ἐξ * αὐτοῦ Ἡρακλέους ἄθλους, ἔργα Λυσίππου μετήνεγκε εἰς Ῥώμην τῶν ἡγεμόνων τις, παρὰ τόπον κειμένους διὰ τὴν ἐρημίαν. [3] Εἶτα ἄκρα Κριθωτὴ, καὶ Ἐχινάδες, καὶ [4] πόλις Ἀστακὸς, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον ἑνικῶς * προσλεγομένη [5] καὶ ἡ Κριθωτὴ δὲ ὁμώνυμος πολίχνη τῶν ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ Χερρονήσῳ· πάντα δὲ εὐλίμενα τὰ μεταξύ· [6] εἶτ' Οἰ- B νιάδαι, καὶ ὁ Ἀχελῶος· 7 εἶτα λίμνη τῶν Οἰνιαδῶν Μελίτη καλουμένη, μῆκος μὲν ἔχουσα τριάκοντα σταδίων· πλάτος δὲ εἴκοσι· καὶ ἄλλη Κυνία διπλασία ταύτης, καὶ μῆκος καὶ πλάτος· τρίτη δὲ Οὐρία πολλῷ τούτων μικροτέρα· ἡ μὲν οὖν Κυνία καὶ [8] ἐκδίδωσιν εἰς τὴν θάλατταν· αἱ λοιπαὶ δὲ ὑπέρκεινται ὅσον ἡμιστάδιον· εἶθ' ὁ Εὔηνος· εἰς ὃν ἀπὸ τοῦ Ἀκτίου, στάδιοι ἑξακόσιοι ἑβδομήκοντα· [9] μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον, τὸ ὄρος ἡ Χαλκὶς, ἣν Χάλκειαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· [10] εἶθ' ἡ Πλευρὼν, εἶθ' ἡ Λυκίρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδὼν ἐν τῇ μεσογαίᾳ σταδίους τριάκοντα· C περὶ δὲ τὴν Καλυδῶνα ἐστὶ [11] τὸ τοῦ Λαθραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· εἶθ' ὁ Ταφίασος τὸ ὄρος· εἶτα p. 460. Μακυνία πόλις· εἶτα Μολύκρεια, καὶ πλησίον τὸ Ἀντίρριον, τὸ τῆς Αἰτωλίας ὅριον, καὶ τῆς Λοκρίδος· εἰς ὃ ἀπὸ τοῦ Εὐήνου στάδιοι περὶ ρ εἴκοσι· Ἀρτεμίδωρος μὲν οὕτω περὶ τῆς, εἴτε Χαλκίδος, εἴτε Χαλκείας

* Scripti, λεγομένη.

1. Πάλαιρος, καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις) puto legendum εἰσὶ πόλεις ex ſequentibus, ſequitur enim, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάσσης διέχει σταδίους &c. Palm. Græc. Antiq. lib. III. cap. II.

2. Ἐξ αὐτοῦ Ἡ.) Libri veteres ἐξ οὗ τοῦ. Lego ἐξ οὗ τοὺς Ἡρακ. *Caſaub.*

3. Εἶτα ἄκρα Κριθωτὴ) Apud Stephanum Κρηθωτὴ ἄκρα Ἀκαρνανίας. *Idem.*

4. Πόλις Ἀστακὸς) Nominatur Thucydidi lib. 2. cap. 30. Ptolemæo & Stephano. De illa altera cui hanc dicit eſſe ὁμώνυμον vide libro XII. in Bithiniacis. *Idem.*

5. Καὶ ἡ Κριθωτὴ δὲ ὁμώνυμος π.) Stephanus Crithote urbs eſt Helleſponti, octo ſtadia diſtans à Cardia. *Idem.*

6. Εἶτ' Οἰνιάδαι) Vocatur hic locus & Οἰνιὰς, & Οἰνειάδαι. Appellata eſt & Eryſicha ait Stephanus, & poſtea *Dragameſte* ætate ſcholiaſtæ Thucyd. Lib. II. c. 102. Meminere Oeniadarum paſſim Polybius, Diodorus, alii. *Idem.*

7. Εἶτα λίμνη τῶν Οἰν) Hunc locum efficiunt oſtia Acheloi: qui τὴν πόλιν περιλιμνάζων, ait Thucydides lib. II. c. 102. ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. *Idem.*

8. Ἐκδίδωσιν εἰς τὴν θάλασσαν) Ergo eſt hæc quoque ut Melita, λιμνοθάλαττα, ſive στομαλίμνη. *Idem.*

9. Μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον, τὸ ὄρος ἡ χάλκις &c. & paulo poſt: εἰς ὃν ἀπὸ τοῦ Εὐήνου στάδιοι περὶ ρ εἴκοσι) in loco Strabonis hoc eſt notandum, quod ponit Pleuronem ultra Euenum fluvium verſus orientem fluvii & Calydonem: quod credo intelligendum eſſe de antiqua Pleurone, quæ ſita erat non longe à Calydone. Nam nova Pleuron ſita erat ad Aracynthum montem, Aracynthus vero, qui à pluribus Acarnaniæ accenſebatur, non potuit eſſe ad D Eueni orientem, ubi nunquam intelligitur ſe extendiſſe Acarnaniam. Patet etiam ex hoc loco ut multis aliis, Strabonem non fuiſſe αὐτόπτην, nec vidiſſe ea loca, de quibus ſcribit, ſed omnia accepiſſe ab Artemidoro, Calliſthene & aliis, quos ſæpè citat. In eo loco etiam pro Λαθραίου Ἀπόλλωνος legendum puto melius Λαφρίου, & Caſaubonus quidem nos monet in margine manuſcripti adſcriptum fuiſſe Λαφραίου. Sed puto Strabonem fratrem pro ſorore ſuppoſuiſſe, & legendum potius Λαφρίας Ἀρτέμιδος. Palm. Græc. Antiq. lib. IV. cap. 15. pag. 472. videatur quoque Ezech. Spanhem. in notis ad Callimachum. Edit. Ultraject. pag. 110.

10. Εἶθ' ἡ Πλευρὼν) Hæc omnia ſupra: niſi quod Lyctanam ibi non nominavit. *Caſaub.*

11. Τὸ τοῦ Λαθραίου Ἀπ.) Libri ſcripti Λαφραίου. quod malo. *Idem.*

τοῦ ὄρους, [1] μεταξὺ τοῦ Ἀχελώου καὶ τῆς Πλευρῶνος ἱδρύων αὐτήν. Ἀπολλόδωρος δὲ, ὡς πρότερον εἶπον, ὑπὲρ τῆς Μολυκρίας καὶ τὴν Χαλκίδα, καὶ τὸν Ταφίασσον, καὶ τὸν Καλυδῶνα, μεταξὺ ἱδρύσθαι φησὶ τῆς τε Πλευρῶνος καὶ τῆς Χαλκίδος. * [2] εἰ μὴ ἄρα ἕτερον θετέον τὸ πρὸς Πλευρῶνι ὄρος Χαλκίαν καλούμενον ἕτερον δὲ τὴν Χαλκίδα τὴν πρὸς Μολυκρίαν. [3] Ἔστι δέ τις, καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη [4] μεγάλη καὶ εὔοψος ἣν ἔχουσιν [5] οἱ ἐν Πάτραις Ῥωμαῖοι. Τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν [6] Εὐρυσιχέους τινάς φησιν Ἀπολλόδωρος λέγεσθαι, [7] ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται.

* Οὐδ' Εὐρυχέος Καλυδωνέου δὲ ποιμήν.
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.

* Vulgo εἰ μὴ ἕτερον & mox εἰ μὴ ἄρα ἕτερον δέ. perperam.
* Vulgo εὔψυχος.
*Lego Οὐδ' Ερυσίχαιος.

A montem inter Acheloum & Pleuronem ponit. Apollodorus autem, ſicut antè dixi ſupra Molycriam & Chalcidem & Taphiaſum, & Calydonem in medio collocat, Pleuronis autem & Chalcidis: niſi mons Chalcia ad Pleuronem ſitus alius eſt, alia Chalcis ad Molycriam. [3] Eſt autem etiam juxta Calydonem palus magna & piſcoſa, quam poſſident Romani qui Patris ſunt. ¶ In mediterraneis apud Acarnaniam Apollodorus quoſdam Euryſicheas eſſe ait: quorum mentionem facit Alcman.

B *Non Euryſicheis, aut Calydonius paſtor,*
Sed ab extremis Sardibus.

1. Μεταξὺ τοῦ Ἀχελώου καὶ τῆς Πλευρῶνος &c.) In eo loco Strabonis ſuſpicor vocem *Acheloum*, male locum obtinere vocis *Euenum*. Nam ibi non agitur de locis circa Acheloum, & in eo loco fluctuat Strabo, & dubitat, an idem fuerit mons, quem *Chalciam* vocat Artemidorus, cum eo, quem *Chalcidem* vocat Apollodorus, an vero diverſi fuerint, unus prope Pleuronem, alius ſupra Molycriam, quod ultimum verum puto; vide plura apud Palmer. in Deſcript. Græc. Antiq. lib. IV. cap. 16. pag. 477.

2. Εἰ μὴ ἄρα ἕτερον) Quis non videt illa verba εἰ μὴ ἄρα hoc loco eſſe inducenda? *Caſaub.*

3. De Chalcide locus eſt confuſus, quid autem eſt εὔψυχος, quid Patrenſibus Romanis in Ætolia? *Xyl.*

3. Ἐστὶ δὲ τὶς καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη. *Eſt autem etiam juxta Calydonem palus magna.*) C Tacuit ejus lacus nomen, ſi bene ſe habet hic locus, Strabo, ſed niſi me fallit conjectura, nomen expiſcatus ſum ex Scholiaſte Nicandri ad Theriaca verſu 215. & ſequentibus: Νίκανδρος περὶ τινῶν εἰς Αἰτωλίαν ἐρχομένων διηγούμενος φησὶν, Αἰπεινήν τε κολώνην, Οἰωνοῦ τε Ῥυπαῖον, Ὀνθίδα τ' ἂν λίμνην στείχοντες ἵσαν Ναύπακτον. *Nicander, de quibuſdam qui in Ætoliam venerant, ait, Excelſum collem, & Oeoni Rypæum, & Onthidem lacum euntes Naupactum venerunt.* Cum ex hoc loco pateat Ὀνθίδα λίμνην, *Onthidem paludem* vicinam fuiſſe Naupacto, non ſine veriſimilitudine credo de ea loqui hoc loco Strabonem: nam Naupactus non longe à Calydone, & forte non tacuit nomen Strabo, ſed latet in voce τὶς & ſic ſcripſerat: ἐστὶ δὲ Ὄνθις πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη. Si cui tamen diſpliceat noſtra conjectura, de ea non pugnabo, veriſimilis tamen videtur. *Palmer.*

3. Ἐστὶ δέ τις, καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη καὶ εὔοψος, ἣν ἔχουσιν οἱ ἐν Πάτραις Ῥωμαῖοι) Hæc verba fateor optimum ſenſum exhibere, ſed quoniam eum lacum magnum & piſcoſum dicit, fuit procul dubio ob piſcium abundantiam celebris, nec poſſum credere Strabonem, qui ſupra paulo alios Ætoliæ lacus, Melitem, Cuniam & Uriam, multo minores proprio nomine indigitavit, hunc tam magnum & celebrem proprio nomine indicare inſuper habuiſſe, & non ſine veriſimili valde conjectura puto, eum ſcripſiſſe ἐστὶ δ' Ὄνθις καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη. id eſt: *Eſt autem Onthis prope Calydonem locus magnus.* Quam vocem exſcriptor non intelligens decurtavit, & pro Ὄνθις poſuit τὶς, de eo judicet lector. Palm. Græc. Antiq. lib. IV. cap. 21. pag. 498.

4. Μεγάλη καὶ εὔψυχος) Legendum εὔοψος, ut habent veteres. *Caſaub.*

5. Οἱ ἐν Πάτραις Ῥωμαῖοι) Vide quæ notavimus libro IV. ad hæc verba, οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι, &c. *Idem.*

6. Εὐρυσιχέους τινὰς) Scribe Ἐρυσιχαίους. quod ex ſequentibus apparebit. *Idem.*

7. Ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται) Eryſichæorum nemo opinor veterum meminerat, præter Alcmanem unum. Quare Apollodorus, qui eos in Acarnania collocabat, non alio quam Alcmane teſte potuit uti. Verum ille poëtæ locus non uno modo ab antiquis grammaticis expoſitus eſt, ut ex Sophocle Apollonii interprete, & Stephano apparet. Prius autem quam de varia interpretatione agimus, verba poëtæ ponemus ut putamus eſſe legenda.

Οὐκ εἶσ' ἀνὴρ ἄγριος, οὐδὲ σκαιὸς
Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,
Οὐδ' ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμήν.
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.

Qui locus ſumptus eſt è lib. ſecundo τῶν παρθενείων ἀσμάτων. Fuerunt autem qui vocem γένος non cum Θετταλὸς conjungerent, ſed cum Ἐρυσιχαῖος, aut potius qui repeterent, & legerent Ἐρυσίχαιος. ſicque iſti putabant dici eum qui Eryſichen habitaret quam alii Eryſicen vocabant. Alii vero legebant ἐρυσιχαῖος, & paſtorem putabant intelligi: τὸν ἐρύοντα τῷ χαίῳ, hoc eſt, ποιμαίνοντα, ut præter Stephanum refert Apollonii interpres ad hoc carmen libri quarti. verſ. 972.

Ἀργύρεον χαῖον παλάμῃ ἔνι πηχύνουσα. i. e.
Cum pedo argenteo in ulnam reclinato. Idem.

8. Οὐδ' Εὐρυχέος) Hoſce *Alcmanis* verſus reſtituit equidem Vir doctiſſimus Iſaacus Caſaubonus, verum cum eorum poſterior pars ſaltem extet apud D Strabonem, æque mutila & corrupta ea eſt, quam prior, quæ ſic legitur:

Οὐκ εἶσ' ἀνὴρ ἄγριος, οὐδὲ σκαιὸς,
Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,
Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας

Sed non video ſenſum in his verbis, οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, ac propterea exiſtimo Græcanicum aliquod ruſticæ gentis nomen in illis latere: & quod potius, quam Παρατώπιος? Certe Παρασωπίας regionis ſub Cythærone meminit Stephanus in voce Ὑρία, & Strabo lib. IX. p. 408. Γένος autem quod reſtituit ex ſequentibus Stephani verbis Caſaubonus M. SS. agnoſcunt. Verterem igitur Alcmanis locum:

Non venit vir agreſtis, non lævus,
Non Paraſopius, non Theſſalus genus,
Non Eryſichæus, non Calidonius paſtor,
Sed ab extremis Sardibus.

Holſtein. in Stephan. pag. 119.

Ad Ætoliam pertinuit etiam Olenus, cujus in Ætolica recenſione meminit Homerus: nunc veſtigia duntaxat eius reſtant prope Pleuronem ſub Aracyntho. Fuit etiam Lyſimachia in vicinia, ipſa quoque deleta, ſita ad paludem quæ nunc Lyſimachia, olim Hydra dicebatur. Inter Pleuronem & Arſinoës urbem pagus eſt, qui quondam dicebatur Conopa, conditus ab Arſinoa Ptolemæi ſecundi uxore eadem & ſorore, commodè admodum impoſitus trajectui Acheloi. Pylenæ idem propè uſu venit, quod Oleno. Iam cum Calydonem ſaxoſam dicit & ſublimem: id de regione intelligendum eſt. Monuimus enim ditione Ætolica in duas partes diviſa, montanam & Epictetum (*hoc eſt adquiſitam*) Calydoni fuiſſe adſignatam, campeſtrem Pleuroni. ¶ Nunc quidem ob continentia bella Acarnanes, Ætoli, ut & aliæ gentes, confectæ exhauſtæque animis ceciderunt: plurimum tamen temporis conjuncti cum Ætolis Acarnanes adverſus Macedonas & alios Græcos, denique etiam contra Romanos bellum pro libertate ſuſtinuerunt. Sed quoniam eorum & Homerus mentionem facit frequentem, & alii poetæ ſcriptoreſque, partim apertè & confeſſo, partim obſcuriùs: (quemadmodum jam nunc de noſtris ſermonibus poteſt intelligi eſſe demonſtratum)

A Κατὰ δὲ τὴν Αἰτωλίαν ἦν Ὤλενος, οὗ ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ μέμνηται Ὅμηρος· ἴχνη δὲ αὐτῆς λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ· ἦν δὲ, καὶ Λυσιμαχία πλησίον ἠφανισμένη [1] καὶ αὐτὴ κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ [2] νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ· πρότερον δὲ Ὕδρᾳ [3] μεταξὺ Πλευρῶνος, [4] καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἡ κώμη μὲν ἦν πρότερον [5] καλουμένη Κονώπα, κτίσμα δὲ ὑπῆρξεν Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς, ἅμα καὶ ἀδελφῆς, εὐφυῶς ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελώου διαβάσει. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἡ Πυλίνη τῷ Ὠλένῳ πέπονθεν. Ὅταν δὲ φῇ τὴν
B Καλυδῶνα αἰπεινήν τε, καὶ πετρήεσσαν, ἀπὸ τῆς χώρας δεκτέον· εἴρηται γὰρ ὅτι τὴν χώραν δίχα διελόντες· τὴν μὲν ὀρεινὴν, καὶ ἐπίκτητον τῇ Καλυδῶνι προσένειμαν, τὴν πεδιάδα δὲ τῇ Πλευρῶνι. Νυνὶ μὲν οὖν ἐκπεπόνηται, καὶ ἀπηγόρευκεν ἐκ τῶν συνεχῶν πολέμων, ἥ τ' Ἀκαρνανία, καὶ * Αἰτωλοὶ, καθάπερ καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν. [6] πλεῖστον μέντοι χρόνον συνέμειναν Αἰτωλοὶ μετὰ τῶν Ἀκαρνάνων πρός τε τοὺς Μακεδόνας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας· ὕστατα δὲ καὶ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τῆς αὐτονομίας ἀγωνιζόμενοι. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ὅμηρος αὐτῶν ἐπιπολὺ μέμνηται, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί τε, καὶ συγγραφεῖς,
C τὰ μὲν, εὐσήμως τε καὶ ὁμολογουμένως, τὰ δὲ ἧττον γνωρίμως, (καθάπερ τοῦτό που καὶ ἐν τοῖς ἤδη λεχθεῖσι περὶ αὐτῶν * ἐπιδέδεικται)

* Scripti Αἰτολία.

* Manuſſ. ἀποδέδειται.

1. *Καὶ αὐτὴ κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δὲ Ὕδρᾳ. Sita ad paludem, quæ nunc Lyſimachia, olim Hydra dicebatur.*) Forte legendum Ὑρίᾳ. Nam de Hydra lacu hoc loco nullus meminit; at Ovidius Metamorphoſeon VII. ℣. 371. 380. bis aut ter Hyrien nominat, quæ verſa fuit in lacum ejuſdem nominis circa hæc loca, & videtur eadem eſſe, quæ pagina ſuperiore Straboni dicitur Οὐρία: tamen nihil affirmo. *Palm.*

2. Νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ) Stephano Lyſimachia urbs Ætoliæ eſt. Meminit Polyb. lib. v. qui & Trichonium cum Lyſimacha jungit, à qua dictam Trichonidem λίμνην refert: quæ fortaſſe eadem eſt quæ hîc Lyſimachia vocatur. *Caſaub.*

3. *Μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως. Inter Pleuronem & Arſinoes urbem.*) Vellem aliquis me doceret, quare M. Tullius Cicero in Oratione contra Piſonem c. 37. eam urbem, de qua hoc loco Strabo, vocaverit *Arſinoen Thracum*. Si ea lectio bene ſe habet, fateor ignorantiam meam. At ſi non eſt mihi lævus Apollo, male ſe habet ea lectio in Cicerone, & legendum eſt disjunctim *Arſinoen, Stratum*; tu judica lector, poſtquam videris tòtum Ciceronis locum, & attente penſitaveris. *Idem.*

3. Rurſus ad eundem locum hæc nota dabitur. Μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἡ κώμη μὲν ἦν πρότερον καλουμένη Κονώπα, κτίσμα δὲ ὑπῆρξεν Ἀρσινόης. Xylander hunc locum male à ſuperiori diſtinxit, & ideo male interpretatus eſt. *Inter Pleuronem & Arſinoen pagus eſt, qui quondam dicebatur Conopa, conditus ab Arſinoe.* Sic Xylander, tamquam ſi pagus Conopa inter Pleuronem & Arſinoen urbem conditus fuiſſet ab Arſinoe. At ipſa urbs Arſinoe condita fuit ab ipſa Principiſſa, & ſuo nomine nobilitata, quæ antea pagus tantum erat nomine Conopa. Igitur ſine diſtinctione, tollendo punctum inter Ὕδρα & μεταξὺ, ſic lege: πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δὲ Ὕδρᾳ μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως ἡ κώμη μὲν ἦν &c. *Ad lacum, qui nunc Lyſimachia, olim vero Hydra inter Pleuronem & Arſinoem urbem, quæ olim pagus erat.* Videtur Xylander ſuſtuliſſe articulum ἡ, & legiſſe ſine articulo κώμη, & ideo non refert κώμη ad Ἀρσινόης. *Palmer.*

4. Καὶ Ἀρσινόης πολ.) Hoc nomine plurimas refert Stephanus: octava eſt Ætoliæ. *Caſaub.*

5. Καλουμένη Κονώπα.) Polybius libro V. pag. 496. ed. Amſt. de Philippo, παρῄει δὲ ἐκ μὲν εὐωνύμων ἀπολιπὼν Στράτον, Ἀγρίνιον Θεστιεῖς. ἐκ δὲ δεξιῶν Κωνώπην, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοίτεον. *Idem.*

D 6. Πλεῖστον μέντοι χρόνον) Ideo gloriantur Ætoli apud Iuſtinum lib. XXVIII. cap. 2. Græciæ ſe principes ſemper fuiſſe: & ſicut dignitate ita & virtute cæteris præſtitiſſe: ſolos denique eſſe, qui Macedonas imperio terrarum florentes ſemper contempſerint. De iiſdem iterum Iuſtinus libro XXXII. c. 1. *Nec multò poſt victi, libertatem, quam illibatam adverſus dominationem Athenienſium & Spartanorum, inter tot Græciæ civitates ſoli retinuerant, amiſerunt.* Atque huc pertinet Ephori de Ætolis elogium bis à Strabone relatum, ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγενημένον ὑφ' ἑτέροις. ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον. Meſſenii apud Thucydidem cum Demoſtheni vellent perſuadere ut adverſus Ætolos bellum ſuſcipiat, fatentur tamen ἔθνος eſſe μέγα καὶ μάχιμον: quod etiam mox Athenienſes magno ſuo damno ſunt experti. *Idem.*

* Scripti, αἰχαιοτέρων. προσληπτέον καὶ τῶν * παλαιοτέρων τινὰ τῶν A ἀρχῆς ἐχόντων τάξιν, ἢ διαπορουμένων. Εὐθὺς ἐπὶ τῆς Ἀκαρνανίας, ὅτι μὲν αὐτὴν ὁ Λαέρτης καὶ οἱ Κεφαλλῆνες κατεκτήσαντο, εἴρηται ἡμῖν· τίνων δὲ κατεχόντων πρότερον, πολλοὶ μὲν εἰρήκασιν· οὐχ ὁμολογούμενα δὲ εἰπόντων, ἐπιφανῆ δέ, ἀπολείπεταί τις ἡμῖν λόγος διαιτητικὸς περὶ αὐτῶν. Φασὶ γὰρ τοὺς Ταφίους τε, καὶ Τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τὴν Ἀκαρνανίαν πρότερον, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν Κέφαλον τὸν κατασταθέντα ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος κύριον τῶν περὶ τὴν Τάφον νήσων, κυριεῦσαι καὶ ταύτης τῆς χώρας· ἐντεῦθεν δέ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Λευκάτα νομιζόμενον ἅλμα τούτῳ πρώτῳ προσ- B μυθεύουσιν ὡς προείρηται. Ὁ δὲ ποιητὴς ὅτι μὲν ἦρχον οἱ Τάφιοι τῶν Ἀκαρνάνων πρὶν ἢ τοὺς Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Λαέρτην * ἀπελθεῖν, οὐ λέγει· ὅτι δ' ἦσαν φίλοι τοῖς Ἰθακησίοις λέγει, ὥστ' ἢ οὐδ' ὅλως ἐπῆρξαν τῶν τόπων [1] κατ' αὐτὸν, ἢ ἑκόντες παρεχώρησαν, ἢ καὶ σύνοικοι ἐγένοντο. Φαίνονται δὲ καὶ ἐκ Λακεδαίμονός τινες ἐποικῆσαι τὴν Ἀκαρνανίαν, οἱ μετ' Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρός· καὶ γὰρ [2] τοῦτον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς ζῶντας παραδίδωσιν ὁ ποιητὴς κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν·

p. 461.

* Scripti ἐπελθεῖν.

Odyff. β. 52.

Οἳ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα. C

Καὶ περὶ τῶν ἀδελφῶν.

Odyff. ο. 16.

Ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι.

* Scripti οὔτε γάρ. * Οὔτε ἐν Λακεδαίμονι πιθανὸν αὐτοὺς οἰκεῖν· οὐ γὰρ ἂν ὁ Τηλέμαχος παρὰ Μενελάῳ κατήγετο, ἀφιγμένος ἐκεῖσε· οὔτ' ἄλλην οἴκησιν παρειλήφαμεν αὐτῶν. [3] Φασὶ δὲ Τυνδάρεων καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰκάριον, ἐκπεσόντας ὑπὸ Ἱπποκόωντος τῆς οἰκείας, ἐλθεῖν παρὰ Θέστιον τὸν τῶν Πλευρωνίων ἄρχοντα, καὶ συγκατακτήσασθαι [4] τὴν περαίαν τοῦ Ἀχελώου πολλὰ ἐπὶ μέρει· D

A adſumamus quædam de vetuſtioribus, quæ vel pro principiis uſurpare poſſumus, vel pro diſquirendi occaſione. Initio jam à nobis dictum eſt Acarnaniam fuiſſe à Laërta & Cephallenibus occupatam. Qui verò anteà tenuerint, cùm multi dixerint parum inter ſe conſonantia, ſatis alioquin aperta relinquitur nobis quaſi arbitrium quoddam de his ferendi facultas. Ajunt Taphios, & eos qui Teleboæ ſunt dicti, principio Acarnaniam tenuiſſe: atque principem ab Amphitruone conſtitutum Cephalum inſularum quæ Tapho ſunt propinquæ, etiam Acarnaniam obtinuiſſe: hinc & ſaltum à Leucata (qui creditus fuit) huic primo tribuere, ut dixi. At vero Homerus Taphios Acarnanibus imperaſſe, antequam eò Cephallenes Laërtaque veniret, non dicit: amicos Ithacenſium fuiſſe affirmat: ut aut omnino Homeri ætate non obtinuerint iſta loca, aut ultrò ceſſerint, vel in ſocietatem habitationis eos admiſerint. Videtur autem etiam è Lacedæmone quoſdam fuiſſe in Acarnania inquilinos, cum Icario Penelopes patre eò profectos. Nam in Ulyſſea quidem Icarium ejuſque fratres vivos poëta memorat.

Icarii patris haud audent accedere ad ædes,
Ut natam arbitrio proprio deſpondeat ille:

ac de fratribus.

Jam pater & fratres pridem quam nubere poſcunt
Eurymacho. —

Neque verò probabile eſt eos Lacedæmone habitaſſe: non. n. ad Menelaum divertiſſet Telemachus eo profectus: neque alibi eos ſedes poſuiſſe perſcriptum eſt. Traditum hoc exſtat, Tyndareum & fratrem eius Icarium domo ad Hippocoonte pulſos, ad Theſtium Pleuroniis tunc imperantem veniſſe, eumque adjuviſſe in occupandis multis partibus ſitæ trans Acheloum regionis.

1. Καθ' αὐτὸν) Videlicet τὸν Λαέρτην, non Ὅμηρον, ut Xylander. *Caſaub.*

2. Τοῦτον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς) τοῦτον Icarium videlicet. Fratres autem Penelopes hos refert Apollodorus Bibl. III. c. 10. §. 6. Thoantem, Damaſippum, Imeuſimum, Aleten, Perileum. *Idem.*

3. Φασὶ δὲ Τυνδάρεον καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ) Tyndareus & Icarius fratres fuêre, filii Perieris ex Gorgophone Perſei filia: Sic Apollodorus libro primo c. 9. §. 5. Idem libro tertio cap. 10. §. 4. & 5. ex Oebalo Perieris filio & Naide natos ſcribit Tyndareum, Hippocoontem, Icarionem: quorum Hippocoon multis inſtructns liberis, fratres Lacedæmone ejecit. Οἱ δὲ, inquit, φεύγουσι πρὸς Θέστιον, καὶ συμμαχοῦσιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ὁμόρους πόλεμον ἔχοντι καὶ γαμεῖ Τυνδαρέως Θεστίου θυγατέρα Λήδαν. i. e. *Hi vero ad Teſtium ejecti confugerunt eique adverſus finitimos bellum gerenti opem tulerunt: dein Thyndareus Theſſii Ætoli filiam Ledam cepit uxorem.* Idem.

4. Τὴν περαίαν τοῦ Ἀχ.) Veteres libri habent, τῆς περὶ τοῦ Ἀχ. Lego τῆς περαίας τοῦ Ἀχελώου πολλὰ ἐπὶ μέρει. Illa verba ἐπὶ μέρει indicant ea lege pugnaſſe iſtos pro Theſtio, ut partem acquiſitæ terræ, ipſi obtinerent. ἐπὶ namque pactis ſignificandis eſt apta. ut in illo Eurip. οὐκ ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς Ἀγαμέμνων Ἀτρεύς. δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι. & in illo ejuſdem, in Hippolyto, verſ. 459.

--- Χρῆν σ' ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα
Πατέρα φυτεύειν, ἢ ἐπὶ δεσπόταις θεοῖς
Ἄλλοισιν, εἰ τούς δέ γε μὴ στέργεις νόμους.
--- *Oportebat igitur te conditionibus certis*
A patre gigni, aut ſub dominis diis
Aliis genitam vivere, *ſi non acquieſcis hiſce legibus.* Id.

Tyndareum ducta Leda Thestij filia domum rediisse. Icarium parte Acarnaniæ occupata, è Polycasta Lygæi filia Penelopen, ejusque fratres procreasse. Enimverò nos demonstravimus in recensione navium Acarnanas quoque inter eos numerari, qui expeditioni ad Ilium interfuerint: cùm ibi nominentur & qui Actam incoluerunt, & præterea

Epirum, simul oppositas ad littora partes.

Nunquam verò aut Epirus Acarnaniæ, aut Acta Leucadis nomen tulit. Ephorus Acarnanes interfuisse expeditioni contra Ilium susceptæ negat. Nam Alcmæonem ait Amphiarai F. bello contra Thebanos auxilio Diomedis reliquorumque Epigonorum (sic eorum progenies nominatur, qui à Polynicis parte bello Thebano perierunt) obito, feliciterque gesto, cum Diomede convenisse, altumque esse inimicos Oenei: traditaque Diomedi Aetolia, ipsum in Acarnaniam transivisse, eamque occupasse. Interim Agamemnonem Argivos adortum, facile victoriam obtinuisse, plerisque cum Diomede ad militiam profectis. Paulo post, cum incidisset expeditio ad Ilium, veritum Agamemnonem ne ipso absente Diomedes cum comitatu suo rediens (quem secum magnas habere copias inaudiverat) occuparet debitam sibi ditionem, cum alter Adrasti, alter Alcmæonis esset hæres: hæc ergo cogitantem secum Agamemnonem, eos ad Argos recipiendum, & belli societatem vocavisse:

A τὸν μὲν οὖν Τυνδάρεων ἐπανελθεῖν οἴκαδε γήμαντα Λήδαν τὴν τοῦ Θεστίου θυγατέρα· τὸν δὲ Ἰκάριον ἐπιμεῖναι τῆς Ἀκαρνανίας ἔχοντα * μέρος, καὶ τεκνοποιήσασθαι τήν τε Πηνελόπην [1] ἐκ Πολυκάστης τῆς Λυγαίου θυγατρὸς καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς. [2] Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν νεῶν, καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας καταριθμουμένους καὶ μετασχόντας τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας, ἐν οἷς κατωνομάζοντο οἵ τε τὴν Ἀκτὴν οἰκοῦντες· καὶ ἔτι * Scripti, μέλος.

Οἵ τ' Ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο. Iliad. β. 634.

οὔτε δ' ἡ Ἤπειρος Ἀκαρνανία ὠνομάζετό πω, οὔθ' ἡ Ἀκτὴ Λευκάς. [3] Ἔφορος δ' οὔ φησι συστρατεῦσαι. [4] Ἀλκμαίωνα γὰρ τὸν Ἀμφιαράου συστρατεύσαντα μετὰ Διομήδους, καὶ τῶν ἄλλων Ἐπιγόνων, B καὶ κατορθώσαντα τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον, συνελθεῖν Διομήδει, καὶ τιμωρήσασθαι μετ' αὐτοῦ τοὺς Οἰνέως ἐχθρούς. παραδόντα δ' ἐκείνῳ τὴν Αἰτωλίαν, [5] αὐτὸν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν παρελθεῖν, καὶ ταύτην καταστρέφεσθαι. Ἀγαμέμνονα δ' ἐν τούτῳ τοῖς Ἀργείοις ἐπιθέμενον, κρατῆσαι ῥᾳδίως, τῶν πλείστων τοῖς περὶ Διομήδη συνακολουθησάντων. Μικρὸν δ' ὕστερον ἐπιπεσούσης τῆς ἐπ' Ἴλιον ἐξόδου, δείσαντα μὴ ἀπόντος αὐτοῦ κατὰ τὴν στρατείαν ἐπανελθόντες οἴκαδε οἱ περὶ τὸν Διομήδη p. 462. C (καὶ γὰρ ἀκούεσθαι περὶ αὐτοῦ μεγάλην συνεστραμμένην δύναμιν) κατάσχοιεν τὴν μάλιστα προσήκουσαν αὐτοῖς ἀρχήν. [6] τὸν μὲν γὰρ Ἀδράστου, [7] τὸν δὲ, τοῦ πατρὸς εἶναι κληρονόμον· ταῦτα δὴ διανοηθέντα, καλεῖν αὐτοὺς ἐπί τε τὴν τοῦ Ἄργους ἀπόληψιν, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ πολέμου·

1. Ἐκ Πολυκάστης τῆς Λυ.) Apollodorus verò sic, Ἰκαρίου μὲν οὖν καὶ Περιβοίας νύμφης νηΐδος, &c. *Casaub.*

1. *Agestin.*) Ἄγεστιν sic epitomæ, etiam scriptæ, nos Αἴεστιν habemus, quod tollere nolui, interpres Vestam reddiderat, quàm autem Vestæ conveniat cum Cybela, nihil heic disputato: norunt litterati. Κυμήνην quoque, Cumenen, Rheam post Πυλήνην habent epitomæ: quam vocem excidisse hinc apparet. Pleraque videntur in hac disputatione detrimentum passa. res non est summi momenti, minuta quædam errata correximus, quorum rationem reddere erat ociosum. In vertendis dithyrambis & similibus usus sum numeris lege solutis, quod de ipso Pindaro Horatius pronunciavit 4. Carm. 2. Sunt autem pleraque vitiosa, quid enim est ἔνδεκ' ἀχλάδων; unde Arasti sumserit interpres, ne suspicari quidem possum, quid illud κατὰ τὸν Ὅμηρον; Euripidea ex Euripide restitui, locum non totum adduxit auctor puto: itaque etiam non totum inculcavi, exstat. Sed & ex Strabone Euripidem corrigas licet, ubi κτύπον ἐντ' ἄσμασι vitiosè legitur pro καλλίκτυπον εὔασμα. Euare vox etiam Virgilio usui fuit VI. Æneid. vs. 517. *Illa chorum simulans, evantes orgia, &c.* Xyland. C

2. Καὶ Ἀιέστιν) Qui Ἑστίαν legunt, valde proculdubio hallucinantur: quanquam hoc in errore versari video etiam Gregorium Gyraldum, virum longè doctissimum, & sani judicii. Legendum autem Ἀγδίστιν, quo modo fere scriptum est infra libro duodecimo, Hesychius, Ἄγδιστις, ἡ αὐτὴ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Cum hæc scripsissem accepi ab optimo & doctissimo viro Theodoro Cantero literas, quibus significabat mihi, ita hunc locum se emendare ex Arnobio in suis Variis lectionibus nondum editis. *Casaub.* V. L. Gr. Gyraldum H.D. Synt. IV. p. 138, 139. D

3. Καὶ Πυλήνην) Epitomes auctor, καὶ Πυλήνην, καὶ Κυμήνην. Est in iisdem Πισσινουντίδα. Sed malim Πεσσινουντίδα. Vide libro XII. p. 567. *Idem.*

3. Καὶ Πυλήνην) lege Σιπυλήνην, Vetusta enim urbs *Sipylus, quæ eversa fuit regnante Tantalo*, confer lib. 1. pag. 58. Marsham Canon. Chron. Secul. 9. pag. 135.

4. Καὶ Κυβέλην) Sic enim Rheam dictam tradunt à Cybelo monte, in quem à matre Dindimena ἐξετέθη. Vide poëtarum interpretes. *Casaub.* Vide Scholiast. Aristoph. ad Ὀρν. p. 403. Ed. Basil.

5. Σοὶ μὲν καταρχαὶ) Quanquam à magno Casaubono ex parte sint hi versus emendati, attamen corruptos adhuc, consultius ita leges:

Σοὶ μὲν καταρχαὶ, μᾶτερ, πάρα
Μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
Ἐν δὲ παλλακῶν ΚΡΟΤΑΛΑ,
Tibi quidem primitiæ sacrorum, o Magna Mater,
Adsunt quoque Magni rhombi cymbalorum,
En etiam cynædorum CROTALA,

sicuti postremo versu legendum existimo, pro quo ibi καλλάδων, voce Helladi hactenus ignota, legitur; nisi quis malit καλλαβίδων, quæ vox de quodam *saltationis* genere, ex Æschylo & Eupolide in deperditis dramatibus, ab Athenæo adducitur lib. XIV. p. 629. & 630. sed quum apud Hesychium καλαβίδες dicantur, de quibusdam Hymnis in Dianam cani solitis, de qua re vide titulum Hymni nostrarum observationum in hanc deam; in illis autem Pindari apud Strabonem versibus, agatur de sacris Deæ Phrygiæ totoque eorum apparatu, omnino opportunior videtur ibidem, quam modo adtuli, παλλακῶν pro καλλάδων emendatio. Neque enim παλλακαὶ solum, unde Latinorum *pellices*, ut apud Demosthenem in Neæram p. 535. dicuntur de *concubinis*, sed παλλακοὶ etiam de *amasiis* seu *cinædis*, unde apud Hesychium, παλλακὸς, ἐρωμένος, apposite omnino ad hunc locum de *cinædorum* nempe seu *Gallorum crepitu*, quem κροτάλοις edebant in his Matris Deûm sacris: haud aliter ac de semiviris & circumforaneis Deæ Syriæ bajulis Apulejus lib. VIII. *qui per plateas & oppida cymbalis* & CROTALIS *personantes* &c. Erant autem vulgo ex ære eadem crotola, unde κρόταλα χαλκοῦ apud Euripidem Cycl. v. 204. & χάλκεα κρόταλα, quibus strepitum edidisse dicuntur Γαλλαὶ (quarum haud facile obvia mentio) Magnæ matris comites, in antiquis apud Hephæstionem versibus p. 40.

Γαλλαὶ Μητρὸς ὀρείης Φιλόθυρσοι δρομάδες,
Αἷς ἔντεα παταγεῖται, καὶ χάλκεα ΚΡΟΤΑΛΑ
Gallæ Matris montanæ, thyrsos amantes sequaces,
A quibus arma quatiuntur, & ærea CROTALA.

Ubi Γαλλαὶ *effeminatos* seu *eviratos* illos hujus Deæ ministros notant. Ezech. Spanheim Observat. in Callimach. Hymn. in Dianam. p. 299.

Εὐριπίδης τε ἐν ταῖς Βάκχαις [1] τὰ παραπλήσια ποιεῖ, τοῖς Φρυγίοις ἅμα καὶ τὰ Λύδια συμφέρων κατὰ τὸν Ὅμηρον, Ἀλλ' ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας, A

Θίασος ἐμὸς, γυναῖκες, * ἐμάθ' εὑρήματα.

* Hic videtur aliquid deesse.

Καὶ πάλιν

Ὦ μάκαρ ὅς τις εὐδαίμων τελετὰς θεῶν
Εἰδὼς, βιοτὰν ἁγιστεύει.
Τά τε ματρὸς μεγάλας
Ὄργια Κυβέλας θεμιστεύων
Ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων,
Κισσῷ τε στεφανωθεὶς
Διόνυσον θεραπεύει,
Ἴτε Βάκχαι
Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ B
Διόνυσον κατάγουσαι
Φρυγίων ἐξ ὀρέων,
Ἑλλάδος εἰς εὐρυχώρους ἀγυάς·

Πάλιν δ' ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τὰ Κρητικὰ συμπλέκει τούτοις.

Ὦ θαλάμευμα Κουρήτων
Ζάθεοί τε Κρῆτες
Διογενέτορες * ἔναυλοι
* Τρικόρυθες τ' ἐν ἄντροις
Βυρσότονον κύκλωμα τόδε
Μοι Κορύβαντες εὗρον.
Ἀνὰ δὲ Βακχεία συντόνῳ
Κέρασαν ἡδυβόα Φρυγίων
Αὐλῶν πνεύματι, ματρός τε Ῥέας εἰς C
* Χέρα θῆκαν καλλίκτυπον εὔασμα Βακχᾶν,
Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
Ματέρος * ἐξανύσαντο * Ῥέας.
Εἰς δὲ χορεύματα
* Προσῆψαν τριετηρίδων
Αἷς χαίρει Διόνυσος.

* Scripti ἐνθ. αὐλοί.
* Vett. quidam ἔνθα τρικόρυθες ἀνθοῦσι.
p. 470.
* Aliter paulo Eurip. ἐξαύσαντο.
* Scripti ἐξαύσαντο.
* Apud Euripidem θεάς.
* Apud Euripidem Συνῆψαν.

Καὶ ἐν Παλαμήδῃ φησὶν ὁ χορός.

Οὐ σὺν Διονύσῳ κωμῶν,
Ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ.
Τυμπάνων ἰάκχοις.

Σειληνὸν, καὶ Μαρσύαν, καὶ Ὄλυμπον συνάγοντες εἰς ἓν, καὶ εὑρετὰς αὐλῶν ἱστοροῦντες, πάλιν καὶ οὕτως * τὰ Διονύσια, καὶ τὰ Φρύγια D εἰς ἓν συμφέρουσι· τήν τε Ἴδην καὶ τὸν Ὄλυμπον συγκεχυμένως πολλάκις ὡς τὸ αὐτὸ ὄρος κτυποῦσιν. Εἰσὶ μὲν οὖν λόφοι [2] τέτταρες Ὄλυμποι καλούμενοι· τῆς Ἴδης κατὰ τὴν * Ἀντανδρίαν·

* Scripti, τὰ Διονυσιακά.
* Scripti, Αὔταν.

Euripides quoque in Bacchis similia facit, cum Phrygiis simul Lydia conjungens de Homeri sententia,

O mulieres, arcem quæ Tmolum Lydiæ
Liquistis, ô thiasus meus......
Inventa nostra. --

Et rursum:

O Beatus, quicunque felix sacra deûm
Cognita habens, religiosè vivit
Matrisque magnæ
Orgia Cybeles celebrans,
Thyrsumque sursum quatiens,
Edera redimitusque
Bacchum colit.
Ite Bacchæ
Bromium dei natum deum
Bacchum deducentes
Phrygiis de montibus
In Græciæ compita lata.

Rursum deinde Cretensia cum his implicat.

O thalamij Curetum
Divinique Cretes
Jovis genitores, tibiis
Tribusque galeis instructi in antris
Globum hunc contentum pellibus
Mihi Corybantes invenerunt.
Bacchicumque intento
Temperantes Phrygiarum
Tibiarum flamine, matris Rheæ in
Manum posuere pulsu strepens euasma Baccharum.
Juxta autem furentes Satyri,
Matri famulabantur Rheæ.
Et choreas
Instituerunt trietericas
Quibus gaudet Bacchus.

In Palameda etiam chorus inquit.

Cum Baccho comessans,
Qui apud Idam oblectatur
Cum matre cara, tympanorum iacchis.

Jam Silenum, Marsyam, & Olympum conjungentes, eosque tibiarum inventores facientes, rursum Bacchi & Phrygiæ deæ res in unum confundunt. Idam quoque & Olympum promiscuè tanquam eundem montem sonant. Quatuor autem sunt colles, Olympi nomine. Unus ad Idam, juxta 3 Antandrum:

1. Βάκχαις) Vers. 56. 73. 120. sed loca hæc pleniora leguntur in editione J. Barnes.

2. Τέτταρες Ὄλυμποι καλούμενοι) Primus Olympus & omnium celebratissimus est in Thessalia, à quo Ossa mons diluvii tempore, ut placet poëtis, fuit abruptus. (Lib. v. p. 60.) Alterum in Peloponneso fuisse volunt cum sua & ipsum Ossa, ut docuit Geographus libro octavo. Tertius est iste Idæ collis. Quartus est in Mysia. Fuêre & alia loca quæ sic appellarentur: sed montes hi tantum quatuor: quanquam non ignoro Cypri ἀκρώρειαν quandam Olympum appellari libro xiv. p. 682. *Casaub.*

3. *Antandriam.*) Verba non sunt integra. Legi καλούμενοι. Εἷς μὲν ἐγγὺς τῆς Ἴδης, κατὰ τὴν Ἀντανδρίαν. Antandros etiam ex Virgilio Æn. III. 6. est nota. Sophoclis prior versus est mutilus, deest puto νῦν post μίμνων aut πού. Post eos excidisse aliquid, evidens est. Βενδίδεια autem non μενδίδεια esse sacra, notum est ex fine α Πολίτ. Platonis, secundo Ἑλληνικῶν Xenophontis, Jove tragico Luciani, aliis. & mox infrà sic rectè legitur. Versus Aeschylei corruptiores sunt, quam ut conjecturis sanari possint. *Xyland.*

1. Καὶ

alius Myſiæ, conterminus Idæ, non tamen idem. Sophocles Polyxena Menelaum faciens feſtinanter è Troja diſcedere, Agamemnonem autem cupientem aliquantulum morari placandæ Minervæ gratia, Menelao hæc verba tribuit:

Hîc tu manens in Idæo verum ſolo
Greges Olympi conducens fac rem ſacram.

Tibiæ, & ſtrepitui crepitaculorum & cymbalorum ac tintinnabulorum, acclamationibuſque & euaſmis ac pedum pulſationibus propria. Excogitata ſunt etiam vocabula, quibus adminiſtros, chorearum ductores, & famulos ſacrorum adficerent, Cabiros, Corybantes, Panes, Satyri, Tityri: & deum Bacchum, & Rheam Cybelam, Cyben, atque Dindymenen, ipſoſque locos. Sabazius quoque de Phrygiis eſt, & quodammodo puerulus Matris, ipſe quoque Bacchicis adjunctus. Horum ſimilia ſunt etiam apud Thraces quæ uſurpantur ſacra Cotyttia, & Bendidia, à quibus etiam Orphica ſunt profecta. Cotyos deæ apud Edonos cultæ Æſchylus meminit. Cum enim dixiſſet,

Veneranda Cotys in Edonis,
Montana inſtrumenta habentem:

ſtatim eos, qui Baccho inſerviunt, ſubjicit:

Hi manibus tenebant bombos torno elaboratos,
Implebantque melos quod furorem alliceret.
Alius autem æratis ſtrepit crepitaculis.

Ac rurſum:

Pſalmus autem reſonat:
Boumque mugitus æmulæ voces reboant aliunde
Ex operto, terribiliter: tympanique echo
Tanquam ſubterranei tonitrus fertur turbulenta.

A Ἔστι δὲ καὶ ὁ Μυσὸς Ὄλυμπος, ὅμορος μὲν, οὐχ ὁ αὐτὸς δὲ τῇ Ἴδῃ. Ὁ δ᾽ οὖν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἀπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν δ᾽ Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον, τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον

Σὺ δ᾽ αὖθι μίμνων τὴν κατ᾽ Ἰδαίαν χθόνα
Ποίμνας Ὀλύμπου συναγαγὼν θυηπόλει.

Τῷ δ᾽ αὐλῷ, καὶ κτύπῳ κροτάλων τε καὶ κυμβάλων, καὶ τυμπάνων, καὶ ταῖς ἐπιβοήσεσι, καὶ εὐασμοῖς καὶ ποδοκρουστίαις, οἰκεῖα ἐξεύροντο, καί τινα τῶν ὀνομάτων, ἃ τοὺς προπόλους καὶ
B χορευτὰς, καὶ θεραπευτὰς τῶν ἱερῶν ἐκάλουν, * Καβείρους καὶ Κορύβαντας, καὶ Πᾶνας, καὶ Σατύρους, καὶ Τιτύρους, καὶ τὸν θεὸν Βάκχον, καὶ τὴν Ῥέαν Κυβέλην, καὶ Κύβην, καὶ Δινδυμήνην, 1 καὶ τοὺς τόπους αὐτούς. 2 Καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστί· καὶ τρόπον τινὰ τῆς Μητρὸς τὸ παιδίον παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός. Τούτοις δ᾽ ἔοικε, καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θρᾳξὶ τά τε Κοτύττια, καὶ τὰ 3 Βενδίδεια, παρ᾽ οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε. Τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς 4 Αἰσχύλος μέμνηται· εἰπὼν γὰρ, Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, ὄρεια δ᾽ 5 ὄργαν ἔχοντα,
C τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει.

Ὁ μὲν ἐν χερσὶ βόμβηκας ἔχων τόρνου κάματον δακτυλόδεικτον.
Πίμπλησι μέλος, μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν.
6 Ὁ δὲ, χαλκοθέοις κοτύλαις ὀτοβεῖ.

Καὶ πάλιν,

Ψαλμὸς δ᾽ ἀλαλάζει·
Ταυρόφθογγοι δ᾽ ὑπομυκῶνταί ποθεν
Ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι, τυμπάνω δ᾽ ἠχώ. [ταρβής.
Ὡσθ᾽ * ὑπογείου βροντῆς φέρεται βαρυ-

* Vulgò, Καβείρας.

p. 471.

* Scripti, ὑπογαίου.

1. Καὶ τοὺς τόπους αὐτούς.) Si locus ſanus eſt & integer, ſenſus eſt, locos quoque illos, ubi Cybele & Dindymene colebantur, iiſdem nominibus fuiſſe affectos, cum numine. At paullò antè à locis, has Magnæ Matris appellationes eſſe ortas dixit. Fortaſſe legendum κατὰ τοὺς τόπους αὐτῆς. *Caſaub.*

2. Καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ) Non referam quæ de Sabazio notarunt viri eruditi, quum ea ut puto, omnibus jam ſint cognita. Sed quod ait Strabo eſſe Phrygiacam vocem, repugnat Ariſtophanis ſcholiaſtes in Σφηκ. pag. 432. ed. 1607. Σαβάζιον, ait, τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι, καὶ σαβοὺς, τοὺς ἱεροὺς αὐτῶν. *Idem.* De Sabazio vide porro eundem p. 583. & 861. Multa occurrunt apud L. Giraldum de Diis Syntagm. VIII. pag. 276, 277. & Meurſium in Græcia Feriata VI. c. I. v. ΣΑΒΑΣΙΑ. Bodinum ad Oppian. de Venat. I. 25.

3. Βενδίδεια) Hopperus male Μενδίδια. Βενδίδεια ſunt ſacra ab Athenienſibus in honorem Dianæ celebrata, quæ Thracum lingua vocatur Βένδις auctore Heſychio: Βένδις, ἡ Ἄρτεμις. Θρακιστί. παρὰ δὲ Ἀθη-
D ναίοις ἑορτὴ Βενδίδεια. *Bendis Thracum lingua eſt Diana: apud Athenienſes feſtum Bendideia.* Celebrabantur illa in Pyraeo vigeſima die menſis Thargelionis teſte Proclo lib. I. in Platonis Timaeum. Palæphatus cap. 32. vocat βενδείαν, quomodo vel βένδιν ſcribendum putat Palmerius apud Heſychium in voce Δίλογχον, pro Βένδην. Vide Meurſ. Græc. Feriat. Lib. II. v. Βενδίδεια. Et alios.

4. Αἰσχύλος μέμνηται) In ea fabula cui nomen fecerat Edoni. *Caſaub.* Verſus hoſce, ſiquidem ſunt Anapæſtici, in ordinem redegit doctiſſ. Th. Stanley in notis ad Aeſchylum pag. 855.

5. Ὄργαν ἔχοντα) Scripti libri, ἔχοντες, vel ἔχοντας. *Id.*

5. Ὄρια δ᾽ ὄργαν ἔχοντα) Scribendum ἔχουσα. Barth. ad Stat. T. III. p. 51.

6. Ὁ δὲ, χαλκοθέοις κοτύλαις ὀτοβεῖ) Lege χαλκοδέτοις. Athenæus libro XI. cap. 8. pag. 479. Καὶ τὰ κύμβαλα δ᾽ Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς κοτύλας εἴρηκε· ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀττοβεῖ. *Aeſchylus in Hedonis Cymbala cotulas nominat. Æneis vero ille cotylis obſtrepebat.* Caſaub.

Ταῦτα γὰρ ἔοικε τοῖς Φρυγίοις· καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥσπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρακῶν ἄποικοι εἰσὶν, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ [1] ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι. Καὶ τὸν Διόνυσον δὲ, καὶ τὸν Ἠδωνὸν Λυκοῦργον [2] συνάπτοντες εἰς ἕν. τῶν ἱερῶν τὴν ὁμοιοτροπίαν αἰνίττονται. Ἀπὸ δὲ τοῦ μέλους, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ, καὶ τῶν ὀργάνων, καὶ ἡ μουσικὴ πᾶσα Θρακία, καὶ Ἀσιᾶτις νενόμισται· δῆλον δ' ἔκ τε τῶν τόπων, ἐν οἷς αἱ Μοῦσαι τετίμηνται. Πιερία γὰρ, καὶ Ὄλυμπος, [3] καὶ Πίμπλα, καὶ Λείβηθρον τὸ παλαιὸν ἦν Θράκια χωρία καὶ ὄρη· νῦν δὲ ἔχουσι Μακεδόνες· τόν τε Ἑλικῶνα * καθιέρωσαν ταῖς Μούσαις Θρᾷκες οἱ τὴν Βοιωτίαν ἐποικήσαντες, οἵπερ καὶ τὸ τῶν Λειβηθριάδων Νυμφῶν ἄντρον καθιέρωσαν· οἵ τ' ἐπιμεληθέντες τῆς ἀρχαίας μουσικῆς, Θρᾷκες λέγονται, Ὀρφεύς τε, καὶ Μουσαῖος, καὶ Θάμυρις· καὶ τῷ Εὐμόλπῳ δὲ τοὔνομα ἐνθένδε· καὶ τῷ Διονύσῳ τὴν Ἀσίαν ὅλην καθιερώσαντες μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, ἐκεῖθεν καὶ τὴν πολλὴν μουσικὴν μεταφέρουσι· καὶ ὁ μέν τις φησὶν, [4] κιθάραν Ἀσιᾶτιν [5] ῥάσσων, ὁ δὲ, τοὺς αὐλοὺς Βρεκυντίους καλεῖ, καὶ Φρυγίους· καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται· [6] νάβλα, [7] καὶ σαμβύκη, [8] ἡ καὶ βάρβιτος, [9] καὶ μαγάδες, καὶ ἄλλα πλείω. Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, [10] οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεούς· πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν· καὶ δὴ, καὶ τὰ Θράκια, καὶ τὰ Φρύγια· τῶν μὲν γὰρ Βενδιδίων [11] Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης,

* Scripti, καθιερώσαντες.

Hæc enim Phrygiis sacris conveniunt. Neque verò absurdum est, quemadmodum ipsi Phryges Thracum sunt coloni, ita eos sacra sua quoque inde transtulisse. Bacchum etiam cum Edono Lycurgo conjungentes, sacrorum inter se similitudinem innuunt. A cantilena autem, numeris, instrumentisque, etiam musica omnis Thracia & Asiatica censetur. Atque hoc de locis intelligi potest, ubi Musæ cultæ fuerunt. Nam Pieria, Olympus, Pimpla, Libethrum antiquitus Thracia fuere loca & montes: nunc Macedones obtinent: & Heliconem Musis consecraverunt Thraces Bœotiæ inquilini, ut & antrum Libethridum Nympharum. Jam qui antiquam procuraverunt musicam, Thraces perhibentur, Orpheus, Musæus, Thamyris, & Eumolpo nomen inde factum fuit. Et cum Baccho totam Asiam ad Indiam usque consecraverint, magnam quoque musicæ partem inde transferunt: atque alius dicit Citharam pulsans Asiatida: alius Berecynthiam vocat fistulam aut Phrygiam. Instrumentis quoque plerisque nomina sunt barbara, nablum, sambuca, quæ & barbitos, magades, alia. Athenienses quemadmodum aliâs morem suum peregrina adsciscendi, ita etiam quod ad deos attinet tenuerunt. Multa enim sacra peregrina receperunt, quo nomine etiam in comœdiis exagitati sunt: interque hæc Thracia & Phrygia: Bendidiorum enim mentio est apud Platonem, Phrygiorum apud Demosthenem:

1. Ἐκεῖθεν μετηνέχθαι) Sic legendum auctoribus libris, non μετήνεκται. *Casaub.*

2. Συνάπτοντες εἰς ἓν) Rectius libri veteres, συνάγοντες. *Idem.*

3. Καὶ Πίμπλα) Libro nono p. 410. simili in loco, dixit καὶ Πίμπλειαν. Lycophron. vers. 275.

Λειβηθρίην θ' ὕπερθε Πιμπλείας σκοπήν.

Libethriamque speculam supra Pimpleam. Idem.

4. Κιθάραν Ἀσιᾶτιν) Locus videtur sumptus ex Euripidis Erechtheo. Discimus ex Etymologico magno cujus sint hæc verba in Ἀσιάτις.] *Idem.*

5. Ῥάσσων) Libri veteres, ἀράσσων. *Idem.*

6. Νάβλα) Νάβλιον ait Clemens Alexandrinus Strom. I. invenere Cappadoces, Troglodytæ sambucam, utrumque Syri, teste Athenæo lib. IV. c. 24. p. 175. Qui literis Hebraicis vel minimum sunt tincti agnoscunt facile vocem puram putam Hebraicam, נבל quod ipsis est instrumenti musici genus. *Idem.* Hoc describit eleganter Vir Celeberrimus Salom. van Til. in libro Belgico. *Van de Digt-zang-en speel-konst der Ouden.* cap. V. §. 14. p. 107. & seqq.

7. Καὶ σαμβύκη) Vox planè Syriaca, ut docuit summus vir Josephus Scaliger: itaque nugantur more suo Grammatici, qui σαμβύκην quasi ἰαμβικὴν dictam volunt. Est & πορθητικῆς μηχανῆς genus, descriptæ à Polybio libro octavo [Adde his citharam: citharos enim dixit Daniel 3.] *Casaub.*

8. Ἡ καὶ βάρβιτος) Malim καὶ ἡ βάρβιτος, ut legit prior interpres. Inventum est Anacreontis, si credimus Neanthi Cyziceno. Melius autem Strabo vocem putat esse barbaram, quam Grammatici Græcam: dici enim volunt βάρβιτον, quasi βαρύμιτον. (At longe etiam ineptius ille nescio quis commentator Horatianus, qui lyram barbiton dictam tradit, quod ebore ornetur à voce barrus pro elephanto.) *Idem.* Est is vetus Interpres ad Epod. carm. XII. vers. I.

9. Καὶ μαγάδες) Nemo veterum quod sciam dubitavit hanc vocem esse barbaram, & à Græco sermone alienam. Quid sit ex Athenæo disces lib. XIV. cap. 8. 9. p. 634, 635. *Idem.*

10. Οὕτω καὶ περὶ θεούς) Ideo dicebat Lucas Act. XVII. 16. Paulo animum esse commotum per Athenarum vicos incedenti, cum videret eam urbem κατείδωλον οὖσαν, hoc est *idolis refertam*, ut alio loco docuimus. *Idem.*

11. Πλάτων μέμνηται) Πολιτ. libro primo extremo. p. 354. T. II. Ταῦτα δή σοι (ἔφη) ὦ Σώκρατες εἱστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Sed & Xenophon meminit, Ἑλληνικῶν lib. II. p. 472. ed. 1594. οἱ δ' ἐκ τῶν ἄστεως, ἐς τὴν Ἱπποδάμειον ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν συνετάξαντο ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδὸν ἣ φέρει πρός τε τὸ ἱερὸν τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ Βενδίδειον. *Urbani vero quum in forum Hippodameum venissent, primum sic instruunt aciem, ut viam omnem complerent, quæ ad Munychiæ Dianæ templum, & ad Bendideum ducit.* Demosthenis locus omnibus notus est. *Idem.*

1. *Heca-*

ubi Æſchinis matrem vituperat, atque ipſum qui matri ſacrificanti adfuerit, unaque thiaſos duxerit, & acclamaverit Euœ, Sabœ, Hyes, Attes, Attes Hyes: hæc enim Sabazii & magnæ Matris ſacrorum ſunt. Porro autem cum hæc de geniis iſtis & nominum eorum varietate reperiat aliquis: tum non adminiſtros modo eos deorum, ſed ipſos quoque deos appellari. Heſiodus enim 1 Hecatæi & Phoronei filiæ quinque ait fuiſſe filias:

Unde deæ nymphæ prognatæ Oreades exſtant,
Vanorumque genus Satyrorum & inania tractans,
Cureteſque dii luſores, ſaltatores.

Is qui Phoronidem ſcripſit, tibicines Phrygios facit Curetas: alii terrigenas, & æreis ſcutis armatos. Ille autem non Curetas facit Phryges, ſed Corybantes: illos autem Curetes: arma vero ænea ſumſiſſe primum in Eubœa, indeque Chalcidenſes ab ære (*quod eſt chalcos*) dictos. Alii à Titanibus Rheæ datos famulos armatos Corybantes, è Bactriana (alii è Colchis ajunt) profectos. In Cretenſi hiſtoria Curetes Jovis alumni dicuntur & cuſtodes in Cretam è Phrygia exciti à Rhea. Alii cum novem in Rhodo eſſent Telchines, eos Rheæ in Cretam fuiſſe comites ajunt, ibique Jovem enutriviſſe, & Curetas dictos: eorum ſocium Corybantem Pydnæ conditorem apud Rhodios Praſiis occaſionem dediſſe dicendi, Corybantes eſſe genios Minervæ & Solis filios: alii Saturni prolem eos faciunt. Sunt qui Jove & Calliopa natos autument, eoſdem cum Cabeiris: eoſque veniſſe in Samothracen, quæ antè Melita dicebatur:

A διαβάλλων τὴν Αἰσχίνου μητέρα καὶ αὐτόν, ὡς τελούσῃ τῇ μητρὶ συνόντα, καὶ συνθιασεύοντα πολλάκις, καὶ ἐπιφθεγγόμενον * εὐοῖ, σαβοῖ, ὕης, ἄττης, καὶ ἄττης ὕης· ταῦτα γάρ ἐστι Σαβάζια, καὶ Μητρῷα. Ἔτι δ' ἄν τις καὶ ταῦτα εὕροι περὶ τῶν δαιμόνων τούτων, καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ποικιλίας καὶ ὅτι οὐ * πρόσπολοι θεῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ θεοὶ προσηγορεύθησαν. Ἡσίοδος μὲν γὰρ * Ἑκατέρου, καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν,

2 Ἐξ ὧν ὄρειαι νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο.
Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων, καὶ ἀμηχανοεργῶν
Κουρῆτές τε θεοὶ φιλοπαίγμονες ὀρχηστῆρες·

B 3 Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα σέψας, αὐλητὰς, καὶ Φρύγας τοὺς Κουρῆτας λέγει· ἄλλοι δὲ γηγενεῖς, 4 καὶ χαλκάσπιδας. * ὁ δ' οὐ τοὺς Κουρῆτας λέγει, ἀλλὰ τοὺς Κορύβαντας Φρύγας, 5 ἐκείνους δὲ * Κουρῆτας· περιθέσθαι δὲ ὅπλα χαλκᾶ πρώτους ἐν Εὐβοίᾳ· διὸ καὶ Χαλκιδέας αὐτοὺς κληθῆναι· οἱ δ' ὑπὸ Τιτάνων Ῥέᾳ δοθῆναι προσπόλους ἐνόπλους τοὺς Κορύβαντας ἐκ τῆς Βακτριανῆς ἀφιγμένους· οἱ δ' ἐκ Κόλχων φασίν. Ἐν δὲ τοῖς Κρητικοῖς λόγοις οἱ Κουρῆτες Διὸς τροφεῖς λέγονται, καὶ φύλακες, εἰς Κρήτην ἐκ Φρυγίας μεταπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ῥέας· 6 οἱ δὲ Τελχίνων ἐν Ῥόδῳ ἐννέα ὄντων, τοὺς Ῥέᾳ συνακολουθήσαντας εἰς Κρήτην,
C καὶ τὸν Δία κουροτροφήσαντας, Κουρῆτας ὀνομασθῆναι. 7 Κορύβαντα δὲ τούτων ἕτερον 8 ἱερέα Πύδνης ὄντα κτίστην, παρὰ τοῖς Ῥοδίοις παρασχεῖν πρόφασιν τοῖς Πρασίοις, ὥστε λέγειν ὡς εἶεν Κορύβαντες δαίμονές τινες Ἀθηνᾶς, καὶ Ἡλίου παῖδες. Ἔτι δὲ Κρόνου τινὲς τοὺς Κορύβαντας· οἱ δὲ τοῦ Διὸς καὶ Καλλιόπης φασὶ, τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις ὄντας· ἀπελθεῖν δὲ τούτους εἰς Σαμοθρᾴκην 9 καλουμένην πρότερον Μελίτην·

* Scripti, εὖα,

* Scripti, προπλ.

* In vett. lib. eſt. Ἑκατέρῳ & Ἑκατέρου.

p. 472.

* In quibuſdam lib. οἱ δέ. ſine λέγει.

* Manuſſ. Κρῆτας.

1. *Hecatæi.*) Non dubium eſt quin hæc ſint corrupta, neque de hoc Hecatæo quicquam invenio, pro ὄρειαι fortaſſis poëtica ectaſi Ὤρειαι ſcripſerat Heſiodus. pro Φορώνιδα σέψας, lego Φορωνίδα γράψας, opus fuit de Phoroneo & ejus rebus, citatur etiam ab aliis. (Barth. ad Stat. T. II. p: 383.) Quis autem eſt ille ὁ δὲ οὐ τοὺς Κουρῆτας, *Xyland.*

2. Ἐξ ὧν ὄρ.) Sic lego hoc carmen
Ἐξ ὧν οὔρειαι νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο. *Caſaub.*

3. Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα σέψας) Rectè Xylander γράψας. Sic ſcholiaſtes Apoll. ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα συνθείς. Placet autem quibuſdam veterum, ejus operis auctorem eſſe Hellanicum: eſtque in ea ſententia Dionyſ. Halicarn. A. R. I. 28. alii Hecatæum. *Id.*

4. Καὶ Χαλκάσπιδας) Sic appellat Menodotus Samius, ut alicubi legere memini. *Idem.*

5. Ἐκείνους δὲ Κουρῆτας) Lego ἐκείνους δὲ Κρῆτας. Nam de patria agitur. *Idem.*

6. Οἱ δὲ Τελχίνων) De Telchinibus vide lib. XIV. p. 653. *Idem.*

7. Κύρβαντα δὲ τούτων ἕτερον.) Lego Κορύβαντα δὲ τούτων ἑταῖρον. Pydnam quoque & Praſios non nemo ſuſpicetur eſſe depravata vocabula. quid ſenſerim, legendo intelliges. *Xyland.*

8. Ἱερέα Πύδνης ὄντα κτίστην) Suſpicor eſſe legendum Ἱεραπύδνης ὄντα κτίστην. *Caſaub.*

D Κορύβαντα δὲ τούτων ἕτερον ἱερέα Πύδνης ὄντα κτιστήν, παρὰ τοῖς Ῥοδίοις παρασχεῖν πρόφασιν τοῖς Πρασίοις, ὥστε λέγειν &c. *Eorum ſocium Corybantem Pydnæ conditorem apud Rhodios Praſiis occaſionem dediſſe dicendi.*) Recte putavit Caſaubonus pro ἱερέα Πύδνης legendum Ἱεραπύδνης, quæ fuit urbs Cretæ inſulæ cognominis Hierapydnæ Troadis. Sed quæ ſequuntur, non attigit, & quidem prudenter: ſunt enim meræ tenebræ. Hunc locum eſſe mendoſum, ſalebroſum & mutilum etiam non dubito pronunciare, proculdubio poſt κτιστὴν interpungendum, & inter eam vocem & παρὰ τοῖς Ῥοδίοις multa deſunt; qui fuerunt illi Ῥόδιοι Πράσιοι, fateor me ignorare. *Palmer.*

9. Καλουμένην πρότερον Μελίτην) Apollonii ſcholiaſtes annotat vocatam fuiſſe *Leucoſiam*: poſtea *Samum* à Sao quodam. poſtremò *Samothraciam* cum eam Thraces occupaſſent. Euſtat. Dardaniam veteri nomine appellat. *Caſaub.*

A τὰς δὲ πράξεις αὐτῶν μυστικὰς εἶναι. Ταῦτα δ' οὐκ ἀποδεξάμενος ὁ Σκήψιος, ὁ τοὺς μύθους συναγαγὼν τούτους, ὡς μηδενὸς ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυστικοῦ λόγου περὶ Καβείρων λεγομένου· [1] παρατίθησιν ὁμοίως καὶ Στησιμβρότου τοῦ Θασίου δόξαν, ὡς τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἱερὰ τοῖς Καβείροις ἐπιτελεῖτο· [2] καλεῖσθαι δέ φησιν αὐτοὺς ἐκεῖνος, ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν τῇ Βερεκυντίᾳ Καβείρου. Οἱ δ' Ἑκάτης προπόλους νομίζουσι τοὺς Κουρῆτας τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κορύβασιν ὄντας. Φησὶ δὲ πάλιν ὁ Σκήψιος ἐν τῇ Κρήτῃ τὰς τῆς Ῥέας τιμὰς μὴ νομίζεσθαι μηδὲ ἐπιχωριάζειν, ὑπεναντιούμενος τῷ τοῦ Εὐριπίδου λόγῳ· ἀλλ' ἐν τῇ Φρυγίᾳ μόνον, καὶ τῇ Τρῳάδι· τοὺς δὲ λέγοντας μυθολογεῖν B μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν. Πρὸς τοῦτο δὲ, καὶ τὴν τῶν τόπων ὁμωνυμίαν συμπράξαι τυχὸν ἴσως αὐτοῖς. Ἴδη γὰρ τὸ ὄρος τό, τε Τρωϊκὸν, [4] καὶ τὸ Κρητικόν· καὶ Δίκτη τόπος ἐν τῇ Σκηψίᾳ, καὶ ὄρος ἐν τῇ Κρήτῃ. Τῆς δὲ Ἴδης λόφος Πύτνα, [5] ἀφ' οὗ Ἱερὰ Πύτνα ἡ πόλις, Ἱπποκόρωνά τε τῆς Ἀδραμυττηνῆς, καὶ Ἱπποκορώνιον ἐν Κρήτῃ. [6] Σαμώνιόν τε τὸ ἑωθινὸν ἀκρωτήριον τῆς νήσου, καὶ πεδίον [7] ἐν τῇ Νεανδρίδι, καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων. [8] Ἀκουσίλαος δ' ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρης καὶ Ἡφαίστου Κάμιλον λέγει. τοῦ δὲ, τρεῖς Καβείρους, ὧν Νύμφας * Καβειράδας. Φερεκύδης δ' ἐξ Ἀπόλλωνος C καὶ Ῥυτίας Κορύβαντας ἐννέα· οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ· ἐκ δὲ Καβείρης τῆς Πρωτέως, καὶ Ἡφαίστου, Καβείρους τρεῖς, καὶ νύμφας τρεῖς Καβειρίδας· ἑκατέροις δ' ἱερὰ * γενέσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν Λήμνῳ, καὶ Ἴμβρῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν· ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐστι μυστικά.

* Scripti Καβειρίδας

p. 473.

* Scripti γίνεσθαι.

eorum actiones esse mysticas. Hæc non probans Scepsius qui fabulas istas conscripsit, quia in Samothrace nulla de Cabeiris mystica feratur: tamen Stesimbroti Thasii refert opinionem, quæ sacrificia Samothracica Cabeiris adscribit: nomenque eorum deducit à monte Berecyntiæ Cabeiro. Alii censent Hecates administros fuisse Curetas, eosdem cum Corybantibus. Rursus autem Scepsius ait in Creta honores Rheæ non esse in usu, neque receptos ibi ritus ejus, [3] Euripidis verbis contradicens: sed in Phrygia tantùm ac Troade: qui aliter affirmant, eos fabulam potius quam historiam tradere. Ad quam rem eos fortassis nomina locorum ambigua induxerunt. Ida enim mons est & Trojæ & Cretæ: itemque Dicte in Scepsia locus, & mons in Creta: & Pytna Idæ collis, unde urbs Hierapytna: & in Hippocorona Adramyttenæ, inque Creta Hippocoronium: tum Samonium Cretæ orientale promontorium, & planicies in Neandride & Alexandreorum solo. Acusilaus Argivus Cabeira & Vulcano natum ait Camilum: hoc tres Cabeiros, ex his nymphas Cabeiradas. Pherecydes ex Apolline & Rhytia novem Corybantes, qui habitaverint in Samothrace: è Cabeira Protei filia & Vulcano Cabiros tres, & tres nymphas Cabeiridas: utrisque sua sacra fuisse: maxime autem in Lemno & Imbro Cabeiros cultos, sed & secundum urbes Trojæ: nomina eorum sunt mystica.

1. Παρατίθησιν ὁμοίως.) ὅμως puto. *Xyland.*

2. Καλεῖσθαι δέ φησιν αὐτοὺς ἐκεῖνος) ait Cabiros à monte Cabiro esse dictos: & ita scholiastes Apollonii ἀπὸ Καβείρων τῶν κατὰ Φρυγίαν ὀρῶν. Sed falli veteres in etymo hujus vocis notum est eruditioribus: quum vera origo illius vocis è lingua Hebræa sit petenda. Cabir ergo, vox est originis Hebraïcæ, quæ potentem significat. Inde appellati sunt Cabiri, quod est, Divipotes, ut Varro & Tertullianus (de Spect. 8.) interpretantur. Græcis dicebantur θεοὶ μεγάλοι, & θεοὶ δυνατοὶ, ab Orpheo ἐυδύνατοι, cujus versum (Hymn. Κουρητῶν) malè vulgò accipiunt, Κουρῆτες κορύβαντες, ἀνάκτορες, ἐυδύνατοί τε Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἄνακτες. *Casaub.* Quæ de Cabiris exstant summa diligentia congessit doctissimus Tobias Gutberlethus in dissertatione Philologica inscripta *de Mysteriis deorum Cabirorum.* Pluribus in locis de Cabiriis agit Bochartus maxime Chanaan I. cap. 12..

3. Omisit Xylander *Euripidis verbis contradicens.*

4. Καὶ τὸ Κρητικὸν) Hujus meminit Callimachus in hymno Jovis, vers. 6.

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι.

Jupiter, te quidem alii Idæis in montibus ajunt genitum.

Utriusque mentio apud Geographos, ut & utriusque Dictes. *Idem.*

5. Ἀφ' οὗ Ἱερὰ Πύτνα ἡ πόλις) Lege omnes geographos, lege etiam historicos, nullam reperies ad montem Idam Hierapytnam. Nec hoc sanè Strabo voluit. Certissimum est scripsisse eum aut hoc, aut simili modo. Τῆς δ' Ἴδης λόφος Πύτνα, καὶ τῆς Κρήτης δὲ, ἀφ' οὗ Ἱεραπύτνα ἡ πόλις. Recenset Geographus loca ejusdem nominis, in Phrygia & Creta. D Hierapydna autem Cretæ urbs est notissima, quam ait nomen accepisse à Pydna monte Cretæ, qui est ὁμώνυμος alteri Pydnæ colli Idæ. *Idem.* videsis Cellarium Geograph. Antiq. II. cap. 14. p. 1265.

6. Σαμώνιον) perperam hoc modo legitur, cum dicendum sit Σαλμώνιον. Berkel. ad Steph. p. 658.

7. Ἐν τῇ Νεανδρίδι) Neandria est in agro Trojano: itemque Alexandria: ne quis hic Alexandriam Ægypti putet intelligendam. *Casaub.*

8. Ἀκουσίλαος δὲ ὁ Ἀργεῖος) In alia omnia eunt auctores quos sequitur Apollonii scholiastes ad lib. 1. vers. 917. Μυοῦνται, inquit, ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. Τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστι ἡ Δημήτηρ. Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη. Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἀδής· ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος, Κάσμιλος, ὁ ἑρμῆς ἐστιν ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. Quid de Camillo Varro, Festus, Macrobius Sat. III. 8. Servius tradant, non est obscurum. *Idem.*

1. Ἡρό-

Herodotus auctor est etiam apud Memphin templa fuisse, ut Vulcani, ita etiam Cabirorum: sed esse è Cambyse deleta. Loca honoribus istorum geniorum consecrata deserta sunt, Corybantium in Hamaxitia, quæ nunc Alexandreorum ad territorium pertinet, prope Sminthium: & Corybissa in Scepsia ad fluvium Euryentem, vicumque ejusdem nominis, & torrentem Æthaloënta. Scepsius perhibet verisimile esse Curetas & Corybantas fuisse eosdem, qui ad cultum Matris deûm adsciti adolescentes & pueri in armis saltarent: dictosque Corybantas, quia Κορύπτοντες βαίνοιεν, quia cum saltatione incederent: quos etiam betarmones Homerus appellat:

Huc age Phæacum betarmones excellentes.

Quando autem Corybantes saltare & instinctu divino concitari solebant: etiam nos Corybantes vocamus, qui furiosè moventur. Dactylos autem Idæos sunt qui dicant vocatos primos cultores radicum Idæ montis: nam imas montium partes vocari pedes, ut summas vertices: singulæ autem montium Idæorum extremitates magnæ Matri fuerunt consecratæ. Sophocles censet, quinque primos mares fuisse, qui primi ferrum invenerint atque cuderint, multaque alia ad vitam utilia repererint: quinque etiam his fuisse sorores: à numero autem Dactylos, id est digitos, nomen accepisse. Alii aliter fabulantur, incertis incerta annectentes, diversos & numeros & nomina ponentes, Salaminum,

A [1] Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἐν Μέμφει λέγει τῶν Καβείρων ἱερά, καθάπερ καὶ τοῦ Ἡφαίστου· διαφθεῖραι δ' αὐτὰ Καμβύσην· ἔστι δ' ἀοίκητα τὰ χωρία τῆς τῶν δαιμόνων τούτων τιμῆς· τό, τε Κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ Ἀμαξιτίᾳ τῆς νῦν Ἀλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς τοῦ Σμινθίου, καὶ ἡ Κορύβισσα ἐν τῇ Σκηψίᾳ περὶ ποταμὸν Εὐρήεντα, καὶ κώμην ὁμώνυμον, καὶ ἔτι χείμαρρον Αἰθαλόεντα. Πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος Κουρῆτας μὲν καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτοὺς, οἳ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἤιθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι. B [2] Καὶ Κορύβαντες δὲ ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς· οὓς καὶ βητάρμονας λέγει ποιητής·

Δεῦτ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι. Odyss. θ. 250.

Τῶν δὲ Κορυβάντων ὀρχηστικῶν καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους, [3] Κορύβαντας φαμέν. Δακτύλους δ' Ἰδαίους φασί τινες κεκλῆσθαι τοὺς πρώτους οἰκήτορας τῆς [4] κατὰ τὴν Ἴδην ὑπωρείας. [5] πόδας μὲν γὰρ λέγεσθαι τὰς ὑπωρείας κορυφὰς δὲ, τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν· [6] αἱ οὖν κατὰ μέρος ἐσχατιαὶ καὶ πᾶσαι τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱεραὶ περὶ τὴν Ἴ- C δην. [7] Σοφοκλῆς δὲ οἴεται, πέντε τοὺς πρώτους ἄρσενας γενέσθαι· οἳ σίδηρόν τε ἐξεῦρον καὶ εἰργάσαντο πρῶτοι, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων· πέντε δὲ καὶ ἀδελφὰς τούτων· [8] ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ Δακτύλους κληθῆναι· ἄλλοι δ' ἄλλως μυθεύουσιν, ἀπόροις ἄπορα συνάπτοντες· διαφόροις δὲ, καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοῖς ἀριθμοῖς χρώμενοι, ὧν Σαλαμῖνον ὀνομάζουσί τινα,

1. Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἐν Μέμφει) Locus est in Thalia (III.37.) ubi dicuntur τὰ τῶν Καβείρων ἱερὰ, ὅμοια τοῖς τοῦ Ἡφαίστου. *Casaub.*

2. Καὶ Κορύβαντας ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς. *Dictosque Corybantas, quia cum saltatione incederent.*) Plura & diversa traduntur etyma ejus D vocis: addam de meo & unum forte non pejus omnibus aliis. Ait Strabo Corybantas vocari τοὺς μανικῶς κινουμένους, *furiose moventes se.* Cum autem non sit ulla corporis motio μανικοτέρα, quam quæ ordine naturæ inverso capite incedit & manibus, pedes vero ad cœlum tendentes habet, puto ab eo dictos fuisse κορύβαντας. Nam κόρυ vox antiqua *caput* significabat, unde manarunt κορυφὴ *summa pars, vertex*, κορύνη *lignum capitatum*, κορύπτειν *arietare & capite ferire*, κόρυς *galea* capitis tegmen, κόρυμβος *summitas*, κόρυδος *galerita*, & multa alia. Ergo ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τὸ κόρυ βαίνειν dicti κορύβαντες. Vidimus olim in Gallia histrionem celebrem Italum nomine Arlesquinum, eo incessu celeriter satis currentem, & id etiam hodie faciunt circulatores. *Palmer.*

3. Κορύβαντας φαμὲν) Et κορυβαντιᾶν pro μαίνεσθαι usurpant: qualis autem insania sit eorùm qui corybantiare creduntur, pluribus explicatur à præstantissimo viro, Jos. Scaligero ad hæc Catulli, (c.41.)

—— *Solet hæc imaginosum.*

Non celabo lectorem, libros veteres pro κορύβαντας, habuisse κορυβαντιᾶν φαμὲν, quam lectionem malo. *Cas.*

4. Κατὰ τὴν Ἴδην) Utram Idam intelligit? Diod. Sicul. lib. v. p. 333. T.I. ed. 1604. Dactylos Idæos habitasse tradit, τῆς Κρήτης περὶ τὴν Ἴδην. Idem lib. XVII. in Phrygiaca Ida collocat. Hanc Strabo nunc intelligit. *Id.*

5. Πόδας μὲν γὰρ &c.) Haud aliter ac corporibus humanis suas partes, sic montibus sua membra adscripserunt veteres, pedes, caput, supercilia, latera. Exempla congessit Lindenbrogius ad Amm. Marcellin. XIV. c. 8. Barthius Adversf. LIII. c. 4. p. 2483.

6. Αἱ οὖν κατὰ μέρος) Vult Dactylos esse appellatos qui τὴν ὑπώρειαν Idæ habitarent. Nam cum totam τὴν ὑπώρειαν πόδας appellent, sequitur ut αἱ κατὰ μέρος ἐσχατιαὶ dicantur δάκτυλοι, quas qui occuparent Dactylos Idæos ὁμωνύμως appellarunt. Subtiliter ista quidem, quis neget? sed ut equidem puto, minus probabiliter. *Casaub.*

7. Σοφοκλῆς δὲ) Apollonii quoque scholiastes lib. I. vs. 1126. in tractatione de Idæis Dactylis, Sophoclem laudat ἐν κωφοῖς Σατύροις. *Idem.*

8. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ) Hæc planius sic Diod. οἱ δὲ δέκα φασὶν ὑπάρχοντας, τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας, τοῖς ἐν ταῖς χερσὶ δακτύλοις ὄντας ἰσαρίθμους. *Idem.*

1. Καὶ

[1] καὶ Δαμνανέα, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἄκ- A μονα· καὶ οἱ μὲν, ἐπιχωρίους τῆς Ἴδης, οἱ δὲ, ἐποίκους· πάντες δὲ [2] σίδηρον * εἰργάσασθαι ὑπὸ τούτων ἐν Ἴδῃ πρῶτον φασί· πάντες δὲ καὶ γόητας ὑπειλήφασι, καὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, καὶ ἐν Φρυγίᾳ ᾠκηκότας περὶ τὴν Ἴδην· Φρυγίαν τὴν Τρωάδα καλοῦντες, διὰ τὸ τοὺς Φρύγας ἐπικρατῆσαι πλησιοχώρους ὄντας, τῆς Τρωΐας ἐκπεπορθημένης. Ὑπονοοῦσι δὲ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων ἐκγόνους εἶναι τούς τε Κουρῆτας καὶ τοὺς Κορύβαντας· τοὺς γοῦν πρώτους γενηθέντας ἐν Κρήτῃ ἑκατὸν ἄνδρας Ἰδαίους Δακτύλους κληθῆναι· B [3] τούτων δ' ἀπογόνους φασὶ Κουρῆτας ἐννέα γενέσθαι· τούτων δ' ἕκαστον δέκα παῖδας τεκνῶσαι τοὺς Ἰδαίους καλουμένους

* Scripti, εἴργασθαι, & εἰργάσαι.

p. 474. Δακτύλους. Προήχθημεν δὲ διὰ πλειόνων εἰπεῖν περὶ τούτων, καίπερ ἥκιστα φιλομυθοῦντες· ὅτι τοῦ θεολογικοῦ γένους ἐφάπτεται τὰ πράγματα ταῦτα· πᾶς δ' ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος ἀρχαίας ἐξετάζει δόξας, καὶ μύθους, αἰνιττομένων τῶν παλαιῶν, ἃς εἶχον ἐννοίας * φυσικῶς περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ προστιθέντων ἀεὶ τοῖς λόγοις τὸν μῦθον. Ἅπαντα μὲν οὖν τὰ αἰνίγματα λύειν * ἐπ' ἀκριβὲς οὐ ῥᾴδιον· τοῦ δὲ πλήθους τῶν μυ- C θευομένων ἐκτεθέντος εἰς τὸ μέσον, τῶν μὲν ὁμολογούντων ἀλλήλοις, τῶν δ' ἐναντιουμένων, [4] εὐπορώτερον ἀντιδοῦναι, τὸ ἐξ αὐτῶν εἰκάζειν τ' ἀληθές· οἷον τὰς ὀρειβασίας τῶν περὶ τὸ θεῖον σπουδαζόντων, καὶ * αὐτῶν τῶν θεῶν, καὶ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς, εἰκότως μυθεύουσι κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καθ' ἣν καὶ οὐρανίους [5] νομίζειν τοὺς θεοὺς καὶ προνοητικοὺς, τῶν τε ἄλλων, καὶ τῶν προσημασιῶν· τῇ μὲν οὖν ὀρειβασίᾳ τὸ μεταλλευτικὸν, καὶ τὸ θηρευτικὸν, καὶ ζητητικὸν τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων ἐφάνη συγγενές· τῶν δ' ἐνθουσιασμῶν, καὶ θρησκείας, καὶ μαντι- D κῆς τὸ ἀγυρτικὸν, καὶ γοητείας ἐγγύς· τοιοῦτον δὲ, καὶ τὸ φιλότεχνον μάλιστα, τὸ περὶ τὰς Διονυσιακὰς τέχνας, καὶ τὰς Ὀρφικάς. Ἀλλ' ἀπόχρη περὶ αὐτῶν.

* Scripti, φυσικὰς

* Scripti, ἀκριβῶς.

* Scripti, αὐτοῦ.

A Damnaneum, Herculem, & Acmonem inter eos referentes: alii indigenas Idæ: alii inquilinos faciunt. In hoc consentiunt, primum ab iis sub Ida ferrum fabricatum: ab omnibus etiam impostores creditos esse, famulos magnæ Matris, & in Phrygia apud Idam habitasse: cum quidem Phrygiæ nomine Troadem, quia Phryges vicini eam occupaverunt Troja evastata, intelligerent. Suspicantur etiam Idæorum Dactylorum posteros esse Curetas & Corybantes: primos c viros in Creta natos: Dactylos Idæos B cognominatos: ab his progenitos IX. Curetas, quorum quivis x. filios genuerit, qui Idæi Dactyli sint appellati. Quanquam minime delector fabulis, tamen ut copiosius de his dicerem me istud movit, quia ad theologiam res istæ pertinent. Omnis autem de diis disputatio antiquas perpendit opiniones ac fabulas: priscis sub involucro quas habebant de rebus naturalibus sententias proponentibus, semperque fabulam eis annectentibus. Sane omnia ænigmata dissolvere & explicare penitus, non est in pro- C clivi: multitudine autem fabularum in medium collata, quarum aliæ consentiunt inter se, aliæ discrepant, facile est eas inter se comparare, verumque conjiciendo elicere. Verbi gratia, quod in montibus vagari cum administri deorum, tum ipsi dii perhibentur, ac instinctibus citari, probabiliter fabulantur eadem de causa ob quam etiam cœlestes deos censemus ac providos cum aliarum rerum, tum signorum cœlestium. Montanæ porro vagationi venatio & indagatio rerum ad vitam utilium vi- D debatur cognata: furoribus, cultui, & divinationi præstigiæ sunt adfines: talis est etiam curiositas histrionum & Orphicarum artium. Sed de his satis.

1. Καὶ Δαμνανέα.) Lego Δαμναμενέα. Auctor Phoronidis, apud Apollonii scholiast. ad lib. I. vs. 1129.

—— Ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Εὐπαλάμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον
Ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

quo ex loco non solum pro Δαμνανέα legendum esse Δαμναμενέα apparet: sed & pro Σαλαμῖνον, fortasse Κέλμιν. *Casaub.*

2. Σίδηρον) Auctores, quibus adscribitur ferri inventio atque temperatura, enumeravimus in Rerum Inventarum Onomastico. V. Ferrum. Verum Seneca Epist. 90. ait: *In hoc quoque dissentio, sapientes fuisse qui ferri metalla & æris invenerunt, cum incendio sylvarum adusta tellus, in summo venas jacentes liquefacta fudisset.*

3. Τούτων δ' ἀπογόνους φασὶ Κουρῆτας ἐννέα) Diod. Lib. v. p. 333. T. I. ed. 1604. Μετὰ δὲ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους ἱστοροῦσι γενέσθαι Κουρῆτας ἐννέα. *Casaub.*

4. Εὐπορώτερον ἀντιδοῦναι) Libri veteres sic, εὐπορώτερον ἂν δοῦναι τὶ ἐξ αὐτῶν εἰκάζειν. *Idem.*

5. Νομίζειν) vetus lectio νομίζουσι. *Idem.*

A Quoniam verò primùm de Peloponneso diximus & insulis quæ in Corinthiaco sunt sinu, aut ante eum: deinceps de Creta disseramus, Peloponneso vicina, aliisque inde versus orientem Solem insulis circa Cretam: in quibus Cyclades etiam sunt & Sporades, aliæ nobiliores, obscuriores aliæ. Nunc de CRETA *primum* dicamus. Eudoxus eam in Ægeo mari sitam ait non rectè. Jacet inter Cyrenaicam & Græciam quæ à Sunio usque ad Laconicam est, in longum æquali intervallo juxta has regiones ab occasu versus ortum porrecta. Alluitur à septentrionibus mari Ægæo atque Cretico, à meridie Libyco, quod contiguum est Ægyptio. De extremitatibus occidua est circa Phalarna, lata cc. stadia, scissaque in duo promontoria: de quibus meridionale Criû metopon (*id est arietis frons*) vocatur, septentrionale Cimarus. Orientalis autem est Samonium promontorum, Sunium non procul excedens versus ortum. Magnitudinem insulæ Sosicrates, quem res hujus insulæ exquisitè tradidisse Apollodorus ait, in longitudinem definit stadiis CIↃ CIↃ CCC. & amplius: latitudine longitudini non respondente: ita ut fiat ambitus Cretæ non major IↃↃ stadiis. Artemidorus IV. millia & c. Hieronymus longitudini CIↃ CIↃ tribuens, latitudinem inæqualem pronunciat esse, ut pluribus circulum faciat [8] quam Artemidorus, tertia parte longitudinis Exinde isthmus est fere c. stadiorum, in quo ad latus

Ἐπεὶ δὲ πρῶτον περὶ τῆς Πελοποννήσου, τῶν τε ἄλλων νήσων διήλθομεν, τῶν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, περὶ Κρήτης ἐφεξῆς ῥητέον· [1] καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς Πελοποννήσου ἐστὶ, * καὶ εἴτις τῶν πρὸς ἕω νήσων τῶν περὶ Κρήτην· ἐν δὲ ταύταις αἵ τε Κυκλάδες εἰσὶ, καὶ αἱ Σποράδες. αἱ μὲν, ἄξιαι μνήμης, αἱ δ' ἀσημότεραι· νυνὶ δὲ περὶ τῆς Κρήτης λέγωμεν. Εὔδοξος μὲν οὖν ἐν τῷ Αἰγαίῳ φησὶν αὐτὴν ἱδρύσθαι. Δεῖ δὲ μὴ οὕτως· ἀλλὰ κεῖσθαι μὲν μεταξὺ τῆς Κυρηναίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Λακωνικῆς, ἐπὶ μῆκος ταύταις ταῖς χώραις [2] παράλληλον ἀπὸ τῆς ἑσπε-
B ρίας ἐπὶ τὴν ἕω· [3] κλύζεσθαι δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγαίῳ πελάγει, καὶ τῷ Κρητικῷ, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου τῷ Λιβυκῷ τῷ συνάπτοντι πρὸς τῷ Αἰγύπτιον πέλαγος. Τῶν δὲ ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριον ἐστὶ [4] τὸ περὶ Φάλαρνα, πλάτος ἔχον διακοσίων σταδίων καὶ εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον· ὧν τὸ μὲν νότιον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον· τὸ δ' ἀρκτικὸν Κίμαρος· τὸ δ' ἑῷον τὸ Σαμώνιον ἐστὶν, ὑπερπίπτον τοῦ Σουνίου οὐ πολὺ πρὸς ἕω. Μέγεθος δὲ Σωσικράτης μὲν, ὅν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζεται, μήκει μὲν [5] πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων, καὶ τριακο-
C σίων· πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος· ὥσθ' ὁ κύκλος * [6] γίνοιτ' ἂν οὐ πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ τετρακισχιλίους καὶ ἑκατόν φησιν. Ἱερώνυμος δὲ μῆκος [7] δισχιλίους φήσας, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλον, πλειόνων ἂν εἴη λέγων τὸν κύκλον, ἢ ὅσον Ἀρτεμίδωρος, κατά τε τὸ τρίτον μέρος τοῦ μήκους· [9] τὸ δ' ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν

*Suspectus locus. In vet. lib. legitur περὶ τὴν Κρήτην ἱστορεῖ.

p. 475.

* Manuss. κατὰ τοῦτον γένοιτ' ἂν πλέον sine οὐ.

1. Καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς Πελ.) Fortasse καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς. In veteribus locus erat corruptus & perturbatus. *Casaub.*

2. Παράλληλον ἀπὸ τῆς ἑσπ.) Plinius lib. IV. cap. 12. *Ipsa Creta, altero latere ad austrum, altero ad septentrionem versa, inter ortum, occasumque porrigitur.* Idem.

3. Κλύζεσθαι δ' ἀπὸ μὲν τῶν) Ptolemæus Cretam terminat, ab occasu ὑπὸ τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους, à septentrione, ὑπὸ τοῦ Κρητικοῦ, à meridie ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ, ab oriente ὑπὸ τοῦ καρπαθίου πελάγους. *Idem.*

4. Τὸ περὶ Φάλαρνα) Lego Φαλάσαρνα, auctores mihi emendationis Plinius, Ptolemæus, Stephanus, Strabo ipse alio loco. *Idem.*

5. Πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τριακ.) Fortasse οὐ πλειόνων. Plinius enim, qui minimum ab hac summa aberrat, Cretam ait L. IV. c. 12. longitudine implere CCLXX. M. pass. quæ efficiunt stadia bis mille ducenta & quadraginta. An codices Pliniani potius mendosi esse sunt dicendi? Sanè sicut ejus vulgatæ lectioni favet Martianus Capella L. VI. p. 212. sic potest eam vocare in dubium Æthicus, quorum uterque non alium opinor quàm Plinium sequebatur. Rem tamen si diligentius expendas, nec in Strabone quicquam, neque in Plinio mutabis. *Idem.*

6. Γίνοιτ' ἂν οὐ πλέον) Tollenda prorsus negatio, quæ rectè à libris manu exaratis aberat. Rectè autem colligit Strabo. Nam si Cretæ longitudo ultra CIↃ CIↃ CCC. stadia porrigitur, necessarium est o-
D mnino ut ambitus sit major stad. IↃↃ. Plinius cum dicit Cretam circuitu implere M. P. D. LXXXIX. quæ sunt stadia CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCXII. medius est inter Sosicratem & Artemidorum: Sosicrati tamen propior. *Idem.*

7. Δισχιλίων φήσας) Sic rectè libri veteres, non δισχιλίους. *Idem.*

8. *Quam Artemidorus.*) Locus hic fœdè est mutilatus. Quo enim refertur isthmus ille? quam præceps enumeratio locorum? quid est Phœnix Lampei? Tabulæ te hîc expedient. Φοινικοῦς & Φοίνιξ, λιμὴν καὶ πόλις. scriptum fuisse apparet è Ptolemæo. Minoam pro Ninoa restitui, & lego διὰ τῆς Λυκτίων. Post ante Ἄλλη δ' ἄλλων, &c. non est obscurum esse hiatum. *Xyland.*

9. Τὸ δ' ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν) Isthmum vocant angustam illam Cretæ partem, quam vides in Ptolemaïcis esse inter Amphimaliam & Phœnicem portum. *Casaub.*

πρὸς μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ, [1] Ἀμφαπαλίαν· A πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ, Φοίνικα τὸν Λάμπεω. [2] πλατυτάτη δὲ κατὰ τὸ μέσον ἐστί· πάλιν δ' ἐντεῦθεν εἰς τὸ νότιον τοῦ προτέρου συμπίπτουσιν ἰσθμὸν αἱ ἠϊόνες, περὶ ἑξήκοντα σταδίους τῶν ἀπὸ Μινώας τῆς Λυκτίων [3] εἰς Ἱεράπυτναν, καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος· ἐν κόλπῳ δ' ἐστὶν ἡ πόλις· εἶτα πρόεισιν εἰς ὀξὺ ἀκρωτήριον [4] τὸ Σαμώνιον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον νεῦον, καὶ τὰς Ῥοδίων νήσους. Ἔστι δ' ὀρεινὴ, καὶ δασεῖα ἡ νῆσος, ἔχει δ' αὐλῶνας εὐκάρπους. [5] Τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν πρὸς δύσιν, καλεῖται Λευκὰ, οὐ λειπόμενα τοῦ Ταϋγέτου κατὰ ὕψος· ἐπὶ τὸ μῆκος δ' ἐκτεταμένα * ὅσα τριακοσίων σταδίων, καὶ ποιοῦντα ῥάχιν, τελευτῶσάν B πως ἐπὶ τὰ στενά· ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ κατὰ [6] τὸ * εὐρυχωρότατον τῆς νήσου τὸ Ἰδαῖον, ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ, περιφερὲς δ' [7] ἐν κύκλῳ σταδίων ἑξήκοντα· περιοικεῖται δ' ὑπὸ τῶν ἀρίστων πόλεων· ἄλλα δ' ἐστὶ πάρισα τοῖς Λευκοῖς, τὰ μὲν, ἐπὶ νότον, τὰ δ' ἐπὶ τὴν ἕω λήγοντα. [8] Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ * τὸ Κριοῦ μέτωπον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς· [9] ἀπὸ δὲ * Κιμάρου εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι· μεταξὺ δὲ Κύθηρα· ἀπὸ δὲ τοῦ Σαμωνίου πρὸς Αἴγυπτον τεττάρων ἡμερῶν, καὶ νυκτῶν πλοῦς· οἱ δὲ, τριῶν φασι· σταδίων δ' εἶναι [10] τοῦτον τινὲς πεντακισχιλίων εἰρήκασιν, οἱ δὲ ἔτι ἐλαττόνων. Ἐρατοσθένης δ' ἀπὸ μὲν τῆς C Κυρηναίας, μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησίν· ἔνθεν δ' εἰς Πελοπόννησον ἐλάττους.

* Scripti, ὅσον.
* Scripti, εὐρυχωρέστατον.
* Scripti, τὸ τοῦ Κρ.
* Manusc. Ταινάρου.

Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· (φησὶν
ὁ ποιητὴς) ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοι τε Πελασγοί.

Odyss. τ. 175.

Τούτων φησὶ Στάφυλος τὸ μὲν πρὸς ἕω Δωριεῖς κατέχειν, τὸ δὲ δυσμικὸν Κύδωνας, τὸ δὲ νότιον Ἐτεόκρητας· [11] ὧν εἶναι πολίχνιον Πρᾶσον,

septentrionale est pagus maritimus, ad austrinum Phœnix Lampei. Latissima est in media: Rursum deinde versus meridiem coëunt litora circiter LX. stadia à Minoa per Lyctium ad Hierapytna & Libycum pelagus: urbs ea in sinu est. Deinde insula porrigitur in acutum promontorium Samonium, quod versus Ægyptum vergit & insulas Rhodo vicinas. Tota montosa est & sylvestris, habetque convalles fertiles. De montibus, qui versus occasum sunt Leuci, id est albi, dicuntur, altitudine Taygeto, non cedentes, in longum porrecti ad CCC. stadia, faciuntque litoream crepidinem in angustias fere desinentem. In medio insulæ, qua latissima est, mons est Ida altissimus omnium, qui in ea sunt, rotundus ambitu stadiorum LX. Sunt & alii montes Leucis æquales, alii versus austrum, alii versus ortum desinentes. A Cyrenæa regione ad Kriû metopon duarum dierum ac noctium navigatio est: A Cimaro stadia IↃCC, in medio Cythera. A Samonio ad Ægyptum quatuor dierum, totidemque noctium: secundum alios trium: stadia IↃↃ, aut de aliorum sententia pauciora. Eratosthenes à Cyrenæa usque ad Criu metopon CIↃ CIↃ: hinc in Peloponnesum pauciora ut ait poëta,

Lingua aliis alia est confusè: sunt & Achai,
Magnanimique Eteocretes ibi, suntque Cydones,
Dorieesque trichaices, clarique Pelasgi.

Staphylus partes orienti obversas à Doriensibus, à Cydonibus occiduas ait habitatas, austrinam plagam ab Eteocretibus, quorum fuerit oppidulum Prasum,

1. Ἀμφαπαλίαν) Ptolemæo ἀμφιμαλή. Lego Ἀμφιμαλίαν, vel cum Plinio Ἀμφίμαλλαν. Illa autem, Φοίνικα τὸν Λάμπεω, quid sibi velint acutiores divinabunt. Stephano Φοινικοῦς est Cretæ oppidum. Phœnicis portus meminit & D. Lucas in Actis XXVII. 12. *Cas.*

D

2. Πλατυτάτη δὲ κατὰ μέσον) Plinius quoque Lib. IV. cap. 12. Cretam circa mediam sui partem maximè patere scribit. *Idem.*

3. Εἰς Ἱεράπυτναν) Apud Dionem Ἱεράπυδνα scribitur. *Idem.*

4. Τὸ Σαμώνιον ἐπὶ) Scripti quidam Σαλμώνιον, [ut apud Dionysium vs. 110. Σαλμωνίδα ἄκρην,] & eam γραφὴν Lucas confirmat Actorum XXVII. 7. Σαλμώνην vocans, & hodiéque *Salomonium* vocari ajunt. Vulgatam tamen lectionem tueri possumus ex Mela, Plinio & Ptolemæo. *Idem.*

5. Τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν) Montes Cretæ notiores Ptolemæo sunt, Leuca, Ida, Picta. Plinio lib. IV. c. 12. Cadicus, Idæus, Dictœus, Corycus. Callimach. Hymn. in Dian. vs. 41. Λευκόν vocat. *Idem.*

6. Τὸ εὐρυχωρέστατον) Sic libri veteres: Alii εὐρυχωρότατον. Sed & εὐρυχωρὴς dicunt & εὐρύχωρος. *Idem.*

7. Ἐν κύκλῳ σταδίων ἑξήκοντα) Veteres libri, ἑξακοσίων. *Idem.*

8. Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας) Plinius lib. IV. 12. *Ipsa abest promontorio suo, quod vocatur Criu metopon, ut prodit Agrippa, à Cyrenarum promontorio Phicunte CCXXV. M. pass.* Idem.

9. Ἀπὸ δὲ Κιμάρου) Quò? an ad Cyrenarum portum? Sanè si nihil deest, ita necesse est ut accipiamus. Sed certum est locum esse mutilum & ita restituendum, ἀπὸ δὲ Κιμάρου ἐπὶ Μαλέαν εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι. Nam de eo intervallo hîc agi, apparet ex eo quod de Cytheris subjicit: nec in numeris multum Plinius variat lib. IV. cap. 12. annotans Cretam abesse à Malea LXXX. M. pass. Interpretum vero securitatem, ne dicam supinitatem, quis non miretur. *Idem.*

10. Τοῦτον τινες πεντακισχιλίους) Veteres libri, τούτων & εἰς πεντακισχιλίους. Alii πεντακισχιλίων. *Idem.*

11. Ὧν εἶναι πολίχνιον Πρᾶσον) Non recte hoc modo apud Strabonem scribitur, corrigendum potius ac legendum, Πραῖσον. Meurs. Creta cap. 14. pag. 56.

1. Τοὺς

ubi eſt Dictæi Jovis templum: reliquos quia plus haberent virium, campeſtria obtinuiſſe. Probabile autem eſt, Eteocretes & Cydones fuiſſe indigenas, reliquos advenas: quos Andro ſcribit è Theſſalia veniſſe, quæ olim Doris, nunc Heſtiæotis dicitur: ex qua, ut ait, Dorienſes Parnaſſo vicini profecti ſunt, & condiderunt Erineum, Bœum, ac Cytinium, unde etiam à poëta Trichaices, quaſi tripartiti, dicuntur. Non admodum autem Andronis hic ſermo probatur, Doridem quæ urbibus quatuor conſtat, tribus urbibus circumſcribentis, & primariam Dorienſium urbem Theſſalorum facientis coloniam. Trichaicas autem intelligunt vel à triplice criſta, vel quòd è crinibus eas haberent.... Urbes in Creta ſunt complures: maximæ autem & nobiliſſimæ tres, Cnoſſus, Gortynæ, Cydonia. Cnoſſum Homerus quoque inſigniter prædicat, magnam vocans, & Minois regiam: ſicut & poſteriores. Diu ſanè primas tulit: poſtmodò depreſſa eſt, multiſque ſpoliata privilegiis, dignitate in Gortynam & [8] Lyctum tranſlata: recuperavit tamen deinde veterem metropolis ſpeciem. Sita eſt Cnoſſus in planicie, ambitu antiquo ſtadiorum xxx. inter Lyctiam & Gortyniam, ſtadiis cc. à Lycto quam poëta Lyttum vocavit,

A ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· τοὺς δ' ἄλλους ἰσχύοντας πλέον, οἰκῆσαι τὰ πεδία· [1] τοὺς μὲν οὖν Ἐτεοκρῆτας, καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας ἐλθεῖν φησὶν Ἄνδρων τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον, νῦν δὲ τῆς [2] Ἑστιαιώτιδος λεγομένης· ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς· καὶ ἔκτισαν τήν τε Ἐρινεὸν, καὶ Βοῖον καὶ Κυτίνιον· ἀφ' οὗ καὶ P. 476. Τριχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται· οὐ πάνυ δὲ [3] τὸν τοῦ Ἄνδρωνος λόγον * ἀποδέχονται, τὴν μὲν τετράπολιν Δωρίδα, [4] τρίπολιν ἀποφαίνοντος, B τὴν δὲ μητρόπολιν τῶν Δωριέων ἄποικον τῶν Θετταλῶν· [5] τριχάϊκας δὲ δέχονται, ἤτοι ἀπὸ τῆς τριλοφίας, ἢ ἀπὸ τοῦ τριχίνους εἶναι τοὺς [6] λόφους * ἐφαμίλους. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ, καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσσὸς, Γόρτυνα, Κυδωνία· διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσσὸν καὶ Ὅμηρος ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν, καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω· καὶ οἱ ὕστερον· καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη τὰ πρῶτα· εἶτα ἐταπεινώθη, καὶ πολλὰ τῶν * νομίμων ἀφῃρέθη· * [7] μεγίστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν, καὶ Λύκτον· ὕστερον C δ' ἀνέλαβε πάλιν τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως· κεῖται δ' ἐν πεδίῳ κύκλον ἔχουσα ἡ Κνωσσὸς τὸν ἀρχαῖον τριάκοντα σταδίων μεταξὺ τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας [9] σταδίους διακοσίους, τῆς δὲ Λύκτου, [10] ἣν ὁ ποιητὴς * Λύττον ὠνόμασεν,

* Sic legendum, non, ut vulgò, ἀποδέχεται.

* Suſpectus locus: qui nec in manuſſ. bene habet.

* Scripti νόμων.

* Legendum μετέστη.

* Aldi cod. & lib. vett. ac Hom. codices, Λύκτον.

1. Τοὺς μὲν οὖν Ἐτεοκρῆτας) Diodorus Siculus libro v. T. I. pag. 333. ed. 1604. *Οἱ μὲν γὰρ τὴν Κρήτην κρατοῦντες, φασὶν ἀρχαιοτάτους παρ' αὐτοῖς γενέσθαι τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεοκρῆτας αὐτόχθονας. Qui Cretam incolunt vetuſtiſſimos apud ſe exſtitiſſe Eteocretas (ut nominantur) indigenas, aſſerunt.* Caſaub.

2. Ἑστιαιώτιδα.] Sic omnino legendum, ut ex aliis liquet locis, prima ſyllaba interciderat, de Erineo quoque obſcurum non eſt, & Cytinio. Sed quis ſit ille, qui Andronis ſententiam οὐκ ἀποδέχεται, neſcio, paſſive enim non licet. *Xyland.*

3. Τὸν τοῦ Ἄνδρωνος λόγον ἀποδέχεται) Quærit Xylander, quiſnam ἀποδέχεται? Lege ἀποδέχονται & omnem difficultatem ſuſtuleris. Sic dictum, ut illud, οὐ καίουσι λύχνον καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον. Sic autem habent omnes libri veteres: & ita ſtatim, τριχάϊκας δὲ δέχονται. *Caſaub.*

4. Τρίπολιν ἀποφαίνοντος) Quantum veteres varient in numero oppidorum Doridis, libro ſuperiore expoſuimus pag. 427. Reperio autem auctores, qui cum Androne ſentiant, quem reprehendi Strabo ait. Sic enim Thucydides libr. I. cap. 107. & Diodorus Siculus libro XI. pag. 60. T. II. ed. 1604. *Idem.*

5. Τριχάϊκας δὲ δέχονται) Varias interpretationes hujus vocis reperies apud poëtæ interpretes ac reliquos Grammaticos. Sed illa voce ἐφαμίλους, quid faciemus? Me quidem neque Euſtathius, locum afferens, nec libri veteres juvant. In iis vel ita legitur, ut eſt editum, vel etiam deterius, φιλοσόφους ἐναμιστολόφους. *Idem.*

6. Λόφους ἐφαμίλους.) Hanc vocem non intelligo. Epitomæ & Euſtathius oſtendunt, locum eſſe decurtatum. *Xyland.*

7. Μεγίστη δὲ τὸ ἀξ.) Lego μετέστη, aut ſimile aliquid. Sed & in Cnoſſi deſcriptione vitium eſt. *Idem.*

7. Μεγίστη δὲ τὸ ἀξίωμα) Scribe μετέστη δὲ, auctoribus libris. *Caſaub.*

8. *Lyctum.*) Λύττον legi, quia Euſtathius ait D ſic quoſdam legere apud Homerum Iliad. β. 647. *Xyland.*

9. Σταδίους διακοσίους) Inſolens loquendi genus: prorſuſque aliquid vel ſubaudiendum, vel addendum quod exciderit. Lego διέχουσα ἑκατέρως στα. διακ. vel brevius & fortaſſe verius, ἐν διακοσίοις σταδίοις. ut ſæpe loquitur. *Caſaub.*

10. Ἣν ὁ ποιητὴς Λύττον ὠνόμασεν) Locus poëtæ eſt in catalogo, ubi tamen Λύκτον legit Euſtathius, non ut Strabo Λύττον, hodieque noſtri libri omnes Euſtathium ſequuntur. Quare recte veteres Strab. codd. in quibus ſic legitur hic locus, Τῆς δὲ Λύττου, ἣν ὁ ποιητὴς Λύκτον ὠνόμασε. Sic fere Aldus. Stephanus Lyttum vult eſſe dictam, quod eſſet in ſublimi loco. Heſychius λυττοὶ, οἱ ὑψηλοὶ τόποι. Polybius lib. IV. Λύττον vocat, & Lacedæmoniorum ἄποικον eſſe ait omnium Cretæ urbium ἀρχαιοτάτην. *Idem.*

ἑκατὸν εἴκοσι· τῆς δὲ θαλάσσης Κνωσσὸς μὲν τῆς A Βορείου [1] πέντε καὶ εἴκοσι. Γόρτυνα δὲ Λιβυκῆς ἐννενήκοντα. Λυκτὸς δὲ καὶ αὐτὴ τῆς Λιβυκῆς ὀγδοήκοντα· ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσσός. Μίνω δέ φασιν ἐπινείῳ χρήσασθαι τῷ Ἀμνισῷ, [2] ὅπου τὸ τῆς Εἰληθυίας ἱερόν· [3] ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Κέρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παραρρέοντι ποταμῷ. Ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος, [4] θαλαττοκρατῆσαι τε πρῶτος· τριχῇ δὲ διελὼν τὴν νῆσον, ἐν ἑκάστῳ τῷ μέρει κτίσαι πόλιν· τὴν μὲν Κνωσσὸν ἐν τῷ κατ' ἀντικρὺ τῆς Πελοποννήσου [5] καὶ αὐτὴ δ' ἐστὶ προσβόρειος. Ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος δι- B καιοτάτου ἀνδρὸς ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις καὶ συνοικισμοῖς πόλεων, * καὶ πολιτείας, σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον· τοῦτον δὲ * μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν ὡς ἔοικεν ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον, καὶ διατρίβων ἐνθάδε, ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ τὸν ποιητὴν οὕτως εἰρηκέναι·

* Fortè πολιτείᾳ,

* Vett. lib. ἐτύγχανε μιμούμενος.

Odyss. τ. 178.

-- ἐνθάδε Μίνως
[6] Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

C Τοιαῦτα δ' * εἰπόντος. οἱ ἀρχαῖοι περὶ αὐτοῦ πάλιν ἄλλους εἰρήκασι λόγους ὑπεναντίους τούτοις· ὡς τυραννικός τε γένοιτο καὶ βίαιος, καὶ δασμολόγος· τραγῳδοῦντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον, καὶ τὸν Λαβύρινθον. καὶ τὰ Θησεῖ συμβάντα,

* Scripti, εἰπόντες,

p. 477.

A cxx. Cnossus à septentrionali mari abest stad. v. & *viginti* à Libyco xc. Lyctos quoque à Libyco mari xxc. Habet navale Heraclejum Cnossus. Minoëm autem ferunt navali usum Amniso, ubi fanum est Lucinæ. Cnossus olim Ceratus vocata fuit à flumine præterlabente. Memoriæ proditum est Minoëm fuisse bonum legum latorem, primumque in mari imperium obtinuisse, insulaque in tres partes divisa, in quavis parte urbem condidisse: de quibus Cnossum è regione Peloponnesi, & versus septentrionem. Ephorus ait Minoëm fuisse B imitatorem cujusdam prisci Rhadamanthyos justissimi viri, cognominis fratri ipsius, qui primus insulam visus sit cicurasse legibus condendis & urbibus ac rebuspublicis: cùm fingeret se à Jove adferre singula quæ promulgabat decreta. Illum ergo æmulatum Minoëm, cùm per annos IX. in antro Jovis esset commoratus, conscripta quædam præcepta attulisse, quorum auctorem Jovem faceret, itaque & Homerum de eo sic scripsisse.

-- ibi Minos
Regnavit ter tres qui discipulus fuit annos
Supremi Jovis.--

C Hæc ille. Antiqui verò de Minoë contra dicunt, tyrannum fuisse & violentum, & tributorum exactorem: tragicè decantantes Minotaurum, ac Labyrinthum, & quæ Theseo atque

1. Πέντε καὶ Γόρτυνα) aut qualis numerus? sanè è Ptolemæo liquet Cnossum à Libyco quam Borco mari longiùs abesse. *Xyland.*

1. Πέντε καὶ εἴκοσι) Sic restituimus è veteribus libris vocem hactenus desideratam. *Casaub.*

2. Ὅπου τῆς Εἰληθυίας ἱερὸν) Homer. Od. τ. v. 188.
Στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῷ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης
Ἐν λιμέσιν χαλεποῖσι.
Statuit autem in Amniso, ubi spelunca Lucinæ
In portubus difficilibus. Idem.

3. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Κέρατος) Legit Eustathius Κέρασος. Vide tamen num legendum sitpotius Καίρατος. Auctor est enim Scholiastes Callimachi in Hym. in Dianam. ℣. 44. Cretæ fluvium vocari Καίρατον & urbem quoque fuisse ei ὁμώνυμον Cæratum. *Idem.*

D

3. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Κέρατος) Strabo refert priscis temporibus Cnossum dictum esse Ceratum, à præterlabentis fluvii nomine. Astipulatur Eustathius in Dionysium ℣s. 501. καὶ Κνωσσὸς, βασίλειον Μίνωος, ἥτις καὶ Κέρασος (vitiose opinor pro Κέρατος) ἐκαλεῖτο, ὁμωνυμοῦσα ποταμῷ τινι παραρρέοντι. Utramque hanc lectionem mendosam, & ex Callimachi loco hymn. in Dianam. ℣s. 44.
Χαῖρε δὲ Καίρατος ποταμὸς μέγα, χαῖρε δὲ Τηθὺς,
Lætabatur Cæratus fluvius vehementer, lætabatur & Tethys.
Emendandam esse censeo. Nam & Virgilius in *Ciri* primam ac secundam hujus dictionis producit:
Carpathium fugiens & flumina Caratæa.
Vid. Nicodemi Frischlini annot. in Callimach. ed. Ultraj. p. 400. ℣s. 44.

3. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Κέρατος) lege apud Strabonem: ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Κνωσσὸς Καίρατος, &c. Salmas. Exerc. Plin. Edit. Ult. p. 121. Hesych. & ex illo ad verbum, ut solet, Phavorin. Καιράτιοι, οἱ Κνώσιοι ἀπὸ ποταμοῦ.

4. Θαλαττοκρατῆσαι τε) Aristoteles Politic. II. cap. 10. postquam dixit Cretam πρὸς ἀρχὴν Ἑλληνικὴν πεφυκέναι καὶ κεῖσθαι καλῶς, addit, διὸ καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως, καὶ τὰς νήσους, τὰς μὲν ἐχειρώσατο, τὰς δ' ᾤκισε. *Casaub.*

5. Καὶ αὐτὴ δ' ἐστὶν πρ.) Deesse aliquid satis est manifestum. *Idem.*

6. Ἐννέωρος βασίλευε) Summi poëtæ carmen explicat summus Philosophus Plato in Minoë (p. 319. T. II. ed. Steph.) quem Platonis locum citat Strabo lib. XVI. p. 762. Mirari autem soleo quî factum sit, ut Platonis interpretationem nemo sequi hactenus voluerit, ne ipsi quidem Platonis, quod mireris, interpretes. Omnes in eo peccant, quod vocem ἐννέωρος [cum plerisque etiam veteribus Grammaticis] explicant novem annos, quod perinde est, ut si quis τριταῖος explicet tres dies: quod absurdum est: & sanè mirum. Nam vocem ἐννέωρος explicat Plato δι' ἐνάτου ἔτους, hoc est, *nono quoque anno*, non autem per novem annos, ut vulgo interpretantur. Atque hoc est quod alii tradunt Minoëm nono quoque anno solitum leges emendare & ἐπανορθοῦν. [Vide Valer. Maximum lib. I. cap. 2.] *Idem.*

Dædalo evenerunt. Difficile dictu est, utra sententiarum vera sit. Sed & de hoc non convenientia inter se traduntur, indigena insulæve, an verò inquilinus fuerit. Homerus quidem posteriori opinioni videtur adstipulari; cum inquit:

Primus Minoëm Cretæ genuit custodem.

De Creta in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inque primis Lacedæmonios: quod & Plato in Legibus docet, & Ephorus in descriptione rerumpubl. Europæ. Postea temporis in deterius abiit admodum: post tyrannos enim qui maximè infestum nostrum mare habuerunt, Cretenses in latrocinia successerunt. Eos deinde Cilices oppresserunt. Romani autem universos deleverunt, bello captis cum Creta etiam Cilicum castellis piraticis. Cnossus nunc etiam habet coloniam Romanorum. Ac de Cnosso quidem hæc, urbe à nobis haud aliena, propter res humanas & earum mutationes atque eventa abolitis quæ nobis cum ea erant commerciis. Dorylaus enim vir ducendi exercitus gnarus, unus de amicis Mithridatis Euergetæ, jussus ob rei bellicæ peritiam peregrinos conducere milites, crebrò in Græcia erat atque Thracia, & iis qui Cretam petebant: cùm Romani nondum eam tenerent insulam, magnaque ibi esset militum stipendia merentium copia: unde etiam prædonum exercitus fuerunt impleti. Cùm in Creta esset Dorylaus, forte fortuna bellum obortum est Cnossiis adversus Gortynios: Dorylaus à Cnossiis dux creatus, bellum celeriter & feliciter confecit, summisque est adfectus honoribus. Cumque paulo post cognovisset, Sinope Euergetem dolo familiarium necatum, eique uxorem & liberos successisse: de rebus istis abjecta omni spe Cnossi subsedit.

A καὶ Δαιδάλῳ· ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως ἔχει χαλεπόν ἐστιν εἰπεῖν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος οὐχ ὁμολογούμενος, τῶν μὲν ξένον τῆς νήσου τὸν Μίνωα λεγόντων, τῶν δ' ἐπιχώριον. Ὁ μέν τοι ποιητὴς τῇ δευτέρᾳ δοκεῖ μᾶλλον συνηγορεῖν ἀποφάσει, ὅταν φῇ ὅτι

1 Ὃς πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον. Iliad ν. 450.

* Περὶ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους, καθάπερ Πλάτων τε ἐν τοῖς Νόμοις δηλοῖ, καὶ Ἔφορος ἐν τῇ * Εὐρώπης πολιτείᾳ ἀναγέγραφεν. B Ὕστερον δὲ πρὸς τὸ χεῖρον μετέβαλεν ἐπὶ πλεῖστον· μετὰ γὰρ τοὺς τυράννους, οἱ μάλιστα ἐδῄωσαν τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, οὗτοι εἰσὶν οἱ διαδεξάμενοι τὰ ληστήρια· τούτους δ' ἐπόρθησαν ὕστερον οἱ Κίλικες, κατέλυσαν δὲ πάντας Ῥωμαῖοι, 2 τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες, καὶ τὰ πειρατικὰ τῶν Κιλίκων φρούρια. Νυνὶ δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει. Περὶ μὲν οὖν Κνωσσοῦ ταῦτα, πόλεως οὐκ ἀλλοτρίας ἡμῖν, διὰ δὲ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς μεταβολάς, καὶ συντυχίας, * ἐκλελειμμένων συμβολαίων, C καὶ τῶν ὑπαρξάντων ἡμῖν πρὸς τὴν πόλιν. Δορύλαος γὰρ ἦν ἀνὴρ τακτικός, τῶν Μιθριδάτου τοῦ Εὐεργέτου φίλων· οὗτος διὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν ξενολογεῖν ἀποδειχθεὶς, πολὺς ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Θρᾴκῃ, πολὺς δὲ καὶ τοῖς παρὰ τῆς Κρήτης ἰοῦσιν, οὔπω τὴν νῆσον Ῥωμαίων ἐχόντων· συχνοῦ δὲ ὄντος ἐν αὐτῇ τοῦ μισθοφορικοῦ * στρατιωτικοῦ πλήθους, ἐξ οὗ καὶ τὰ ληστήρια πληροῦσθαι συνέβαινεν. Ἐπιδημοῦντος δὲ τοῦ Δορυλάου, κατὰ τὴν τύχην * ἀνέστη πόλεμος τοῖς Κνωσσίοις, πρὸς τοὺς Γορτυνίους· αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς, καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων, ἤρατο τιμὰς τὰς μεγίστας· 3 καὶ ἐπειδὰν D μικρὸν ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ὑπὸ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ, τὴν διαδοχὴν δὲ εἰς * γυναῖκας, καὶ τὰ παιδία ἥκουσαν, ἀπογνοὺς τῶν ἐκεῖ, κατέμεινεν ἐν τῇ Κνωσσῷ·

* Scripti ὑπὲρ.

* Scripti, τῇ Εὐρώπῃ τῇ πολ.

* Scripti ἐκ τῶν λελειμ.

* Scripti κεισρατ.

* Manuss. ἐνέστη

* Vett. lib. γυναῖκα,

1. Ὃς πρῶτον Μίνωα) subintell.
(Ζεὺς) πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον.
(Jupiter) *Minoën primum genuit Cretæ custodem*, sive *Regem*:
Vide Marsham. Canon. Chron. Secul. x. p. 253.

2. Τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες) Bello Cretico, quod Q. Metellus proconsul gessit: indeque cognomen Cretici reportavit, de quo Epitome Livii lib. xcix. *Casaub.*

3. Καὶ ἐπειδὰν μικρὸν ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ὑπὸ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ, τὴν διαδοχὴν δὲ εἰς γυναῖκας καὶ παιδία ἥκουσαν. *Cumque paulo post cognovisset, Sinope Euergetem dolo familiarium necatum, eique uxorem & liberos successisse.*) Huic loco concinit Memnon his verbis: φονικώτατος δὲ ἐκ παιδὸς ὁ Μιθριδάτης ἦν, τὴν γὰρ ἀρχὴν τρισκαιδεκαέτης ὢν παραλαβὼν μετ' οὐ πολὺ τὴν μητέρα κοινωνὸν αὐτῷ τῆς βασιλείας παρὰ τοῦ πατρὸς παραλειφθεῖσαν δεσμωτηρίῳ κατασχὼν βίᾳ καὶ χρόνῳ ἐξανάλωσεν. *Ad cædes faciendas promptissimus à pueritia erat Mithridates, cum enim imperium accepisset quarto decimo anno ætatis suæ, paulo post matrem à patre suo imperii sociam declaratam carcere detinens, vi & temporis longi mœrore perire fecit.* Palm.

τεκνοποιεῖται δ' [1] ἐκ Μακέτιδος γυναικὸς [2] Στερόπης τοὔνομα, δύο μὲν υἱεῖς, Λαγέταν καὶ Στρατάρχαν, ὧν τὸν Στρατάρχαν ἐσχατόγηρων καὶ ἡμεῖς ἤδη εἴδομεν, θυγατέρα δὲ μίαν. Δυοῖν δὲ ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης, ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ, ἕνδεκα ἔτη γεγονώς· τούτῳ σύντροφος
p. 478. ὑπῆρξεν [3] ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος· ἦν δ' ὁ Φιλέταιρος ἀδελφὸς τοῦ τακτικοῦ Δορυλάου. Ἀνδρωθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς [4] ἐπὶ τοσοῦτο * ἠρκεῖτο τῇ συντροφίᾳ τῇ πρὸς τὸν Δορύλαον, ὥστ' οὐκ ἐκεῖνον μόνον ἦγεν εἰς τιμὰς τὰς μεγίστας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν ἐπεμελεῖτο, καὶ τοὺς ἐν Κνωσσῷ B μετεπέμπετο· ἦσαν δ' οἱ περὶ Λαγέταν, τοῦ μὲν πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, αὐτοὶ δ' ἠνδρωμένοι, καὶ ἧκον ἀφέντες τὰ ἐν Κνωσσῷ· τοῦ δὲ * Λαγέτου θυγάτηρ ἦν ἡ μήτηρ τῆς ἐμῆς μητρός· εὐτυχοῦντος μὲν δὴ ἐκείνου, συνευτυχεῖν καὶ τούτοις συνέβαινε· καταλυθέντος δέ, (ἐφωράθη γὰρ ἀφιστὰς τοῖς Ῥωμαίοις τὴν βασιλείαν, ἐφ' ὃ αὐτὸς εἰς τὴν ἀρχὴν * καταστῆσαι,) συγκατελύθη καὶ τὰ τούτων, καὶ ἐταπεινώθησαν· ὠλιγωρήθη δὲ καὶ τὰ * πρὸς τοὺς Κνωσσίους συμβόλαια, καὶ αὐτοὺς μυρίας μεταβολὰς δεξαμένους. Ἀλλὰ γὰρ ὁ περὶ μὲν περὶ τῆς Κνωσσοῦ λόγος τοιοῦτος. Μετὰ δὲ ταύτην δευτερεῦσαι δοκεῖ κατὰ τὴν δύναμιν, C ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις· συμπράττουσαί τε γὰρ ἀλλήλαις, [5] ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται τοὺς ἄλλους, στασιάσασαί τε διέστησαν * κατὰ τὴν νῆσον· προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη ὁποτέροις προσγένοιτο· [6] κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις, τὸ παλαιὸν μὲν ἴσως τετειχισμένη, καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε.

Iliad. β. 646. Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.

Ὕστερον δ' ἀποβαλοῦσα τὸ τεῖχος ἐκ θεμελίων, καὶ πάντα τὸν χρόνον μείνασα ἀτείχιστος· καὶ γὰρ ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος ἀρξάμενος τειχίζειν, [7] ὅσον * ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους D

* Scripti, Λαγέτα.

* Aldi cod. καταστῆσαι τε. Manuss. καταστήσαιτο

* Vulgò, περὶ

* Manuss. καὶ τὰ κατὰ τ.

*Suspectus locus.

A Ibi è Macetide muliere, nomine Sterota, duos procreavit filios, Lagetam & Stratarcham (de quibus Stratarcham vidi jam extrema senectute adfectum) filiamque unam. De duobus autem Euergetæ filiis, Mithridates cognomento Eupator in regnum successit, annos natus XI. cum quo enutritus fuit Dorylaus Philetæri F. ejus qui frater fuit Dorylai istius ductoris. Rex vero ut ad virilem ætatem pervenit, adeò minoris Dorylai convictus consuetudine fuit delectatus, ut non ipsum modò ad summos promoveret honores, sed etiam cognatos ejus curæ haberet, Cnossoque ad se evocaret: erant autem Lagetas & frater, jam viri facti, patre vita defuncto: iique Cnosso relicta ad Mithridatem se contulerunt. Lagetæ hujus filia, meæ matris mater fuit. Rebus proinde ejus florentibus, istorum quoque fortunata fuit conditio. Dejecto autem illo (cum deprehensum esset eum regnum ad defectionem à Romanis solicitare, & imperium adfectare) istorum quoque res adflictæ sunt atque fractæ: commercia etiam cum Cnossiis negligi ceperunt, ipsis item plurimas perpessis mutationes. Hæc ergo de Cnosso. ¶ Secundum hanc potestas maxima fuisse Gortyniorum videtur. Hæ enim civitates duæ dum consentirent, reliquas urbes omnes sub se habuerunt: discordantes, dissensionibus totam exagitaverunt insulam: utri autem parti Cydonia accederet, ei maximum adferebat momentum. Gortyna in campo fuit sita, muris fortassis olim munita, ut Homerus ait:

-- *cinctam Gortynaque muris.*

Postea muris funditus dirutis, exinde absque mœnibus permansit: nam Ptolemæus Philopator aggressus eam muris circumdare, duntaxat ad XXC. stadia

1. Ἐκ Μακέτιδος γυναικὸς) Non erat cur locum haberet suspectum Xylander, qui optimè habet. Nam Macetia Macedonia est, & mulier μάκετις est Macedonissa. Itaque in nonnullis libris legitur Μακεδονίσσης, quæ est glossa. *Casaub.*

2. Στερόπης) Libri veteres Στερόπης. melius. *Idem.*

3. Ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος) Hic est Dorulaus ille (ut arbitror) cujus mentio fit in Memnonis fragmentis. *Idem.*

4. Ἐπὶ τοσοῦτον ἠρκεῖτο) Vetus lectio ἥρητο. Et ita legendum: nam vulgata est corrupta. αἱρεῖν τινὰ, est *capere* & *delectare*, ut apud Ælianum & alios. *Idem.*

5. Ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται) Testis Polyb. lib. IV. pag. 444. Κνώσιοι, ait, συμφρονήσαντες Γορτυνίοις πᾶσαν ἐποίησαν τὴν Κρήτην ὑφ' αὑτούς. *Idem.*

6. Κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις &c.) Quem locum Eustathius repræsentat ad Iliad. β. Sed suspectum illum vitii meritò habet maximus vir, Isaacus Casaubonus; Nam quî potuit Ptolemæus murum, etiam imperfectum, perducere ad stadia usque octoginta, cum duntaxat quinquaginta, ut testatur ipse Strabo, contineret? Omnino est restituendum: ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους παρῆλθε μόνον. *ad octo tantum stadia progressus est.* Meurs. Creta. c. 10. p. 36.

7. Ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους) Mendosa lectio. Nam cui verisimile videbitur eum, qui muris cingere Gortynem tantum cepisse dicitur, ad LXXX. stadia opus perduxisse? cum præsertim subjiciat eandem urbem, quum maximè floreret, κύκλον implevisse stadiorum tantum L. Puto legendum ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους. Cum hæc scripsissem animadverti Eustathium sequi vulgatam lectionem. Quare docti judicent. Equidem à sententia mea ægrè discedo. Sequentia verba video aliter legisse interpretes. *Casaub.*

7. Ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους) Amplitudinem

hujus

perduxit opus. Aliquando illud memorabilem habuit ambitum, ad L. stadia. Distat ab Africo mari & Lebene navali suo ad stadia xc. Habet & aliud emporium Metallum: ab ea cxxx. stadiis remotum. Totam ipsam perfluit Lethæus fluvius. Lebenii fuerunt Leucocomas, & amator ejus Euxynthetus, quorum meminit in oratione de amore Theophrastus: aitque unum de laboribus huic ab illo impositis fuisse, ut canem Praso ei adduceret. Finitimi autem fuerunt Prasii Lebeniis juxta mare, à Gortyne distantes interim stadia cxxc. Diximus supra, Prason Eteocretum fuisse urbem, ibique fuisse Dictæi Iovis templum. Propè enim Dicta fuit: non (ut Aratus ait)

-- *Idæum prope montem.*

Dicte enim ab Ida versus ortum Solis distat CIↃ stadia, à Samonio abest c. Inter Samonium & Cherronesum sita est Prasos, supra mare LX. stadiis, à Gortyne CXXC. deleverunt eam Hierapytnii. Non bene etiam à Callimacho dictum ait, Britomartyn Minois vim fugientem desiluisse in retia (*dictya*) piscatorum, C

A παρῆλθε μόνον· ἀξιόλογον δ' οὖν ἐξεπλήρου ποτὲ κύκλον ἡ οἴκησις, ὅσον πεντήκοντα σταδίων· διέχει δὲ τῆς Λιβυκῆς θαλάττης [1] καὶ Λεβήνος τοῦ ἐμπορείου αὐτῆς, ἐνενήκοντα· ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο ἐπίνειον τὸ * Μέταλλον· διέχει δ' αὐτῆς ἑκατὸν τριάκοντα· διαῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὅλην [2] ὁ Ληθαῖος ποταμός. Ἐκ δὲ Λεβήνος [3] ἦν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ * Εὐξύνθετος, ὥς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Ἔρωτος λόγῳ· ἄθλων ὧν ὁ Λευκοκόμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν, ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον, τὸν ἐν Πράσῳ κύνα ἀναγαγεῖν αὐτῷ. ὅμοροι δ' εἰσὶν αὐτοῖς οἱ Πράσιοι, τῆς μὲν θαλάττης, * ξ σταδίους, Γόρτυνος δὲ διέχοντες ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα [μεταξύ.] B εἴρηται δ' ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρξεν ἡ Πράσος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. Καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον, [4] οὐχ ὡς Ἄρατος

-- σχεδὸν ὄρεος Ἰδαίου.

καὶ γὰρ χιλίους ἡ Δίκτη τῆς Ἴδης ἀπέχει, πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀπ' αὐτῆς κειμένη· τοῦ δὲ Σαμωνίου ἑκατόν. Μεταξὺ δὲ τοῦ Σαμωνίου καὶ τῆς Χεῤῥονήσου ἡ Πράσος * ἵδρυτο, ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἑξήκοντα σταδίοις διέχοντες, τῆς Γορτυνῆς δὲ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα· κατέσκαψαν δ' Ἱεραπύτνιοι. [5] Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασὶν, ὡς [6] ἡ Βριτόμαρτις φεύγουσα τὴν Μίνω C βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα·

* Scripti Μέταιον & Μάταιαν.

* Scripti, lib. Εὐξιώθεος.

* Supplevimus hæc verba è Manusſ. Xyl. sententiam pervertit.

p. 479.

* Scripti, ἵδρυται,

hujus civitatis olim quinquaginta stadia implevisse scribit Strabo ridiculo mendo obsitus, de octoginta stadiorum muro à Ptolemæo ducto, qui tamen totam non cinxerit. Et tamen eam lectionem tueri Eustathium notavit Casaubonus. Nos Eustathium secuti, non putamus rectè corrigere de *Octo* solis Casaubonum, sed fuisse Straboni jam olim exemtam notam numeri centenarii, & *Centum quinquaginta stadia* ambitum tantæ urbi dare malumus, quæ scilicet post Cnossios fuerit princeps, etiam præ illis aliquando, insulæ. Tamen non disceptamus, cum immanis hic sit ambitus, insulam autem centum urbibus nobilem recenseat Antiquitas, ex quibus Nobiliores recenset Plinius. Barth. in Stat. Theb. V. ℣. 361. T. III. p. 185.

1. Καὶ Λεβῆνος) Ptolem. Λεβῆνα. *Casaub.*

2. Ὁ Ληθαῖος ποταμὸς) Sic apud Ptol. Apud Eust. per υ. *Idem.*

3. Ἦν Λευκοκόμας τὲ καὶ) Hûc puto esse referenda quæ Plutarch. Ἐρωτικῷ refert, de Leucomantide & Euxyntheto. Nam etsi multum in narrationibus est diversitatis, tamen multa similia. *Idem.*

4. Οὐχ ὡς Ἄρατος) Arati carmen ℣s. 33. Φαινομ. ita habet, Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο. qui versus quantum veteres Criticos torserit ex scholiaste intelliges. *Idem.* Hug. Grot. notar. p. 2. legit.

Λύκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν ἀργαίοιο.

Nam nemo est Græcarum literarum non ignarus qui literarum λ & δ itemque ο & ι in scribendo ignoret affinitatem multis erroribus ansam dedisse.

5. Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον) Locus est in hymno in Dianam. ℣s. 195.

Μεσφ' ὅτε μαρπτομένη καὶ δὴ σχεδὸν ἥλατο πόντον
Πρηόνος ἐξ ὑπάτοιο, καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
Δίκτυα, τά σφ' ἐσάωσεν. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν, Δίκτυνναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη,
Δικταῖον καλέουσιν· ἀνεστήσαντο δὲ βωμοὺς,
Ἱερά τε ῥέζουσι.

Donec apprehensa ferme Nympha *insiliit mare*
Ab alto vertice: insiliit autem in piscatorum
Retia, quæ ipsam conservarunt. Hinc deinceps Cydones
Nympham ipsam, dictynnam: montem vero unde
desiliit nympha
Dictæum appellitant: excitatisque ibi *aris*
Sacra etiam faciunt.

Refertur eadem fabula à Diodoro Siculo & Pausania. Lib. II. c. 30. *Idem.*

6. Ἡ Βριτόμαρτυς) Sic prius vocabatur hæc Gortynis puella, quæ postea Dictynna est appellata: Solinus verò ipsam Dianam à Cretensibus coli ait Βριτόμαρτιν gentiliter nominantibus: *quod* (inquit) *sermone nostro sonat virginem dulcem.* Rectè sanè Solinus cap. 17. (ad quem locum vide Salmasium pag. 121.) Nam ut notat Hesychius Cretensibus τὸ βριτὺ sonat γλυκύ. Et Cornutus Brisein quasi Britein D dictam ait, quasi dicas suavem & charam Achilli. Atque hæc de priore parte nominis Britomartis. De posteriore autem sic censeo: Quemadmodum reliquis Græcis virgo dicitur παρθένος, ἀπὸ τοῦ παραθέειν τῇ μητρὶ, sic videntur mihi Cretenses virginem ὅμαρτιν appellasse, παρὰ τὸ ὁμαρτεῖν τῇ μητρί. Matrem enim sequebantur perpetuò olim virgines. Horatius, I. od. 23.

Tandem desine matrem
Tempestiva sequi viro.

Quare rectè Solinus, Britomartin, sive Brithomartin interpretatur, *virginem dulcem.* Idem. Meliora sane de hujus vocis etymologia notavit Salmas. ad Solinum, qui omnino videndus. Aliam causam dictæ Britomardidis ex Etymol. auctore adfert Illustr. Spanhemius, ὅτι ταῖς Βρίσαις Νύμφαις ὁμαρτεῖ, *quod Brisas Nymphas sequeretur.* Aliam quoque addit Phavorinus ex Neanthe oraculum Jovi datum referens: Νεάνθης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελετῶν φησὶ χρησμὸν Διὶ δοθῆναι. ὁ ἐκ τῆς μήτρας τῆς Ἑκάτης γεννησόμενος

* Scripti, Κυδωνιατῶν.

* Scripti, Τύρος.

[1] καὶ διὰ τοῦτο αὕτη μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν A * Κυδωνίων προσαγορευθείη. Δίκτη δὲ τὸ ὄρος· οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία· πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. Τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ * Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον ἀλλὰ Δικτυνναῖον. Κυδωνία δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν ἵδρυται, βλέπουσα πρὸς τὴν Λακωνικήν· διέχει δ' ἑκατέρας τὸ ἴσον τῆς τε Κνωσσοῦ καὶ τῆς Γόρτυνος, [2] οἷον ὀκτακοσίους σταδίους, [3] Ἀπτέρας δὲ ὀγδοήκοντα· τῆς ταύτῃ δὲ θαλάττης τετταράκοντα. Ἀπτέρας δ' ἐπίνειόν ἐστι Κίσαμος. πρὸς ἑσπέραν δ' ὅμοροι τοῖς Κυδωνιάταις [4] Πολυρρήνιοι· παρ' οἷς ἐστιν τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν· ἀπέχουσι δὲ τῆς θαλάττης ὡς B τριάκοντα σταδίους· Φαλασάρνης δὲ ἑξήκοντα· κωμηδὸν δ' ᾤκουν πρότερον· εἶτ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες συνῴκησαν, τειχίσαντες ἐρυμνὸν χωρίον βλέπον πρὸς μεσημβρίαν. Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνῳκισμένων τριῶν, τὴν λοιπὴν ([5] Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη) κατέσκαψαν Γορτύνιοι, τῆς μὲν Γόρτυνος διέχουσαν ἑξήκοντα, τῆς δὲ θαλάττης εἴκοσι, τοῦ δὲ * Μετάλλου τοῦ ἐπινείου, τετταράκοντα· τὴν δὲ χώραν ἔχουσιν οἱ κατασκάψαντες. Γορτύνιον δ' ἐστὶ καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ,

Φαιστόν τε Ῥυτιόν τε. --

[6] Ἐκ δὲ τῆς Φαιστοῦ τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν [7] Ἐπιμενίδην φασὶν εἶναι. [8] Καὶ C Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας. Λύκτου δὲ ἧς ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ λεγομένη [9] Χερρόνησος, ἐν ᾗ τὸ τῆς Βριτομάρτεως ἱερόν· αἱ δὲ συγκαταλεχθεῖσαι πόλεις οὐκέτ' εἰσί, [10] Μιλητός τε καὶ Λύκαστος· τὴν δὲ χώραν, τὴν μὲν ἐνείμαντο Λύκτιοι, τὴν δὲ Κνώσσιοι, [11] κατασκάψαντες τὴν πόλιν.

* Manuſſ. Ματάλου, & Μαρτάλου.

Iliad. β. 648.

indeque Dictynnam appellatam. Dicte mons eſt. Iſtis autem locis Cydonia neutiquam vicina fuit, ſita in occiduis inſulæ extremitatibus. Mons Cydoniæ eſt Tityrus, inque ea templum, non Dictæum ſed Dictynnæum. Cydonia ad mare ſita eſt, Laconicam reſpiciens. Diſtat æqualibus ſpaciis à Cnoſſo & Gortyne, ad IↃCCC. ſtadia; ab Aptera autem XXC. à mari proximo, XL. Apteræ navale eſt Ciſamus. Ad veſperam Polyrrhenij ſunt Cydoniatarum vicini, ubi eſt fanum Dictynnæ: diſtant à mari ad XXX. ſtadia, à Phalaſarna LX. Habitabant antè per pagos: deinde Achæi & Lacones condiderunt, cum muro cinxiſſent locum natura munitum, meridiei obverſum. Poro de tribus urbibus, quas civibus frequentavit Minos, tertiam (fuit autem ea Phæſtus) diruerunt Gortynii, à Gortyne diſtantem ſtadia LX. à mari XX, à Metallo navali XL: regionem ii occupaverunt, qui everterunt urbem. Ad Gortynem pertinet Rhytium quoque cum Phæſto,

Phæſtumque, Rhytiumque. --

Phæſto oriundum fuiſſe ajunt Epimenidem, qui carminibus luſtrabat. Eſt & Olyſſa Phæſtiæ. Lycti, cujus ſupra eſt facta mentio, navale eſt quod Cherroneſus dicitur, inque eo Britomartis templum. Urbes, quæ una recenſentur, Milytus & Lycaſtus, non amplius ſunt: regionem alterius Cnoſſii occupaverunt, urbem everterunt.

μενος μεταστήσει τῆς βασιλείας αὐτόν. γεννώσης δὲ τῆς Ἑκάτης, τὰς συμπαρούσας κόρας τῇ λεχοῖ ἀναβοῆσαι, βρίτον· τουτέστιν, ἀγαθόν· παρὰ τοῦτο δὲ τὸ ἐπίφθεγμα ὠνομάσθαι τὴν θεόν. Corruptum præterea hujus Nymphæ nomen apud Scholiaſt. Ariſtophan. in βατραχ. p. 182. Edit. Baſil. Φασὶ δὲ ὅτι νύμφη τὶς Βρετιμάρτυς καλουμένη &c. ſcribe Βριτόμαρτις. Scabioſe etiam Apoſtolius Centur. VII. 12. Βριτεμάρτις, quem errorem Munkerus ad Anton. Liber. notavit. *Scherpez.*

1. Καὶ διὰ τοῦτο αὕτη μὲν Δίκτυννα) Strabonis verba ita ſunt legenda: καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη, Δίκτη δὲ τὸ ὄρος. Sic diſtinguendum eſſe docet ipſe Callimachus hoc verſu:

Νύμφαν μὲν, Δίκτυνναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη, Δικταῖον καλέουσι.

Salmaſ. Exercit. Plin. Ed. Ultr. p. 120. b. A.

2. Οἷον ὀκτακοσίους σταδίους) Imo abeſt Gortis (ſic enim vetuſtiores dicunt, non Gortyna) à Cydonia CIↃ fere ſtadia: teſte Thucydidis ſcholiaſte ad lib. II. cap. 85. *Caſaub.*

3. Ἀπτέρας δὲ) De Aptera lege Stephanum, & Lycophronis ſcholiaſten: Plinio H. Nat. IV. 12, eſt *Apteron.* Ptolemæo Ἀπτερία. Urbis *Ciſami* meminere Plinius H. Nat. IV. 12. & Ptolemæus. *Idem.*

4. Πολυρρήνιοι) Ptolemæo Πολυρρηνία. Plinio H. Nat. IV. 12. *Polyrrhenum.* Stephanus, Πολύρρην πόλις Κρήτης, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥήνεα τουτέστι πρόβατα, D ἔχειν. Polyrrheniorum ſæpe Polybius meminit. *Idem.*

5. Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη) Plinius H. Nat. IV. 12. inter mediterraneas refert. Vide Stephanum. *Idem.*

6. Ἐκ δὲ τῆς Φαιστοῦ τὸν τοὺς) Laërtio tamen dicitur eſſe Epimenides ἀπὸ Κνωσσοῦ. *Idem.*

7. Ἐπιμενίδην) de hoc poëta ac Philoſopho videndus eſt Voſſius de Poëtis Græcis p. 17. Suidas. V. Ἐπιμενίδης. Diogenes Laërtius lib. I. §. 109. & ad eum eruditiſſimi commentatores.

8. Καὶ Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας) Depravatè hodie ſic editur, cum legendum ſit: καὶ Ὀλοῦς, ἦν δὲ τῆς Φαιστίας. *& Olus: erat verò ea in agro Phæſtio.* Etenim Olûs, non Olulis, nec Olyſſa, urbs ea dicebatur. Meurſ. Creta cap. 13. p. 50.

Καὶ Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας.) Mendoſa eſt ſcriptura, quum illic ſcribendum ſit καὶ ὁ Λισσὴς δὲ τῆς Φαιστίας, Stephanus: ἔστι τῆς Φαιστιάδος καὶ ὁ καλούμενος Λισσής. Ὅμηρος.

Ἔστι δὲ τίς Λισσὴς αἰπεῖά τε εἰς ἅλα πέτρη.

Salmaſ. Exercit. Plin. Edit. Ultr. p. 118.

9. Χερρόνησος) Agnoſcit & Ptolemæus. *Caſaub.*

10. Μηλιτός τε καὶ Λύκαστος) Utramque tamen recenſet Plinius. *Idem.*

11. Κατασκάψαντες τὴν πόλιν) Λυττίον videlicet: Nam Lyctum evertere Cnoſſii, Polybius libr. IV. pag. 445. ed. Amſt. Συννοήσαντες οἱ Κνώσσιοι τὸ γεγονὸς καταλαμβάνονται τὴν Λύττον, ἔρημον οὖσαν τῶν

βοηθη-

Jam cum poëta Cretam alias c, alias xc. urbes habere dicat: Ephorus cenſet x. urbes poſt belli Trojani tempeſtatem conditas fuiſſe à Dorienſibus qui eo ſecuti 2 Althæmenem ſunt : itaque ait Ulyſſem introduci, qui xc. urbes ei tribuat. Hæc oratio non eſt veriſimilis. Alii ab Idomenei hoſtibus decem urbes deletas perhibent. At enim Homerus non poſt bellum Trojanum c. urbes habuiſſe Cretam dicit, ſed ſuo tempore : è ſua enim loquitur perſona. Quod ſi verba hæc feciſſet alicujus, qui tum vixit, ſicut in Ulyſſea ab ipſo Ulyſſe xc. urbibus prædita inſula dicitur: accipienda hæc ſententia erat, & quæ ſequuntur itidem conſtarent. Neque enim probabile eſt, vel ſub expeditionem Idomenei, vel ſub reditum ejus, urbes iſtas fuiſſe abolitas : quippe Homerus ait,

In Cretam ſocios perduxit protinus omnes
Idomeneus, niſi qui perierunt Marte cruento:
Namque illi nullum rapidi maris abſtulit unda.

Itaque fuerat omnino Homerus etiam iſtius urbium everſionis mentionem facturus. Non enim Ulyſſes quidem eam poterat habere cognitam, qui cum nemine Græcorum vel in ſuis erroribus vel poſtmodo conveniſſet : idemque cum & in expeditione ſocius Idomeneo fuiſſet, & unà domum incolumis rediiſſet, ignorare quid ei abſenti aut redeunti accidiſſet. Poſt reditum vero fieri hoc non potuit. Nam ſi cum omnibus ſociis rediit: plus habuit virium, quam ut hoſtes ei x. urbes valerent eripere. Hæc ergo eſt regionis Cretenſis circumſcriptio. ¶ De republica eorum, quam 5 Ephorus deſcripſit, ſufficiet præcipua percurrere. Videtur, inquit, legumlator maximum urbibus bonum ſuppoſuiſſe, libertatem : ſola enim hæc bona propria eorum facit, qui ipſa poſſident:

A Τοῦ δὲ ποιητοῦ [1] τὸ μὲν ἑκατόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην, τὸ δὲ ἐννενηκοντάπολιν, Ἔφορος μὲν ὕστερον ἐπικτισθῆναι τὰς δέκα φησὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ὑπὸ τῶν τῷ Ἀλθαιμένει συνακολουθησάντων Δωριέων· τὸν μὲν οὖν Ὀδυσσέα λέγει ἐννενηκοντάπολιν ὀνομάσαι. οὗτος μὲν οὖν πιθανός ἐστιν ὁ λόγος. Ἄλλοι δ' ὑπὸ τῶν Ἰδομενέως ἐχθρῶν κατασκαφῆναι φασὶ τὰς δέκα· [3] ἀλλ' οὔτε * μετὰ τὰ Τρωϊκά φησιν ὁ ποιητὴς ἑκατοντάπολιν ὑπάρξαι τὴν Κρήτην, ἀλλὰ μᾶλλον κατ' αὐτόν· ἐκ γὰρ τοῦ ἰδίου προσώπου λέγει· εἰ δ' ἐκ τῶν τότε ὄντων τινὸς ἦν ὁ λόγος, B καθάπερ ἐν Ὀδυσσείᾳ * ἐννενηκοντάπολιν φράζει, καλῶς εἶχεν οὕτω δέχεσθαι ὅτι συγχωρήσαιμεν τοῦτό γε, καὶ ὁ ἑξῆς λόγος σώζοιτ' ἄν· οὔτε γὰρ κατὰ τὴν στρατείαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν τοῦ Ἰδομενέως, ὡς εἰκὸς ἐστιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὰς πόλεις ἠφανίσθαι ταύτας· ὁ γὰρ ποιητής φησι.

* Scripti, κατὰ
p. 480.
* Manuſſ. ἡνίκα ἐννενηκ.

Πάντας δ' Ἰδομενεὺς Κρήτην εἰσήγαγ' ἑταίρους,
Οἳ φύγον ἐκ πολέμου, πόντος δέ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα.

Odyſſ. γ. 191.

Ὥστε καὶ τούτου τοῦ πάθους ἐμέμνητ' ἄν· οὐ γὰρ δή που Ὀδυσσεὺς μὲν ἔγνω τὸν ἀφανισμὸν τῶν πόλεων ὁ μηδενὶ συμμίξας τῶν Ἑλλήνων μήτε C κατὰ τὴν πλάνην, μήθ' ὕστερον· [4] ὁ δὲ, καὶ συστρατεύσας τῷ Ἰδομενεῖ, καὶ συνανασωθεὶς οὐκ ἔγνω τὰ συμβάντα οἴκοι αὐτῷ κατὰ τὴν στρατείαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον· εἰ γὰρ μετὰ πάντων ἐσώθη τῶν ἑταίρων, ἰσχυρὸς ἐπανῆλθεν· ὥστ' οὐκέτ' ἔμελλον ἰσχύσειν οἱ ἐχθροὶ τοσοῦτον, ὅσον δέκα ἀφαιρεῖσθαι πόλεις * αὐτοῖς. Τῆς μὲν οὖν χώρας τῶν Κρητῶν, τοιαύτη τις ἡ περιοδεία. Τῆς δὲ πολιτείας ἧς Ἔφορος ἀνέγραψε, τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι· δοκεῖ δέ, φησιν, ὁ νομοθέτης μέγιστον ὑποθέσθαι D ταῖς πόλεσιν ἀγαθὸν, τὴν ἐλευθερίαν· μόνην γὰρ ταύτην ἴδια ποιεῖν τῶν κτησαμένων τ' ἀγαθά·

* Scripti, αὐτῶν.

βοηθησόντων. καὶ τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἰς Κνωσσὸν ἀπέπεμψαν. τὴν δὲ πόλιν ἐμπρήσαντες, καὶ κατασκάψαντες, καὶ λωβησάμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ἐπανῆλθον. *Cnoſſii hac expeditione cognita, Lyttum oppidum omni vacuum præſidio occupant : & liberis conjugibuſque Lythorum Cnoſſum miſſis, urbem incendunt, diruunt, omnique maleficio in eam ſæviunt: itaque ad ſuos redeunt.* Caſaub.

1. Τὸ μὲν ἑκατόμπολιν) Hanc poëtæ ἀπόφανσιν ſequitur Virgilius, itemque Plinius : qui urbibus Cretæ xl. enumeratis, aliorum circiter lx. oppidorum memoriam extare ſcribit. Porrò hæc diſputatio melioribus libris indiget. Summa eſt, belli Trojani tempore xc. tantum fuiſſe urbes Cretæ. Homeri autem ætate fuiſſe centum : neque probabilem eorum eſſe ſententiam, qui contra ſentiunt. *Idem.*

2. *Althæmenem.*) Sic legitur apud Euſtathium in Iliad. β. 649. Legi autem οὐ πιθανὸς, non οὖν, cum mox ipſe refellat. *Xyland.*

3. Ἀλλ' οὔτε κατὰ τὰ Τρωϊκὰ) Turpiſſimum mendum ſuſtulimus auctoribus libris, & κατὰ repoſuimus pro μετά. *Caſaub.*

4. Ὁ δὲ, καὶ συστρατεύσας) Neſcio ποῖ φενῶν παρεπλάγχθη vir eruditus, quum hunc locum de Ulyſſe accipiendum putavit. Non enim lucere ſolem meridie clarius eſt, quàm eſt perſpicuum ad Neſtorem eſſe hæc referenda, qui illa Πάντας δ' Ἰδομενεὺς dixit. Ergo ὁ δὲ, hoc eſt Neſtor. Si nihil aliud, vox ſaltem συνανασωθεὶς debuit Xylandrum movere. Vide Ὀδυσσ. γ. *Idem.*

5. *Ephorus*) Ephorum etiam Euſtathius citat, qui hîc identidem εὔφορος legitur, manifeſto mendo. *Xyland.*

τὰ δ᾽ ἐν δουλείᾳ, τῶν ἀρχόντων, ἀλλ᾽ οὐχὶ τῶν ἀρχομένων εἶναι· τοῖς δ᾽ ἔχουσι ταύτην φυλακῆς δεῖν. Τὴν μὲν οὖν ὁμόνοιαν διχοστασίας αἰρουμένης ἀπαντᾶν, [1] ἣ γίνεται διὰ πλεονεξίαν, καὶ τρυφήν· σωφρόνως γὰρ καὶ λιτῶς ζῶσιν ἅπασιν, οὔτε φθόνον, * οὔτε μίσος, οὔθ᾽ ὕβριν ἀπαντᾶν πρὸς τοὺς ὁμοίους· διόπερ τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας Ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους, ἐν τοῖς Συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν Ἀνδρεῖα, ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι· πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν ἀλλ᾽ ἀνδρείαν κρατεῖν, ἐκ παίδων ὅπλοις, καὶ πόνοις συντρέφειν· ὥστε καταφρονεῖν καύματος, καὶ ψύχους, καὶ τραχείας ὁδοῦ, καὶ ἀνάντους, καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ σύνταγμα· ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ, καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει ἣν καταδεῖξαι Κουρῆτα πρῶτον, * ὕστερον δὲ καὶ συντάξαντα [2] τὴν κληθεῖσαν ἀπ᾽ αὐτοῦ πυῤῥίχην· ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν εἶναι ἄμοιρον τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων· ὡς δ᾽ αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν· ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων· καὶ ἐσθῆτι δὲ, καὶ * ὑποδέσει πολεμικῇ χρῆσθαι, καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα· [3] λέγεσθαι δ᾽ ὑπό τινων

* Scripti οὔθ᾽ ὕβριν, οὔτε μίσος.

* Suspectus locus. Legendum puto. ὕστερον δὲ καὶ Πυῤῥίχον τὸν καὶ συντ. τὴν κλ. ἀπ᾽ αὐ.

p. 481.

* Scripti ὑποδέσει.

A in servitute qui sunt, horum bona non ipsorum sunt, sed dominorum. Libertate autem præditis opus est ejus custodia. Concordia porro sublatam discordiam sequitur: discordia aut ob avaritiam, aut ob luxum exsistit: nam si sobriè omnes, ac frugaliter vivant, neque invidentia, neque odium, neque injuria & contumelia inter æquales oritur. Itaque pueros jussit ille commeare in Agelas quas vocabant, *quasi greges*: perfectos in Syssitia à convictu sic dicta, & à virili ætate Andreja: ut publice victum capientes pauperes cum divitibus æquali conditione vive- B rent. Ne autem timiditas, sed ut fortitudo obtineret, à puero armis & laboribus eos adsuefecit: ut despicere possent æstum, frigus, asperam acclivemque viam, & ictus quos exciperent in gymnasiis & ordinariis pugnis. Exercuit etiam eos sagittando, & armata saltatione, quam Cures primus invenit, qui post etiam ab ipso dictam pyrrichen instituit: ut ne ludus quidem expers esset rerum ad bella utilium. ¶ Sic & rhythmis, quos Creticos vocant, uti docuit contentissimis in cantilena, quorum auctor Thales traditur, cui pæanes etiam, aliaque usitata istis C carmina, multaque præterea instituta adscribuntur. Jussit etiam veste & calceo militaribus uti, & de donis principem honorem armis deferre. Ait præterea quosdam esse qui dicant

1. Ἡ γίνεται διὰ πλεονεξίαν) Polybius libro sexto pag. 681. ed. Amstel. Cretensium πλεονεξίαν graviter notat. καθόλου δὲ, inquit, ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ᾽ αὐτοῖς, ὥς τε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος. *Denique sordidi avarique mores adeo apud illos obtinent ut ex omnibus hominibus solos Cretenses sit invenire, apud quos nullum lucrum turpe censetur.* Casaub.

2. Τὴν κληθεῖσαν ἀπ᾽ αὐτοῦ πυῤῥίχην) Pyrricham à Curete fuisse inventam, & ab eodem sic fuisse nominatam, nemo veterum opinor dixit. Pyrricha enim à Pyrricho nomen habet, ut Strabo ipse paullò antè docuit. Quare deesse hic aliquid suspicor, ac lego, ἣν καταδεῖξαι Κουρῆτα πρῶτον, ὕστερον δὲ Πύῤῥιχον, τὸν καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ἀπ᾽ αὐτοῦ πυῤῥίχην. *Idem.*

Τὴν κληθεῖσαν ὑπ᾽ αὐτοῦ πυῤῥίχην.) Πυῤῥίχην omnes Græci, Latinique *saltationem* esse dicunt. Si saltatio est, non fuerit equestris lusus. Quid igitur faciemus Straboni & Plinio, qui armatam saltationem à Pyrricha distinguunt? respondebimus Curetas primos eam saltationem saltasse, Pyrrichum postea in ordinem, & artem redegisse ex eadem insula oriundum; Hic sensus verborum Strabonis de saltatione armata. Et certum est de *saltatione* intelligere Strabonem, non de equestri lusu. (& *paulo post.*) Quemcunque habuerit auctorem, *saltatio est*, eaque pedestris, diversa utique à Trojæ ludicro, quod ἱπποδρομίας genus fuit, & in equis exercebatur, per lascivos vertigines, ac gyros implicantium se, & explicantium puerorum. Potuerit vulgus hunc lusum Pyrrichæ nomine donare, quod Pyrrichio pede, & modulo agitari soleret. Certe Pyrricha illa, quæ proprie sic dicta est, & quam in Creta Pyrrichus instituit, sive, ut alii, Pyrrhus, *saltatio fuit armata*, longè diversa à Troja, elegantissimè enim Strabo pag. 467. Ἡ δὲ ἐνόπλιος ὄρχησις στρατιωτική, καὶ ἡ πυῤῥίχη. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Πυῤῥίχιος ὅν φασιν εὑρετὴν εἶναι τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως τῶν νέων ἐπὶ τὰ στρατιωτικά. i. e. *Illa autem in armis saltatio militaris, Pyrriche etiam dicitur, auctorisque Pyrrichii nomen refert, qui hanc adolescentum ad res bellicas exercitationem instituerit.* D Salm. Exercit. Plinian. ed. Ultraj. p. 120.

3. Λέγεσθαι ὑπό τινων) Fuit hæc plerorumque sententia, Cretensium Rempublicam, proximè accedere legum & institutorum similitudine ad rempublicam Lacedæmoniorum. In ea fuere sententia οἱ λογιώτατοι (ait Polybius) τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Ephorus, Xenophon, Callisthenes, Plato. Et Aristoteles postquam de Lacedæmoniorum republica egit, subdit, ἡ δὲ Κρητικὴ πάρεγγυς μέν ἐστι ταύτης. Polybius tamen eos omnes graviter errare putat: eorumque errores ostendit libro VI. quamquam negare ne Polybius quidem posset, multa in utraque Repub. fuisse ὅμοια, & ejusmodi, ut ab altera earum ad alteram manasse dici possent: qua de re nunc quid senserit Ephorus exponit Strabo. Cum autem professus sit auctor, se Ephori verba referre, non est dubium legendum esse, Λέγεσθαι δὲ ὑπό. subaudi φησὶν Ἔφορος. Rectè etiam libri ὑπ᾽ ἐκείνων, non ἐκείνου. *Casaub.*

1. Τῶν

ea quæ Cretenſium cenſentur inſtituta, Spartanorum eſſe: cum re vera Cretenſes ea excogitaverint, Spartani accuratius elaboraverint, neglecta rei bellicæ cura à Cretenſibus, urbibus eorum adverſas res perpeſſis, maxime Cnoſſo: eſſe etiam quædam inſtituta in uſu apud Lyctios, Gortynios, & in aliis oppidulis magis quam apud Cnoſſios. Lyctiorum quoque mores in teſtimonium trahi ab his, qui Laconicos antiquiores putant: colonos enim eos Spartanorum, ſervare metropolis ſuæ inſtituta: alioquin ineptum eſſe, ut quorum reſpublica & ſtatus eſt melior, deteriorum B æmulentur formam. Quæ quidem non recte dicantur. Neque enim judicium de antiquis ex præſenti ſtatu faciendum eſt, inquit, utrinque in contrarium facta mutatione: nam olim Cretenſes maris tenuerunt imperium, adeo ut proverbium in eos uſurpatum fuerit, qui diſſimulabant eorum, quæ ſciebant notitiam, *Cretenſis mare ignorat*: nunc amiſerunt potentiam claſſicam. Neque, quia urbes quædam in Creta coloniæ ſunt Spartanorum, ideo horum quoque inſtituta tenere coactæ ſunt: cum & coloniæ multæ patrios non ſequantur mores: & in Creta multæ urbes non C à Spartanis ortæ, tamen illis ſtent inſtitutis. Iam Lycurgus, inquit, is qui Lacedæmoniis leges poſuit, quinque ætatibus poſterior fuit Althæmene, coloniæ in Cretam duce. Hiſtoriæ enim docent hunc Ciſſi F. fuiſſe, ejus qui Argos condidit ea tempeſtate, qua Patrocles Spartam: atqui omnes in hoc conſentiunt, ſextum à Patrocle fuiſſe Lycurgum.

A ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν. τὸ δ' ἀληθὲς, εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' * ἐκείνων, ἠκριβωκέναι δὲ τοὺς Σπαρτιάτας· τοὺς δὲ Κρῆτας ὀλιγωρῆσαι κακωθεισῶν τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα τῆς Κνωσσίων [1] τῶν πολεμικῶν. [2] Εἶναι δέ τινα τῶν νομίμων, παρὰ Λυκτίοις καὶ Γορτυνίοις, καὶ ἄλλοις τισὶ πολιχνίοις μᾶλλον ἢ παρ' ἐκείνοις. Καὶ δὴ καὶ τὰ Λυκτίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια, τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας· [3] ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη· ἐπεὶ ἄλλως γε εὔηθες εἶναι τὸ τοὺς βέλτιον συνεστῶτας, καὶ πολιτευομένους τῶν χειρόνων ζηλωτὰς ἀποφαίνειν. Οὐκ εὖ δὲ ταῦτα λέγεσθαι· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν νῦν καθεστηκότων τὰ παλαιὰ τεκμηριοῦσθαι δεῖ, εἰς τἀναντία ἑκατέρων μεταπεπτωκότων, καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας· ὥστε, καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι, ἃ ἴσασιν, Ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν· νῦν δ' ἀποβεβληκέναι τὸ ναυτικόν· οὔτε ὅτι ἄποικοί τινες γεγόνασι τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ Σπαρτιατῶν, ἐν τοῖς ἐκείνων νομίμοις διαμένειν ἐπηναγκάσθαι· πολλὰς γοῦν τῶν ἀποικίδων μὴ φυλάττειν τὰ πάτρια· πολλὰς δὲ καὶ τῶν C μὴ ἀποικίδων ἐν Κρήτῃ τὰ αὐτὰ ἔχειν τοῖς ἀποίκοις ἔθη· τῶν τε Σπαρτιατῶν τὸν νομοθέτην Λυκοῦργον, πέντε γενεαῖς νεώτερον Ἀλθαιμένους εἶναι, τοῦ στείλαντος τὴν εἰς Κρήτην ἀποικίαν· τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κίσσου παῖδα [4] τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα * Προκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε. [5] Λυκοῦργον δ' [6] ὁμολογεῖσθαι περὶ πάντων, [7] ἕκτον ἀπὸ * Προκλέους γεγονέναι·

* Vulgo ἐκείνου.
* Vulgo Πατροκλῆς.
* Vulgo Πατροκλέους.

1. Τῶν πολεμικῶν) Senſus eſſe videtur. Eas potiſſimum Cretæ urbes interiiſſe, aut afflictas fuiſſe, quæ erant πολεμικαὶ, ut Cnoſſus. *Caſaub.*

2. Εἶναι δέ τινα) Malim μεῖναι δέ. *Idem.*

3. Ἀποίκους γὰρ ὄντας) Placet iſtis initia τῆς Κρητικῆς πολιτείας ab iis Spartanis eſſe profecta, qui Cretæ oppidum Lyctum habuerunt. Ariſtoteles longè probabilius, Spartanos illos καταλαβεῖν τὴν τάξιν τῶν νόμων, ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς τότε κατοικοῦσι. Ex illis autem didiciſſe Lycurgum, quum apud eos exul verſaretur. *Idem.*

4. Τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος) Imo ejus pater Temenus. vide lib. VIII. Κεῖσος apud Pauſan. II. c. 28. ſcribitur. *Idem.*

5. Λυκοῦργον δὲ ὁμολογεῖσθαι περὶ πάντων ἕκτον ἀπὸ Προκλέους γεγονέναι. *Atqui omnes in hoc conſentiunt, ſextum à Procle fuiſſe Lycurgum.*) Non certe ab omnibus, Herodotus enim contra ſentit, qui Lycurgum Labotæ avunculum & tutorem facit lib. I. c. 65. Fuit autem Labotas ſeu Leobotas ex altera Euryſthenidum familia, non è Proclidarum ſeu Eurypontidarum ſtirpe, quæ diverſitas ut concilietur, dicendum eſt Lycurgum fuiſſe avunculum Labotæ maternum: nam τὸ ἀδελφιδέῳ, quod eſt apud Herodotum, recipit etiam eam ſignificationem. *Palmer.*

6. Ὁμολογεῖσθαι περὶ πάντων) Lego παρὰ πᾶσι. Miror autem dici id omnes fateri, de quo varias fuiſſe conſtat veterum ſententias: vel lege Plutarch. D in Lycurgo. *Caſaub.*

7. Ἕκτον ἀπὸ Πατροκλέους γεγονέναι) Lycurgum, inquit Plutarchus pag. 40. ita plerique γενεαλογοῦσι.

Ariſtodemus.
I
Patrocles.
I
Sous.
I
Eurytion.
I
Pritanis.
I
Eunomus.
I
Lycurgus.
I

Sic fuerit quintus à Patrocle non ſextus. Eutychidas tamen (inquit pag. 40.) ἰσόρηκεν ἕκτον μὲν ἀπὸ Πατροκλέους, ἑνδέκατον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους. *Idem.*

τὰ δὲ μιμήματα μὴ εἶναι πρότερα τῶν παραδειγμάτων, μηδὲ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων· τήν τε ὄρχησιν τὴν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιχωριάζουσαν, καὶ τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ παιᾶνας τοὺς κατὰ νόμον ᾀδομένους, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν νομίμων, Κρητικὰ καλεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ὁρμώμενα· τῶν δ' ἀρχαίων, τὰ μὲν κατὰ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς ἐπωνυμίας, ὥσπερ καὶ [1] τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὴν τῶν ἱππέων· πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱππέας καὶ ἵππους κεκτῆσθαι συμβέβηκεν.

p. 482.
ἐξ οὗ * τεκμαίρεται πρεσβυτέραν εἶναι τῶν ἐν Κρήτῃ ἱππέων τὴν ἀρχήν· σώζειν γὰρ τὴν ἐτυμότητα τῆς προσηγορίας· τοὺς δὲ μὴ * ἱπποτροφεῖν. [2] τοὺς Ἐφόρους δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ Κοσμίοις διοικοῦντας, ἑτέρως ὠνομάσθαι. τὴν δὲ συσσιτίαν, ἀνδρεῖαν παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι [3] παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι * καλουμένην πρότερον· παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι.

* Scripti, τεκμαίρονται.

* Vulgata lectio, ἱπποκρατεῖν.

* Scripti lib. καλούμενα ὁμοίως & καλούμενα ὡς πρό.

[5] Φοίναις δὲ, καὶ ἐν θιάσοισιν ἀνδρείων παρὰ
δαιτυμόνεσσι,

[6] Πρέπε παιᾶνα κατάρχειν. * Λέγεσθαι δ' ὑπὸ Κρητῶν, ὡς καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος, κατὰ τοιαύτην αἰτίαν· ἀδελφὸς ἦν πρεσβύτερος τοῦ Λυκούργου Πολυδέκτης· οὗτος τελευτῶν ἔγκυον κατέλιπε τὴν γυναῖκα· τέως μὲν οὖν ἐβασίλευεν ὁ Λυκοῦργος ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ· γενομένου δὲ παιδὸς, ἐπετρόπευεν ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἡ ἀρχὴ καθήκουσα ἐτύγχανε· λοιδορούμενος δή τις αὐτῷ, σαφῶς εἶπεν εἰδέναι διότι βασιλεύσοι· λαβὼν δ' ὑπόνοιαν ἐκεῖνος ὡς ἐκ τούτου τοῦ λόγου διαβάλλοιτο ἐπιβουλὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παιδὸς, δείσας μὴ ἐκ τύχης ἀποθανόντος αἰτίαν αὐτὸς ἔχῃ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀπῆρεν εἰς Κρήτην· ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν· ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ· ἱστορήσαντα δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθύς τε πρότερον καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέροι εἰς τοὺς ἀνθρώπους· γενόμενον δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ καταμαθόντα

* Supplevimus hunc locum, ex vett. lib. & priore interpr.

Exempla vero exemplaribus, recentiora antiquioribus esse priora non solent. Saltatio etiam quæ in usu apud Lacedæmonios est, & rhythmi ac pæanes, qui ex lege canuntur, aliaque multa instituta, Cretensia apud eos vocantur, utpote è Creta petita. Quin & magistratus, quod attinet ad administrationem, utrobique eadem gerunt nomina, ut Seniorum, & Equitum: nisi quod in Creta equitibus etiam sunt equi, unde apparet apud Cretenses antiquiorem esse eorum dignitatem, quæ veritatem nominis servat, Lacedæmoniis equitibus equos non habentibus in sua potestate. Porro Ephori cum eadem agant, quæ Cosmii Cretensium, nomine duntaxat differunt. Syssitia *Laconum*, *qui est convictus in publico*, Cretensibus etiamnum Andreja *à viris* dicitur, ut & olim Lacedæmoniis, qui tamen nomen mutaverunt. Alcman quidem sic cecinit.

[4] *In cœnis & choris apud andrejorum convivas.*

Pæanem quoque à Cretensibus fuisse desumtum, & venisse ad hos Lycurgum tali de causa. Rex Spartæ fuit Polydectes, frater Lycurgi, natuque eo major: is moriens uxorem reliquit prægnantem. Aliquandiu fratris loco regnum gessit Lycurgus: natoque filio, tutor ejus fuit, ad quem regnum pertinebat: cum autem quidam ipsi conviciandi causa objecisset, certo se scire eum regem fore: sentiens sibi calumniam intentari de insidiis puero à se structis, ac veritus, ne si quid huic humanitus accideret, inimici culpam in ipsum conferrent, in Cretam abiit. Hæc (ait) peregrinationis ejus causa fertur. Lycurgus ut in Cretam venit, adjunxit se ad Thaletem, qui lyrica carmina & leges condebat: cumque ex eo didicisset modum, quem Rhadamanthus prius, deinde Minos usurpaverunt, ut leges se à Jove acceptas promulgare dicerent: atque in Ægypto etiam fuisset, & ejus quoque gentis

1. Τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν) Aristoteles Politic. lib. II. c. 10. conferens inter se Cretensium & Lacedæmoniorum magistratus, Οἱ δὲ γέροντες, ait, τοῖς γέρουσιν οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλὴν, ἴσοι. *Casaub.*

2. Τοὺς δ' ἐφόρους τὰ αὐτὰ) Aristoteles, Οἱ μὲν γὰρ ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν Κρήτῃ καλουμένοις κόσμοις· [Apud Polybium in fragmentis legere memini κοσμεῖν pro κόσμον εἶναι, ut ἁρμόζειν pro, esse harmosta, locus est fragm. XLV. Κατὰ Κρήτην κοσμοῦντος ἐν Γορτόνι, Κυδάτου.] *Idem.*

3. Παρὰ δὲ Σπαρτιάταις μὴ διαμ.) Idem & Philosophus testatur, Καὶ συσσίτια παρ' ἀμφοτέροις ἐστὶ, καὶ τόγε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ φιδίτια, ἀλλὰ ἄνδρια καθάπερ οἱ Κρῆτες, ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθε. *Idem.*

4. *In cœnis*) Non animadvertit interpres locum esse mutilum, & nescio quem Phthinem commentus est, cum Θοίνη convivium sit Græcis, maximè poëtis, quod docere est nimis supervacaneum. Polydecten non sum veritus restituere, cum sic constanter omnes alii nominent, & mox sic rectè legatur. *Xyland.*

5. Φοίναις) Ed. Aldina & Basil. Hopperi. Φθοίναις, Parisina Θοίναις.

6. Πρέπε παιᾶνα κατάρχειν) Hactenus Alcman. Nam ejus sunt hæc quoque verba. nec rectè Xylander. Deinde lego, Λέγεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν Κρητῶν videlicet ait Ephorus. Sic videtur prior interpres in suis libris reperisse. Historiam pluribus refert Plut. Attigit Aristoteles πολιτ. lib. secundo. Emendationem nostram confirmant libri veteres. *Casaub.*

1. Ἐντυ-

instituta percepisset: & cum Homero quoque (ut nonnulli autumant) in Chio degente collocutus esset, domum est reversus: cumque ibi Charilaum Polydectæ fratris sui F. regnantem invenisset, ad condendum leges se contulit, ad deum qui apud Delphos est commeans, indeque mandata apportans, sicut Minos ex antro Jovis se adferre prætendit. Sunt autem Lycurgi instituta Cretensium simillima: de quibus ille quæ præcipua retulit, commemorabimus. Universi apud Cretenses cogebantur uxores ducere, qui eodem tempore è puerorum cœtu, (*Agelam ipsi vocant*) essent excreti: non autem confestim nuptas domum deducebant, sed cum jam ad rem familiarem administrandam eæ essent redditæ idoneæ. Dos est, siquidem soror fratri nubit, dimidium portionis fraternæ. Pueri litteras discebant, & è legibus carmina, quosdamque modos musicos. Juniores in Syssitia adducunt, quæ Andreja vocantur: ibi desidentes humi una cibum capiunt, vestitu vili, qui idem est hyeme atque æstate, ministrant & sibi invicem, & viris. In pugnam coëunt & qui ejusdem sunt Syssitii, & qui diversorum. Cuivis Andreorum præest puerorum magister: pædonomon ipsi vocant. Adultiores in Agelas deducuntur. Agelas deducunt puerorum illustrissimi atque potentissimi, quisque quam potest plurimos, congregans. Unicuique Agelæ præest plerumque pater conducentis, potestatem habens educendi ad venationem & cursum, & puniendi detrectantem. Nutriuntur publice. Statis quibusdam diebus Agela cum Agela pugnam confert accinente tibia cum rhythmo, sicut etiam in bellis consueverunt: ictus inferunt cum manu, tum etiam armis ferreis. Peculiarem habent amoris morem: non enim persuadendo, sed raptione amasios comparant.

A καὶ τὰ ἐκεῖ νόμιμα· 1 ἐντυχόντα δ' ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, κατάραι πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν· καταλαβεῖν δὲ καὶ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν τοῦ Πολυδέκτου * 2 Χαρίλαον βασιλεύοντα· εἶθ' ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους, φοιτῶντα ὡς 3 τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς, κἀκεῖθεν κομίζοντα τὰ προστάγματα, καθάπερ οἱ περὶ Μίνω ἐκ τοῦ ἄντρου τοῦ Διὸς παραπλήσια ἐκείνοις τὰ * πλεῖστα. 4 Τῶν Κρητικῶν, τὰ κυριώτατα τῶν καθ' ἕκαστα δὲ τοιαῦτα εἴρηκε. 5 Γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ' αὐτοῖς, οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες· οὐκ εὐθὺς δ' ἄγονται * παρ' ἑαυτοὺς τὰς B γαμηθείσας παῖδας, ἀλλ' ἐπὰν ἤδη ἱκαναὶ ὦσι διοικεῖν τὰ περὶ τοὺς οἴκους· φερνὴ δ' ἐστὶν ἂν ἀδελφοὶ ὦσι, τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μερίδος. παῖδας δὲ 6 γράμματά τε μανθάνειν, 7 καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς, καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς. τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα· χαμαὶ δὴ καθήμενοι διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις, ... 8 καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά· διακονοῦσί τε καὶ ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἀνδράσι· συμβάλλουσι δ' εἰς μάχην καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ συσσιτίου πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἕτερα * συσσίτια. καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος· οἱ δὲ μείζους εἰς τὰς C Ἀγέλας ἄγονται· τὰς δ' Ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων, καὶ δυνατώτατοι, ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν ἀθροίζων· 9 ἑκάστης δὲ Ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ, ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος, κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, καὶ δρόμους, τὸν δ' ἀπειθοῦντα κολάζειν· τρέφονται δὲ δημοσίᾳ· τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις Ἀγέλη πρὸς Ἀγέλην συμβάλλει, μετ' αὐλοῦ, καὶ λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς εἰώθασιν· ἐκφέρουσι δὲ καὶ τὰς πληγὰς, τὰς μὲν, διὰ χειρὸς, τὰς δὲ, καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν. Ἴδιον δ' D αὐτοῖς τὸ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμον· οὐ γὰρ πειθοῖ κατεργάζονται τοὺς ἐρωμένους, ἀλλ' ἁρπαγῇ·

* Scripti, Χαριβόλον, & Χαριλόβον.

* Vulgo, πλείω τῶν Κρητικῶν

* Vulgo, παρ' ἑαυτοῖς.

p. 483.

* Manuss. συστασία.

1. Ἐντυχόντα δ' ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ) Non ita Plutarchus, cui potius assentior. Is ait Lycurgum, quum esset in Asia ἐντυχεῖν, non Homero sed τοῖς Ὁμήρου ποιήμασι, quæ à posteris Creophyli asservabantur: Ea igitur descripsisse Lycurgum, & in Græciam secum attulisse: apud quos obscura jam fama quædam Homerici carminis erat. *Casaub.*

2. Χαρίλαον) Plutarch. in Lycurgo pag. 41. 42. 52. T. 1. ed. F. Furt.

3. Τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς) Vide Herodot. I. c. 65.

4. Τῶν δὲ Κρητικῶν) Male hæc Xylander: neque enim voluit hîc Strabo leges Lacedæmoniorum referre; sed ex Ephoro pergit res Cretensium explicare. sunt autem plerisque horum similia apud Plutarchum in Lycurgo. *Casaub.*

5. Γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες) Manuscripti, ἅπαντα πάντες: fortasse pro ἁπαξάπαντες. *Idem.*

6. Γράμματά τε μανθάνειν) Heraclides, γράμματα δὲ μόνον παιδεύονται· καὶ ταῦτα μετρίως. *Idem.*

7. Καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς) Commentarium in istum locum habes apud Ælianum ποικίλης lib. secundo cap. 39. *Idem.*

8. Καὶ χειμῶνος καὶ θέρους) Fortasse, Εἰσὶ δὲ καὶ χ. nisi deest vox φοροῦσι. vel φεροῦντες. Heraclides de Politiis sic, (οἱ παῖδες) οἱ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διαιτῶνται ἐν ἑνὶ ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος. i. e. *Pueri Cretensium simul degunt, unica veste æstate & hyeme contenti.* Idem.

9. Ἑκάστης δὲ ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν) Hic vocabatur ἀγελάτης ut refert Heraclides, apud quem simillima leges. *Id.*

προλέγουσι μὲν τοῖς φίλοις πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἢ A πλειόνων ὁ ἐραστὴς, ὅτι μέλλοι τὴν ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι· τοῖς δ' ἀποκρύπτειν μὲν τὸν παῖδα, ἢ μὴ ἐᾶν πορεύεσθαι τὴν τεταγμένην ὁδὸν, τῶν αἰσχίστων ἐστὶν, ὡς ἐξομολογουμένοις, ὅτι ἀνάξιος ὁ παῖς εἴη τοιούτου ἐραστοῦ τυγχάνειν· συνιόντες δ' ἂν μὲν τῶν ἴσων ἢ τῶν ὑπερεχόντων τις ᾖ τῷ παιδὸς τῇ [1] τιμῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ ἁρπάζων, ἐπιδιώκοντες ἀνθήψαντο μόνον μετρίως, τὸ νόμιμον ἐκπληροῦντες· τ' ἄλλα δ' ἐπιτρέπουσιν ἄγειν χαίροντες. ἂν δ' ἀνάξιος, ἀφαιροῦνται· [2] πέρας δὲ τῆς ἐπιδείξεως ἐστιν, ἕως ἂν * ἀναχθῇ ὁ παῖς εἰς τὸ τοῦ ἁρπάσαντος ἀνδρεῖον· ἐράσμιον δὲ νομίζουσιν, οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ B τὸν ἀνδρείᾳ, καὶ κοσμιότητι· καὶ δωρησάμενος ἀπάγει τὸν παῖδα τῆς χώρας εἰς ὃν βούλεται τόπον· ἐπακολουθοῦσι δὲ τῇ ἁρπαγῇ οἱ παραγενόμενοι· ἑστιαθέντες δὲ καὶ [3] συνθηρεύσαντες δίμηνον (οὐ γὰρ ἔξεστι πλείω χρόνον κατέχειν τὸν παῖδα) εἰς τὴν πόλιν καταβαίνουσιν· ἀφίεται δ' ὁ παῖς, [4] δῶρα λαβὼν, στολὴν πολεμικὴν, καὶ βοῦν, καὶ ποτήριον· ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν νόμον δῶρα, καὶ ἄλλα πλείω καὶ πολυτελῆ· ὥστε συνερανίζειν τοὺς φίλους διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωμάτων. τὸν μὲν οὖν βοῦν θύει τῷ Διὶ, καὶ ἑστιᾷ τοὺς συγκαταβαίνοντας· εἶτ' ἀποφαίνεται περὶ τῆς πρὸς τὸν ἐραστὴν ὁμιλίας, εἴτ' ἀσμενίζων τετύχηκεν, εἴτε C μή· τοῦ νόμου τοῦτο ἐπιτρέψαντος, ἵν' εἴ τις αὐτῷ βία προσενήνεκται κατὰ τὴν ἁρπαγὴν, ἐνταῦθα [5] παρατιμωρεῖν ἑαυτῷ, καὶ ἀπαλλάττεσθαι· τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν, καὶ προγόνων ἐπιφανῶν, [6] ἐραστῶν μὴ τυχεῖν· ὡς διὰ τὸν τρόπον τοῦτο παθοῦσιν. ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παρασταθέντες. οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς ἁρπαγέντας· ἔν τε γὰρ τοῖς δρόμοις, καὶ τοῖς θρόνοις ἔχουσι τὰς ἐντιμοτάτας χώρας· τῇ τε στολῇ κοσμεῖσθαι διαφερόντως * ἐφίεται τῶν ἄλλων τῇ δοθείσῃ παρὰ τῶν ἐραστῶν· καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέλειοι γενόμενοι διάσημον ἐσθῆτα φέρουσιν, ἀφ' ἧς γνωσθήσεται ἕκαστος κλεινὸς γενόμενος· τὸν μὲν D γὰρ ἐρώμενον [7] καλοῦσι κλεινὸν, τὸν δ' ἐραστὴν φιλήτορα· ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμα· Ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται· περὶ δὲ τῶν μεγίστων, συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις·

* Scripti ἀχθῇ.

p. 484.

* Vett. quidam ἐφίενται.

A Prædicit amator amicis tribus aut pluribus ante diebus, se rapturum esse: illis vero turpissimum habetur occultare puerum, aut non sinere usitata ambulare via: quippe sic confessuris, puerum indignum esse qui tali amatore potiretur: ergo facto agmine, siquidem raptor aut æqualis aut etiam dignior puero sit, insequentes eum leviter duntaxat reluctantur, ut legi satisfaciant, porro autem læti eum sinunt abduci: si indignus sit, eum eripiunt: eo usque autem ostentant se repugnare, donec ad raptoris andrejum pervenitur. Amabilem existimant non qui forma, sed qui fortitudine & modestia præstat. B Raptum amator donis affectum ducit quocunque vult locorum: raptionem comitantur qui intervenerunt: convivio autem & venatione usi per bimestre (diutius enim detinere puerum non licet) in urbem redeunt. Dimittitur puer donis acceptis, amiculo bellico, bove, & poculo: ea enim sunt legitima munera: sed accedunt alia sumtuosa, ita ut ob sumtuum magnitudinem etiam amici stipem conferant. Puer bovem Jovi immolat, & qui una in raptione adfuere C convivio excipit: deinde de consuetudine sua cum raptore pronunciat, gratiane hæc ei an secus fuerit: lege hoc permittente, ut si post raptum violenter habitus esset amasius, discedere ab amatore & pœnas exigere possit. Formosis & illustri genere ortis turpe est nullum habere amatorem: moribus enim hoc eorum imputatur. Honor porro habetur raptis: nam & in cursu, & in consessu locus iis primarius attribuitur: & veste permissum est ut eximia utantur ab amatore dono data: neque tum modo, sed adulti etiam vestem gerunt D insignem, qua agnoscuntur Kleini fuisse: amasium enim sic vocant, quasi clarum amatorem philetorem. Hæ sunt amoris leges. Principes deligunt decem: de summis rebus consiliarios adhibent, qui Seniores vocantur:

1. Τιμῇ καὶ τοῖς ἄλλοις) Hæc verba omisit Xylander interpretari: Sunt autem cum participio ὑπερεχόντων conjungenda. *Casaub.*

2. Πέρας δὲ τῆς ἐπιδείξεως) Legendum ἐπιδιώξεως. *Idem.*

3. Συνθηρεύσαντες δίμηνον) Heraclides de Politiis cap. de Cretensibus ait dies LX. Locum quia est simillimus adscribam, ὅταν δὲ κρατήσωσιν, ἀπάγουσιν εἰς ὄρος, ἢ τοὺς ἑαυτῶν χώρους, κἀκεῖ ἑστιῶνται ἡμέρας ἑξήκοντα, πλείους γὰρ οὐκ ἔξεστι. *Idem.*

4. δῶρα λαβὼν) Heraclides, δίδωσιν ὁ φιλήτωρ, ἐσθῆτα, καὶ ἄλλα δῶρα, καὶ βοῦν. *Idem.*

5. παρατιμωρεῖν) Legendum videtur, πάρα τι μωρεῖν. πάρα autem pro πάρεστι, quod est admodum ποιητικόν. Sed & ἔνι pro ἔνεστι usurpatur. *Idem.*

6. Ἐραστῶν μὴ τυχεῖν) Deest vox αἰσχρὸν cum verbo νομίζεται, quod solet subaudiendum relinqui. τοῦτο autem mox recte veteres non τοῦτον. *Idem.*

7. Καλοῦσι κλεινὸν) Hesychius, Κλεινοὶ, οἱ εἰς τὰ παιδικὰ ἐπὶ κάλλει ἁρπαζόμενοι παῖδες. Vocem φιλήτωρ usurpat in eadem narratione Heraclides. *Idem.*

1. Καθι-

cooptantur autem in illud collegium, qui Kosmiorum magistratu digni habiti sunt, ac alias probi censentur. Dignam ego descriptione Cretensium duxi rempublicam, cum quia singularis est, tum ob gloriam. Haud multa vero istorum institutorum permanserunt: cum (ut & in reliquis fit provinciis) pleraque Romanis constitutionibus gubernentur.

Circa Cretam insulæ sunt, Thera Cyrenæorum metropolis, Lacedæmoniorum colonia: & vicina huic Anaphe, in qua Ægletæ Apollinis est templum. De hac sic canit Callimachus:

Atque Aegleta Anaphe, Spartanæ proxima Theræ.

Et de Thera:

Nostræ insignis equis mater ea est patriæ.

Longa est Thera, ambitu stadiorum cc. sita juxta Diam insulam quæ est ad Heracleum Cnossiorum: abest à Creta ad LXX. 3 stadia. Propinquæ ei sunt Anaphe & Therasia. Ab utraque æquali intervallo abest Ios, parva insula, ubi quidam funeratum ajunt Homerum. Ab Io si occasum versus naviges, Sicinus est, & Lagusa,

A [1] καθίςανται δ' εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον, οἱ τῆς τῶν Κοσμίων ἀρχῆς ἠξιωμένοι, καὶ τὰ ἄλλα δόκιμοι κρινόμενοι. Ἀξίαν δ' ἀναγραφῆς τὴν τῶν Κρητῶν πολιτείαν ὑπέλαβον διά τε τὴν ἰδιότητα καὶ διὰ τὴν δόξαν. οὐ πολλὰ δὲ διαμένει τούτων τῶν νομίμων· ἀλλὰ τοῖς Ῥωμαίων διατάγμασι τὰ πλεῖστα διοικεῖται καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις συμβαίνει.

Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, [2] Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων· καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν· * λέγεται δὲ καὶ Καλλίμαχος ποτὲ μὲν οὕτως, * Manuss. λέγει δέ.

B Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρα.

Τότε δὲ τῆς Θήρας μνησθεὶς;

Μήτηρ εὔιππου πατρίδος ἡμετέρης,

Ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων· κειμένη δὲ κατὰ Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίῳ· διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους· πλησίον δ' αὐτῆς ἥ τε Ἀνάφη, καὶ Θηρασία [4] τούτων δ' ἴσον ἑκάστη ἀπέχει νησίδιον Ἴος, [5] ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαι φασί τινες τὸν ποιητὴν Ὅμηρον· ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰόντι, [6] Σίκηνος, [7] καὶ Λάγουσα,

1. Καθίςανται δ' εἰς τὸ) Aristoteles, οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς κόσμους, ἀλλ' ἔκ τινων γενῶν, καὶ τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων. *Casaub.*

2. Θήρα μὲν) Fusè hæc libro primo (p. 78.) ibidemque de Anaphe & Therasia. *Idem.*

3. *LXX. stadia.*) Ἑπτακοσίους. Sed ego non puto vicinum dici, quod amplius xx. milliaribus Germanicis justis distat. itaque ἑπτήκοντα legi. *Xyland.*

4. Τούτων δ' ἴσον ἑκάστῃ) Lege cum veteribus libris ταύτης δὲ εἰς ἑκατόν. *Casaub.*

5. Ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαι φασί τινες) Herodotus de Homero (in ejus vita c. 36.) τελευτήσας δ' ἐν τῇ Ἴῳ, αὐτοῦ ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη, ὑπό τε τῶν συμπλεόντων καὶ τῶν πολιτέων ὅσοι ἐν διαλογῇ ἐγένοντο αὐτῷ. Vide Gell. lib. III. cap. 14. *Idem.*

6. Σίκινος) scripsi pro Σίκηνος, alios auctores, etiam Latinos, secutus. Mediam quidem brevem esse Solonis versus monstrat.

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης.

Sed hæc alibi. Cynthum autem, non Cythum, Deli esse montem, nemo nescit, neque Cythrus, sed Cythnus est una de Cycladibus. *Xyland.*

Σίκηνος) Sic scribendum. Nam Stephanus quoque ita hic sine dubio legit, & Strabonis γραφὴν secutus est: etsi alii semper cum ι non η medio. quod probat carmen Solonis.

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης.

Hanc autem, Oenoën quondam fuisse dictam præter Stephanum docent Plinius, & doctissimus Apollonii scholiastes. *Casaub.*

Σίκηνος) Corrupte scribitur, Σίκινος enim appellata uti ex Solonis versu patet apud Diogenem, in quo syllaba κι corripitur:

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ, Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης,
Ἀντί γ' Ἀθηναίου πατρίδ' ἀμειψάμενος.
Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο,
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.
Essem utinam tunc ego Pholegandrius, aut Sicinites
C *Pro Atheniense, patriam immutans.*
Cito enim fama hæc inter homines pervadet,
Atticus iste vir Salaminem prodeuntium.

Holstein. in Stephan. pag. 293.

Σίκηνος) Quidam *Sicynum* & *Sicenum* vocant, & prisco nomine *Oenoën*. Plinius lib. IV. cap. 12. *Sicynus quæ anteà Oenoë*, Stephanus; Σίκηνος, νῆσος περὶ τὴν Κρήτην, ὡς Στράβων δεκάτῃ, αὐτὴ Οἰνόη πρότερον ἐκαλεῖτο. *Sicenus insula circa Cretam, ut ait Strabo,* (h. l.) *ea ante vocabatur Oenoë.* Nempe διὰ τὸ εἶναι ἀμπελόφυτον, *quia vitibus consita est*, ut placet Etymologo & Apollonii Scholiasti. Tamen Apollonius utrumque nomen è fabulis repetens Phoantem Lemni Regem in arca huc delatum narrat ex *Oenoë* nympha *Sicinum* peperisse: unde factum ut prius *Oenoë* deinde *Sicinus* diceretur. Et apud Scholiastem, etiam Xenagoras Sicini nomen deducit ἀπὸ Σικίνου υἱοῦ Θόαντος καὶ Νηΐδος νύμφης, pro quo Etymologus ἀπὸ υἱοῦ Θόαντος Σικίνου καὶ νύμφης Οἰνο-
D ναΐδος. Utrobique legendum Οἰνηΐδος, id est, *à Sicino Thoantis filio & nymphæ Oeneidis*, quæ aliis est *Oenoë*. Mihi *Sicinus* tam fabulosus quam *Oenoë* vel *Oeneis*. Et *Sicinus* vel *Sicenus* insula dicta videtur à paupertate: quia סכן *siccen* Hebræis est indigere. Misera enim erat insula & ignobilis. Proinde apud Laërtium Solon Pholegandrum & Sicinum tanquam insulas obscuri nominis & parvæ rei ita opponit Athenarum celebritati:

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης,
Ἀντί γ' Ἀθηναίου πατρίδ' ἀμειψάμενος.
Pro terra mihi Cecropia Pholegandrus ut esset,
Aspera vel Sicinus patria terra velim.

Bochartus in Phaleg. lib. I. cap. 14. p. 415.

7. Καὶ Λάγουσα) Stephanus, Λάγουσα νῆσος περὶ Κρήτην. Meminere alii quoque Geographi. Athenæus quoque libro primo c. 24. p. 30. Λαγοῦσαι νῆσοι ἀπὸ τῶν ἐν αὐταῖς λαγῶν. *Casaub.*

A [1] καὶ Φολέγανδρος, ἣν Ἄρατος σιδηρείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα· ἐγγὺς δὲ τούτων Κίμωλος, ὅθεν [2] ἡ γῆ ἡ Κιμωλία· ἔνθεν ἡ Σίφνος ἐν ὄψει ἐστὶν, ἐφ᾽ ἧ λέγουσι Σίφνιον ἀστράγαλον [3] διὰ τὴν εὐτέλειαν· ἔτι δ᾽ ἐγγυτέρω καὶ τῆς Κιμώλου καὶ τῆς Κρήτης ἡ Μῆλος ἀξιολογωτέρα τούτων, διέχουσα τοῦ Ἑρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ Σκυλλαίου σταδίους ἑπτακοσίους· τοσούτους δὲ σχεδόν τι καὶ τοῦ Δικτυνναίου. [4] Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες στρατείαν, ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς * πλείους. αὗται μὲν οὖν ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει· ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον, αὐτή τε ἡ Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες, καὶ αἱ ταύτης προκείμεναι Σποράδες· ὧν εἰσὶ καὶ αἱ λεχθεῖσαι περὶ τὴν Κρήτην. B Ἡ μὲν οὖν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ Λητῷον· ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος, καὶ τραχύ· ποταμὸς δὲ διαρρεῖ τὴν νῆσον [5] Ἰνωπὸς, οὐ μέγας, καὶ γὰρ ἡ νῆσος μικρά· τετίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς [6] ἀπὸ τῶν Κρονικῶν χρόνων ἐξαρμένη· μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Λητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι, τοῦτε Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος.

* Scripti πλείους.

p. 485.

& Pholegandrus, quam ob asperitatem Aratus ferream vocat. Pone has Cimolus unde Cimolia terra. Hinc Siphnus conspicitur, unde ob utilitatem Siphnius taxillus proverbio locum dedit. Vicinior Cimolo ac Cretæ jacet Melos, insula aliis memorabilior, distans à Scylleo Hermionico promontorio stadiis ɪɔcc. totidemque fere à Dictynnæo. Athenienses aliquando misso exercitu Melios puberes omnes trucidaverunt. Hæ sunt in Cretico mari insulæ. In Ægæo autem magis Delus, & circa eam Cyclades, ac sitæ ante eas Sporades: de quibus in Creta diximus. ¶ Delus urbem habet in planicie sitam, & fana Apollinis atque Latonæ: supra urbem est mons excelsus atque asper, Cynthus: perfluit insulam Inopus fluvius non magnus, cum insula quoque sit parva. Antiquitus, jam inde à Saturni temporibus in magno fuit hæc insula honore: fabulæ enim perhibent ibi Latonam partus doloribus solutam in lucem edidisse Apollinem & Dianam. Nam ut Pindarus ait:

1. Καὶ Φολέγανδρος) Parva & vilis insula, ut ex Solonis carmine apparet. Arati locum mox proferet. Meminerunt Plinius, Stephanus, alii. *Cas.*

2. Ἡ γῆ ἡ Κιμωλία) De Cimolia, quod est cretæ genus, lege Plinium lib. xxxv. cap. 17. *Idem.*

Ἡ γῆ ἡ Κιμωλία) A *Cimolo* est *terra Cimolia*, quæ est inter cretæ species. Plin. lib. 35. cap. 17. *Cretæ plura genera. Ex iis Cimoliæ duo ad medicos pertinentia, candidum & ad purpurissum inclinans.* Hinc Ovid. lib. vii. Metam. ℣s. 463.

—— *Cretosaque rura Cimoli.*

Ad medicinam quid conferat, medicorum filii pluribus docent. Sed ejus usum in vestibus poliendis & desquamandis nullibi reperies uberius quàm in Plinio. Ex cinere, nitro & Cimolia veteres fecerunt lixivii genus, quo in balneis sordes eluebant. Aristophanes in Ranis.

Ὁ πονηρότατος βαλανεὺς, ὁπόσοι
Κρατοῦσι κυκισιτέφρου
Ψευδονίτρου τε κονίας
Καὶ Κιμωλίας γῆς.
Balneator omnium pessimus, quotquot
Tractant turbantem cineres
Falsoque nitro mixtum pulverem,
Et Cimoliam terram.

D Ad quæ verba Scholiastes: ἡ Κιμωλία νιτροποιὸς γῆ ἐξ ἧς τὸ νίτρον, *Cimolia terra nitrifica, ex qua nitrum.* Hinc in Dionysium Eustathius: ἡ κίμωλος περὶ Κρήτην, ἐξ ἧς ἡ κιμωλία γῆ, ἐπιτηδεία εἰς νίτρου κατασκευήν. *Cimolus circa Cretam, ex qua Cimolia terra apta ad nitri præparationem.* Et Dioscorides lib. 2. cap. de felle. σὺν νίτρῳ ἢ γῇ Κιμωλίᾳ σμῆγμα κράτιστον, *cum nitro aut terra Cimolia smegma optimum.* Inde factum, ut Talmudici hæc promiscue sumentes *nitrum*, Jerem. 2: 22. per *Cimoliam* explicaverint. Locus Jeremiæ sic habet: *Si Laveris te* בנתר *nitro*, *& multiplicaveris tibi* ברית *borith*, id est, herbam fullonum, puta, στρούθιον aut saponariam. Et ad illum Talmudici נתר ובורית קמוליא ואשלג לכבס בגד קטון *nitrum & borith*, id est, *Cimolius & asleg ad lavandam vestem parvam.* C Absurde, cum parvæ & magnæ vestes eodem modo laventur. Itaque pro בֶּגֶד קָטוֹן *vestem parvam* legendum בֶּגֶד כָּתוּם vestem maculatam. Bochart. in Phaleg. Edit Ultra. lib. 1. cap. 14. pag. 419.

3. Διὰ τὴν εὐτέλειαν) Floruit tamen Siphnus quoque ut si qua alia insula, aurique atque argenti fodinis excelluit. Herodotus, Thalia (III. cap. 57.) τὰ δὲ τῶν Σιφνίων χρήματα ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων οὕτω, ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων, θησαυρὸς ἐν Δελφοῖς ἀνακέεται, ὅμοια τοῖς πλουσιωτάτοισι. i. e. *Vigebant autem ea tempestate Siphniorum res, eratque insula hæc insularum locupletissima, ut in qua auraria & argentaria metalla essent, unde tantum pecuniæ habet, ut & decima ejus parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par.* Casaub.

D 4. Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες στρατείαν) Apud Eustathium hunc locum describentem vox στρατείαν est omissa. Sic enim legitur, εἰς ταύτην Ἀθηναῖοι ποτὲ πέμψαντες, ἡβηδὸν τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπέσφαξαν. Estque hoc elegantius. Vide quæ notavimus ad Matth. 2: 16. Porrò de Meliorum calamitate, & Atheniensium crudelitate, Thucydides libro quinto cap. 115. 116. *Idem.*

5. Ἰνωπὸς) Libri veteres Οἰνωπός. Vide libro sexto p. 271. *Idem.*

6. Ἀπὸ τῶν Κρονικῶν χρόνων) Libri exarati habent ἀπὸ τῶν ἡρωϊκῶν χρόνων. Sic dixit libro primo, κατὰ τοὺς ἥρωας. Diodorus similiter, ἥτε πόλις τῶν Θηβαίων διὰ τῆς τῶν προγόνων ἐπιφανείας ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς χρόνοις φρονήματος ἦν πλήρης. Cicero de Natura Deorum libro tertio cap. 21. *Quartus is quem heroicis temporibus Acantho peperisse dicitur.* Non fugit me tamen κρονικὰ dici τὰ παλαιά. *Idem.*

A *Ante erat intolerabilis*
Conditio inſulæ
Ob fluctus, omnigenumque
Ventorum procellas.
Sed poſtquam dea ſacris
Doloribus acta eam adiit,
Continuo quatuor columnæ
Adamantinis comis decoræ,
Juxta aſperum ſcopulum è ſolo
Telluris ſe exeruerunt,
Rectis caudicibus nitentes.
Ibi diva læta partu
Prolem vidit beatam.

[1] Ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν, φορητὴ (φησὶν ὁ Πίνδαρος.)
Κύμασί τε, παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖσιν.
Ἀλλὰ καὶ ὁ γένος ὁπότ' ὀδύναισι θείαις ἐπιβαίνειν,
Δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ πρεμνῶν ἀπώρουσαν χθονίων.
Ἂν δ' ἐπὶ κρανᾷ * σχεδὸν πέτρα ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες· * Lego σχέθον.
Ἔνθα τεκοῖσ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γένναν.

Celebrem eam fecerunt circumpoſitæ inſulæ Cyclades, honoris cauſa publice mittentes qui ſacra frequentarent, B tum victimas, choros virginum: & ſolennes ibi magnos agitantes conventus. Ab initio XII numerabantur: ſed acceſſerunt plures. Artemidorus eas enumerat, cum de Helena inſula loquens, A Thorico, inquit, ea uſque ad Sunium iuxta porrigitur, longitudine LX circiter ſtadiorum, ab hac incipiunt Cyclades. Nominat deinde Ceon, viciniſſimam Helenæ: poſt hanc Cythnum, Seriphum, Melum, Siphnum, Cimolum, Prepeſinthum, Olearum: item Naxum, Parum, Syrum, Myconum, Tenum, Andrum, Gyarum. De his reliquas ego in numero XII iſtarum pono: Prepeſinthum, Olearum, & Gyarum non perinde. C Ipſe cum ad Gyarum appuliſſem, depræhendi vicum exiguum eſſe, à piſcatoribus habitatum. Inde cum diſcederemus, accepimus legatum iſthinc ad Cæſarem miſſum,

Ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι καλούμεναι Κυκλάδες, κατὰ τιμὴν [2] πέμπουσαι δημοσίᾳ, θεωρούς τε, καὶ θυσίας, καὶ χορούς παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα * λέγεται· προσεγένοντο δὲ καὶ πλείους. Ἀρτεμίδωρος δ' οὖν διαριθμοῦται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπὼν, ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται, μακρὴ σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος· ἀπὸ ταύτης γάρ, φησιν, αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσί· ὀνομάζει δὲ Κέω τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ· καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον, καὶ Σέριφον, καὶ Μῆλον, καὶ Σίφνον, καὶ Κίμωλον, καὶ Πρεπέσινθον, καὶ Ὠλέαρον, καὶ πρὸς ταύταις Πάρον, Νάξον, Σύρον, Μύκονον, Τῆνον, Ἄνδρον, Γύαρον· τὰς μὲν οὖν ἄλλας τῶν δώδεκα νομίζω· [3] τὴν δὲ Πρεπέσινθον, καὶ Ὠλέαρον, καὶ Γύαρον, ἧττον· ὧν τῇ Γυάρῳ προσορμισθεὶς, ἔγνων κώμιον ὑπὸ ἁλιέων συνοικούμενον· ἀπαίροντες δὲ ἐδεξάμεθα πρεσβευτὴν ἐνθένδε ὡς Καίσαρα προκεχειρισμένον

* Scripti, λέγονται.

1. Ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν) Libri veteres ſic, φησὶ γὰρ ὁ Πίνδαρος, Ἦν γὰρ, &c. Sed ſolet Strabo ita verba ſua iis, quæ affert, miſcere. Legendum autem omnino ut edidimus, φορητὰ, inquam non οὐ φορητὰ, quam negationem miror admodum ab interprete non eſſe ſublatam: quum res ipſa & poëtæ ſententia vel invitos nos eò adigant. Nos ergo ſuſtulimus, præſertim qui meminiſſemus ſic legi apud Homeri ſcholiaſten in Odyſſ. κ. ubi ita ſcribitur, ἦν γὰρ τὸ πάροιθε φορητὰ κυμάτεσσι Δᾶλος παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖς, optimè ſanè: & ita hîc reſtituendum. D Sequentia mendis non carent, quæ tollere ſine ope librorum non poſſumus: à veteribus codicibus, illa verba καὶ ὁ γένος aberant, & πρυμνῶν pro πρεμνῶν quod parum refert. Legendum autem cenſeo σχέθον non σχεδὸν: eſt enim pro ἀνέσχεθον. [Porro videntur hæc Pindari ſumpta ex illa ipſa ode, unde hæc de eadem inſula deſcripta apud Philonem leguntur: χαῖρ' ὦ θεοτίμητε, λιπαροπλοκάμου παῖδες ἡ Λατοῦς, ἱμεροέστατον ἔρνος, Πόντου θύγατερ χθονὸς εὐρείας ἀκίνητον τέρας, ἄν τε βροτοὶ Δᾶλον κικλήσκουσι, μάκαρες δ' ἐν ὀλύμπῳ τηλέφαντον κυανέας χθονὸς ἄστρον. *Caſaub.* Locus exſtat in libro *Quod mundus ſit incorruptibilis.* p. 960. ed. 1691.

1. Ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν, φορηταὶ) Apud Strabonem extra omnem controverſiam legendum eſt, ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν φορητὰ. &c. Vult enim dicere, hanc inſulam primò fuiſſe vagam & errabundam, poſtea immobilem factam propter Latonæ partum. Ad hunc locum Pindari, ut hoc etiam obiter admoneam, alluſit alibi Plutarchus (De facie in orbe Lunæ) cum ſic inquit: τὴν δὲ γῆν κατὰ Πίνδαρον, ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες περιέχουσι. Verſus tertius hoc modo emendandus

Ἀλλὰ καὶ ὁ γένος ὁ πότ' ὀδύναισι θείαις ἀγχιτόκοις ἐπιβαίνειν.

Vide Theodori Canteri Variar. Lect. lib. II. cap. 22.

2. Πέμπουσαι δημοσίᾳ, θεωρούς) Id Thucydides lib. III. cap. 104. docet, & Homeri teſtimonio comprobat ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν· ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες· καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι γυμνικὸς καὶ μουσικός· χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. *Fuit autem & priſcis temporibus in Delo frequens Ionum, & accolarum in inſulis circumjacentibus habitantium conventus. Nam cum uxoribus & liberis ad ſpectacula conveniebant, ut nunc Iones ad ludos in Dianæ Epheſiæ honorem inſtitutos* [confluere ſolent] *Illic autem gymnicum, muſicumque certamen fiebat, & civitates eo ſaltatorum choros mittebant.* Locus poëtæ eſt in Apollinis προοιμίῳ. *Caſaub.* Vide Thucydidem loco citato.

3. Τὴν δὲ Πρεπέσινθον) Hujus ita eſt obſcurum nomen, ut alibi legiſſe quam apud Geographos nunc quidem non meminerim. Olearum præter Geographos, qui eam & Gyaron inter Sporadas referunt, nominavit Virgilius. Præterea ex Arriani in Epiſt. multis locis apparet Gyarum ſive ut ipſe ſemper vocat τὰ Gyara fuiſſe relegatorum plerumque ſedem. *Idem.*

τῶν ἁλιέων τινά· ἦν δ' ἐν Κορίνθῳ Καῖσαρ A βαδίζων ἐπὶ τὸν θρίαμβον τὸν Ἀκτιακόν· συμπλέων δὴ ἔλεγε πρὸς τοὺς πυνθανομένους, ὅτι πρεσβεύοι περὶ κουφισμοῦ * τῶν φόρων· τελεῖν γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τούτας ἑκατὸν χαλεπῶς ἂν * τελοῖεν· δηλοῖ δὲ τὴν ἀπορίαν αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν,

* Scripti, τοῦ φόρου.
* Manuſſ. τελεῖν & τελοῦντες.
p. 486.

Ὦ Λητοῖ, σὺ μένεις μὲν σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ.
Δειλή, ἢ Γύαρον παρελεύσεαι αὐτίκ' ὁμοίην.

Τὴν μὲν οὖν Δῆλον ἔνδοξον γενομένην οὕτως, ἔτι μᾶλλον ηὔξησε κατασκαφεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων Κόρινθος. ἐκεῖσε γὰρ μετεχώρησαν οἱ ἔμποροι, καὶ τῆς ἀτελείας τοῦ ἱεροῦ * προσκαλουμένης B αὐτούς, καὶ τῆς εὐκαιρίας τοῦ λιμένος· [1] ἐν καλῷ γὰρ κεῖται τοῖς ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν πλέουσιν· ἥ τε πανήγυρις ἐμπορικόν τι πρᾶγμά ἐστι, καὶ συνήθεις ἦσαν αὐτῇ, καὶ Ῥωμαῖοι τῶν ἄλλων μάλιστα· καὶ ὅτε συνειστήκει ἡ Κόρινθος, Ἀθηναῖοί τε λαβόντες τὴν νῆσον, καὶ τῶν ἱερῶν ἅμα, καὶ τῶν * ἐμπορείων ἐπεμελοῦντο ἱκανῶς. ἐπελθόντες δ' οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοί, καὶ ἀποστήσας τύραννος αὐτήν, διελυμήναντο πάντα, καὶ παρέλαβον ἔρημον τὴν νῆσον πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι, ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ βασιλέως· καὶ διετέλεσε μέχρι νῦν ἐνδεῶς πράττουσα· ἔχουσι δ' C αὐτὴν Ἀθηναῖοι. [2] Ῥήνεια δ' ἔρημον νησίδιόν ἐστιν ἐν τέτταρσι τῆς Δήλου σταδίοις, ὅπου τὰ μνήματα τοῖς Δηλίοις ἐστίν· [3] οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν, οὐδὲ καίειν νεκρόν· οὐκ ἔξεστιν δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν· [4] ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία πρότερον· [5] Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπονται δὲ δύο ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί·

* Manuſſ. προκαλουμένης.
* Scripti, ἐμπόρων.

unum de piſcatoribus: (erat tum Corinthi Cæſar, ad triumphum proficiſcens Actiacum.) Is ergo legatus una navigans percunctantibus dicebat, ſe miſſum eſſe petendæ tributi diminutionis gratia: nam pendere ipſos CL denarios, cum ægre poſſint c. Paupertatem eorum etiam Aratus ſic innuit in minutis:

Te Latona tenet, puto, ferrea nunc Pholegandrus,
Aut Gyaron nihilo meliorem fortè ſubiſti.

Delum ergo ſic celebrem, auxit everſa à Romanis Corinthus, eo enim mercatores tranſiverunt, invitante eos immunitate templi, & commoditate portus: opportune enim ſita eſt navigantibus ex Italia & Græcia in Aſiam: & ſolennis conventus habet quippiam mercatui adfine: frequentabantque eum cum alii, tum maxime Romani. Et Corintho inſtaurata, Athenienſes inſula potiti, ſacra & negociationes diligenter procuraverunt: ſupervenientes autem Mithridatis duces, & tyrannus eam ad defectionem pertrahens, omnia devaſtaverunt: rurſumque Romani inſulam occupaverunt deſertam, cum rex domum ſe recepiſſet: exinde in hunc uſque diem inops permanſit. Tenent Athenienſes. ¶ Rheneia inſula eſt exigua & deſerta, intra quartum à Delo ſtadium, ubi monimenta ſunt Deliorum: nam mortuum in Delo ſepelire non eſt fas, neque cremare: canem quoque in Delo eſſe non licet. Olim dicta fuit Ortygia ¶ Ceos urbes habuit olim quatuor: nunc duæ reſtant, Julis & Carthæa, in quas reliquæ ſunt tranſlatæ:

1. Ἐν καλῷ γὰρ κεῖται) Hoc ſolet Thucydides dicere καλῶς κεῖσθαι τοῦ παράπλου (Thucyd. I. cap. 36.) Similiter libro tertio καὶ ἅμα τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις καθίστασθαι. De Deli autem emporio vide etiam infra libro XIV. p. 668. Plinius H. Nat. IV. 12. *Ipſaque longe clariſſima, Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata Delos.* Caſaub.

2. Ῥήνεια δ' ἔρημον νησ.) Sic Thucydides Lib. I. cap. 13. Ῥήνεια. Dicitur enim variè. Ῥήνη, Ῥήνεια, Ῥηναία & Ῥῆνις. Stephan. Quam ſit autem Rhene Delo vicina docet Polycratis factum qui eam Delio Apollini dicavit ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον. Idem.

2. Ῥήνεια) Rheniæ meminit Pauſanias IV. c. ultimo & Herodot. VI. cap. 97. Vocis originem tradit doctiſſimus S. Bochartus Geographiæ Sacræ Partis poſterioris ſeu Chanaan lib. I. c. 14. quo loco una inquirit quare ſit dicta *Celaduſſa*. *Rhene*, ait, etiam *Celaduſſa* dicta eſt. Plinius; *Proxima ei* (Delo) *Rhene, quam Anticlides Celaduſſam vocat*, nempe à ſtrepitu undarum. Id enim proprie κελαδεῖν. Unde Poëta dixit ποταμὸν & πόντον κελάδοντα, id eſt, *flumen* aut *mare*, *ſtrepens & tumultuans*. Quod ipſum Hebræis eſt רעם *Rhaam*. Sic I Par. 16: 32. & Pſalm. 96: 11. & 98: 7. ירעם הים ומלאו *perſtrepet mare, & plenitudo ejus*. Phœnicium igitur nomen non fuit Rhena, ſed רעמה *Rhaama* vel *Rheema* ἀρχαικῶς: & Græci, quod paſſim fit, M. & N. permutarunt.

D 3. Οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν) In inſula Delo nec parere fas fuit, nec mortuum ſepelire. Thucydides Lib. III. cap. 104. καὶ τὸ λοιπὸν προεῖπον μήτε ἐναποθνήσκειν ἐν τῇ νήσῳ μήτε ἐντίκτειν. Hinc illa Deli κάθαρσις, quam non ſemel Athenienſes procurarunt. Vide Thucydidem lib. III. c. 104. & initio V. c. I. & Diodor. lib. XII. *Caſaub.*

4. Ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία) Virgilius, Aen. III. 124.

Linquimus Ortygiæ portus pelagoque volamus.

Plinius de Delo H. Nat. IV. 12. *Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata Aegloſthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Aſteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrrilen, igne ibi primum reperto.* Idem.

5. Κέως δὲ) Hanc, ait Plinius H. Nat. IV. 12. noſtri quidam dixere *Cean*. Ibidem multa de hac inſula leges, nonnihil ab iis quæ Strabo narrat diverſa. *Idem.*

1. *Careſ-*

A Pœeessa in Cartheam, 1 Caressus in Julidem. Julis patria fuit Simonidis poëtæ Lyrici, & Bacchylidis, qui fuit ejus consobrinus: præterea Erasistratus medicus, & de Peripateticis philosophis Aristo, Bionis Borysthenitæ imitator, ibi sunt nati. Apud hos videtur lex fuisse posita, cujus Menander meminit etiam.

Bellum hoc Cianorum institutum est Phania:
Qui non potest vivere bene, non male moritur.

Mandato enim, ut apparet, legis qui LX. annos excessissent, è vita tollebantur, ut reliquis victus sufficeret. B Obsidione etiam aliquando pressos ab Atheniensibus decretum edidisse ajunt, quo maximos natu de civibus juberent interfici, certo annorum numero definito: eam ob rem Athenienses obsidionem solvisse. Sita est urbs in monte à mari stadiis xxv. navale ejus est locus, in quo jacet Caressus, domicilium vix pago alicui comparandum. Est juxta Caressum etiam Apollinis Sminthii templum & ad Pœeessam. Inter templum & rudera Pœeessæ, Nedusiæ Minervæ fanum est, dedicatum à Nestore è Troja revertente. Est & Elixus fluvius apud Caressum. ¶ Post Ceon (sive malis Ciam) C Naxus est, & Andros, memoratu dignæ, atque Paros. Inde fuit Archilochus poëta. Parii Thasum condiderunt, & Parium urbem in Propontide.

A ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν· 2 ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. Ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ, τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου· καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρός, 3 καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής. 4 Παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ τεθῆναί ποτε νόμος, οὗ μέμνηται καὶ Μένανδρος.

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι Φανία
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Προσέταττε γὰρ ὡς ἔοικεν ὁ νόμος τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας * 5 κωνεάζεσθαι, τοῦ B διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν· καὶ πολιορκουμένους δέ ποτε ὑπ' Ἀθηναίων, ψηφίσασθαι φασὶ τοὺς πρεσβυτάτους ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν, ὁρισθέντος πλήθους ἐτῶν· τοὺς δὲ παύσασθαι πολιορκοῦντας· κεῖται δ' ἐν ὄρει τῆς θαλάττης διέχουσα ἡ πόλις ὅσον πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους· ἐπίνειον δ' ἐστὶν αὐτῆς τὸ χωρίον, ἐν ᾧ ἐστιν ἱδρυμένη ἡ Κορησσία, κατοικίαν οὐδὲ κώμης ἔχουσα· ἔστι δὲ καὶ πρὸς τῇ Κορησσίᾳ Σμινθίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν, καὶ πρὸς τῇ Ποιηέσσῃ· μεταξὺ δὲ τοῦ ἱεροῦ, καὶ τῶν τῆς Ποιηέσσης ἐρειπίων, 6 τὸ τῆς Νεδουσίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυσαμένου Νέστορος κατὰ τὴν ἐκ C Τροίας ἐπάνοδον. ἔστι δὲ καὶ Ἔλιξος ποταμὸς περὶ τὴν Κορησσίαν. μετὰ δὲ ταύτην Νάξος, καὶ Ἄνδρος ἀξιόλογοι, καὶ Πάρος· ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχίλοχος ὁ ποιητής· ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος, καὶ Πάριον ἐν τῇ Προποντίδι πόλις·

* Legendum arbitror, κωνειάζεσθαι.

p. 487.

1. *Caressus.*) Καρησσὸς lego cum Ptolemæo, aut saltem Καρησσία. Obiter moneo qui Aristochius in Aristo Chius mutarunt, potuisse hinc discere, legendum esse Aristo Cius, de qua re in Onomastico nostro plura. *Xyland.*

2. Ἡ δὲ Κορισσία) Plinium si sequitur, legendum Κορησσὸς, vel Κορησσία. Ptolemæus Καρησσός. *Cas.*

3. Καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου) Non est de nihilo quod hæc addit: Nam Aristonem peripateticum voluit distinguere ab altero Aristone qui magis fuit D Stoicus. Duo namque fuere eodem tempore Aristones. Peripateticus hic, Ceo ut ait, ortus, & alter Stoicus, non Cius sed Chius. Clarè hæc docet Laërtius noster. Quare errat errorem non ferendum Xylander, quum putat quoties occurrit Ἀρίστων Χῖος mutandum esse in Κεῖος: errat, inquam, & hîc, & contrario modo apud Plutarchum, περὶ φυγῆς, ubi quum in omnibus libris legeretur Ἀρίστων ἦν ἐκ Κέω, rectissimè (de peripateticis enim est sermo) nimis profectò νεανικῶς rectam γραφὴν sollicitat, & affirmat legendum esse Χίου. Adeo vir eruditus, ne in errore quidem, constare sibi potest. *Idem.*

4. Παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ) Heraclides in πολιτείᾳ Κείων, Οὔσης δὲ ὑγιεινῆς τῆς νήσου, καὶ εὐγήρων τῶν ἀνθρώπων, μάλιστα δὲ τῶν γυναικῶν, οὐ περιμένουσι γηραιοὶ τελευτὴν, ἀλλὰ πρὶν ἀσθενῆσαι, ἢ πηρωθῆναί τι, οἱ μὲν μήκωνι οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι. i.e. (Interprete Cragio) *Quum salubri cœlo fruatur hæc insula, & extremam senectam attingere ibi hominibus detur, præsertim fœminis, non expectant tamen provectæ ætatis qui sunt, fatum suum, sed illud antevertunt priusquam vel imbecillitas accedat vel parte aliqua manci fiant, ita ut hi quidem papavere, illi vero cicuta sibi ipsis vitam eripiant.* Vide Ælianum Hist. Var. III. 37. *Idem.* Adde de hoc more citatos ad Ælian. auctores à Scheffero & Kuhnio.

5. Κονεάζεσθαι) non intelligo. Interpres liberè cicutam conjecit. *Xyland.*

5. Κονεάζεσθαι) Facilè fuerit ex Heraclide & Æliano locum emendare: quia enim illi sorbitione cicutæ solitos tolli Cios senes, auctores sunt, apparet legendum esse κωνειάζεσθαι. Stephanus verò qui locum hunc in suos Commentarios retulit, sic habet, προσέταττε γὰρ τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἀγωνίζεσθαι, quem ego nequeo satis mirari: videtur enim legisse apud Strabonem κονίεσθαι, vel κονίζεσθαι, quæ vox ἀγωνίζεσθαι significat, παρὰ τὸ κόνον ἐγείρεσθαι: unde Horatius vim vocis Græcæ exprimens more suo, L. I. Od. I.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat. *Casaub.* Doctissimus vero Joachimus Kuhnius in notis ad Aelian. H. Var. III. c. 37. plane aliam, haud minus elegantem & plane verisimilem reddit rationem. Mihi, ait, quod aliorum pace dixerim, videtur legisse *Stephanus* ἀκονίζεσθαι ab ἀκόνιον vel ἀκόνιτον, quod notat herbam venenatam, de qua poëta *Miscent aconita novercae,* esset itaque ἀκονίζεσθαι idem quod κωνειάζεσθαι, aconito scilicet vel cicuta expugnare Spiritum. Vide Stephan. de urbibus in ἀκοναί.

6. Τὸ τῆς Νεδουσίας) Vide lib. VIII. p. 360. *Idem.*

A [1] ἐν ταύτῃ μὲν οὖν λέγεται ὁ βωμὸς θέας ἄξιος, σταδιαίας ἔχων τὰς πλευράς· ἐν δὲ τῇ Πάρῳ [2] ἡ Παρία λίθος λεγομένη, ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν. Σῦρος δ' ἐστὶ [3] μηκύνουσι τὴν πρώτην συλλαβὴν, [5] ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βάβιος ἦν· νεώτερος δ' ἐστὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου. Ταύτης δοκεῖ μνημονεύειν ὁ ποιητὴς Συρίην καλῶν.

Odyss. o. 405.

> Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴπου ἀκούεις
> Ὀρτυγίης καθύπερθε. ---

[6] Μύκονος δ' ἐστὶν ὑφ' ἣν μυθεύουσι κεῖσθαι [7] τῶν γιγάντων * τοὺς ὑστάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας· ἀφ' ὧν ἡ παροιμία, πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον· ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν * γραφὴν ἀγόντων [8] τὰ διηρτημένα τῇ φύσει· [9] καὶ τοὺς φαλακροὺς * δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν [10] ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ. B Σέριφος δ' ἐστὶν [11] ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Δίκτυν μεμύθευται, τὸν ἀνελκύσαντα τὴν λάρνακα τοῖς δικτύοις, τὴν περιέχουσαν τὸν Περσέα, καὶ τὴν μητέρα Δανάην, καταποντωθέντας ὑπ' Ἀκρισίου τοῦ πατρὸς Δανάης· τραφῆναί τε γὰρ ἐνταῦθα τὸν Περσέα φασὶ, καὶ κομίσαντα τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν, δείξαντα τοῖς Σεριφίοις [12] ἀπολιθῶσαι πάντας. Τοῦτο δὲ

* Vett. quidam, τοὺς ὑγιεινοτάτους.
* Manuss. ἐπιγραφὴν & ὑπογραφήν.
* Scripti λέγουσί τινες.

A Ibi fertur ara ſpectabilis eſſe, cujus latera ſtadii longitudinem impleant. In Paro autem lapis Parius eſt ſtatuariis apprime idoneus. ¶ Sequitur Syrus; priore ſyllaba producta: 4 patria Pherecydis Athenienſis. Videtur ſub Syriæ nomine mentionem facere Homerus, his quidem verbis.

> *Ortygiam ſupra Syria eſt quadam inſula.*

¶ Myconus eſt, ſub qua fabulantur jacere ultimos Centaurorum ab Hercule interfectos: unde adagium eſt: omnia ſub unam Myconum: de his qui ſub unam deſcriptionem cogunt ea, quæ natura ſejunxit. Calvos etiam Myconios quidam vocant, ideo quod iſtud vitium ea inſula eſt nimis quàm frequens. ¶ Seriphos eſt, in qua, ſi fabulis credendum eſſet, Dictes retibus extraxit ciſtam, cui incluſus fuit Perſeus, materque ejus Danae: cum Acriſius pater eos in altum mare abjeciſſet. Ibi enim ajunt enutritum fuiſſe Perſeum, & allato Gorgonis capite, ac Seriphiis ut viderent objecto, univerſos in lapideam naturam convertiſſe: atque hoc

1. Ἐν ταύτῃ μὲν οὖν λέγεται) Euſtathius, ᾄδεται γοῦν καὶ Παριανὸς βωμὸς ἐπὶ μεγέθει, καὶ Ἐφέσιος δὲ κερατινός. *Caſaub.*

2. Ἡ Παρία λίθος) Meminit Plin. lib. XXXVI. c. 5. quem adi. Idem & lapis Lygdius dicitur. *Idem.*

3. Μηκύνουσι τὴν πρώτην) Producitur à Laërtio in aſmatio, Τὸν κλεινὸν Φερεκύδην ὃν τίκτει πότε Σύρος. Corripitur Antholog. libro quinto. Epigr. 62.

> Καὶ Σύριος σελάγιζε σαοφροσύνῃ Φερεκύδης.
> *Et Syrius fulgebat prudentia Pherecydes.* Idem.

4. *Patria Pherecydis*) ſecutus ſum Laërtium, nam heic de Βάβιος non vacat diſputare. Suidas quidam Athenienſem Syro facit ætate priorem. Qui Syrium faciunt, dudum convicti ſunt in re non magna erroris: ſi non licet à Συρίῃ Syrium dicere, ſed Aſſyrium illud amomum facit, ut patrocinio me abdicem. Apud Euſtathium etiam Babylonium Pherecydem genuit librarius. *Xyland.*

5. Ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βάβιος ἦν. *Patria Pherecydis.*) Euſtathius ad Odyſſ. o verſu 402. ad hæc verba, νῆσος τὶς Συρίη κικλήσκεται, legebat ſuo tempore Φερεκύδης ὁ Βαβυλώνιος. Sed peſſime, & hîc etiam apud Strabonem male. Legendum eſt enim ὁ Βάδυος ex Diogene Laërtio in Pherecyde: Suidas tamen Strabonem ſequitur, & Euſtathii Βαβυλώνιος ad Βάβυος magis accedit. *Palmer.*

5. Ἐξ ἧς φερεκύδης βάβιος ἦν. h. e. *ex qua Pherecydes Babius erat.*) Euſtathius integrum locum recenſet, & ad verbum, niſi quod pro Βάβυος Βαβιλώνιος ſubjecit, apud Homerum Odyſſ. o. alligatoque Geographo: Euſtathii verba ſunt: ἡ δὲ ῥηθεῖσα οὐρία, μία φασὶν τῶν Κυκλάδων, καλουμένη μὲν Σῦρος ἐν ἐκτάσει τῆς παραληγούσης. Φησὶ γοῦν ὁ γεώγραφος, ὅτι ἡ Σύρος μηκύνει τὴν πρώτην συλλαβὴν, ἣν Συρίαν λέγει ὁ ποιητὴς, ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βαβυλώνιος. Hæc Euſtathius. Proinde altera lectio pro depravata habenda. Joannes Hartungus pag. 707. Tom. 2. Fac. Crit. Jan. Gruter.

6. Μύκονος δ' ἐστὶν) Strabo & Euſtathius ad Dionyſium Μύκονος, ſcribunt per o parvum, reliqui ferè per ω, Μύκωνος. Sed priorem ſcripturam tuetur Lucilii Hemiſtichion apud Donatum in Terentii Hecyram, act. III. ſc. 4.

C *Myceni calva omnis juventus.*

Videtur etiam Μύκων recto caſu appellata. *Holſtein in Steph.* p. 213.

7. Τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους) In quibuſdam veteribus codicibus legebatur τοὺς ὑγιεινοτάτους: quam lectionem Stephanus quoque in ſuis codicibus habuit. Sic enim apud eum legitur. Ex eodem διῃρημένα legimus, non διηρτημένα. *Caſaub.*

7. Τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους) In vulgatis Strabonis exemplaribus legitur ὑστάτους pro ὑγιεινοτάτους. Petavius ad Themiſtium pagina 522. reponendum cenſet δεινοτάτους. Ego ὑγιεινοτάτους rectum cenſeo, explico autem *robuſtiſſimos*, *valentiſſimos* vel *validiſſimos*. Holſtein in Stephan. p. 213.

8. Τὰ διηρημένα) Ex hoc loco corrigendus Strabo, apud quem perperam διηρτημένα legitur pro διῃρημένα. Holſtein. in Stephan. p. 213.

9. Καὶ τοὺς φαλακροὺς) Sic vocabant etiam τοὺς γλισχροὺς hoc eſt ſordidos. Athenæus. Lib. I. c. 7. D pag. 7. δοκοῦσι δὲ οἱ Μυκώνιοι διὰ τὸ πένεσθαι, καὶ λυπρὰν νῆσον οἰκεῖν, ἐπὶ γλισχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ διαβάλλεσθαι. Τὸν γοῦν γλισχρὸν Ἰσχόμαχον Κρατῖνος Μυκώνιον καλεῖ. *Myconii certe ob inopiam, & quia inſulam ſterilem habitarent, propter avaritiam & ſordes male audierunt; Itaque præparcum Iſchomachum, & lurconem Myconium Cratinus appellat.* Caſaub.

10. Ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν) Plinius H. N. Lib. XI. c. 37. *Quippe Myconii carentes eo* (pilo) *gignuntur, ſicut in Cauno lienoſi.* Idem.

11. Ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Δίκτυν μεμύθ.) Apollodorus libro ſecundo cap. 4. §. 1. & 2. de Danaë & Perſeo ab Acriſio in mare conjectis προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφῳ, Δίκτυς ἄρας ἀνέτρεφε τοῦτον βασιλεύων δὲ τῆς Σερίφου Πολυδέκτης, ἀδελφὸς ὁμομήτριος Δίκτυος Δανάης ἐρασθεὶς &c. *Idem.*

12. Ἀπολιθῶσαι πάντας) Apollodorus lib. II. c. 4. §. 3. ait Perſeum poſt γοργοτομίαν Seriphum reverſum, inveniſſe Dictyn cum Danaë qui ob violentiam Polydectæ ad aras confugerant. Itaque (ait)

eum egisse, ut matrem ulcisceretur, A quam rex Polydectes invitam uxorem ducere voluerat, adjutantibus Seriphiis. Usque adeo autem saxosa est insula, ut comice ludentes ei dicant hoc a Gorgone accidisse. ¶ Tenus urbem habet non magnam: sed extra urbem in luco est fanum Neptuni, dignum quod spectetur: in quo & cœnacula magnifica sunt ædificata: magnum argumentum, permultos ad illud sacrificium communicandum confluere de propinquis, ut una Neptunia celebrent. ¶ Est & Amorgus una de Sporadibus, patria Simonidis jamborum scriptoris: & Lebinthus: & Leria.

B *Hoc quoque Phocylidis: Lerius malus omnis, & unus,*
Excepto Patrocle: sed Patrocles Lerius 'st.

Lerii enim ob maliciam malè audiebant. ¶ Prope est Patmos, & Corassiæ, ab Icaria versus occasum sitæ: ut & Icaria respectu Sami. Ipsa quidem Icaria deserta est: pascua habet, quibus Samii utuntur. Nihilominus tamen est celebris: & ab ea nomen habet mare ante ipsam situm: in quo jacent Samus, & Cos, ac modo dictæ Corassiæ, Palmus, & Lerus. 10 In Samo mons est Cerceteus nobilis: nobilior Ampelus, imminens urbi Samiorum. Versus meridiem Carpathium mare ad Icarium est,

A πράξαι τιμωροῦντα τῇ μητρὶ, ὅτι αὐτὴν Πολυδέκτης ὁ βασιλεὺς ἄκουσαν ἀγάγεσθαι περιείλετο πρὸς γάμον, συμπραττόντων αὐτῷ ἐκείνων· οὕτω δ᾽ ἐστὶ πετρώδης ἡ νῆσος, ὥστε ὑπὸ τῆς Γοργόνος τοῦτο παθεῖν αὐτήν φασιν οἱ κωμῳδοῦντες. [1] Τῆνος δὲ πόλιν μὲν οὐ μεγάλην ἔχει· τὸ δ᾽ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος μέγα ἐν ἄλσει, τῆς πόλεως ἔξω, θέας ἄξιον· ἐν ᾧ καὶ ἑστιατόρια πεποίηται μεγάλα, σημεῖον τοῦ συνέρχεσθαι πλῆθος ἱκανὸν τῶν συνθυόντων αὐτοῖς ἀστυγειτόνων τὰ Ποσειδώνια. [2] Ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σποράδων, ὅθεν ἦν Σιμωνίδης ὁ τῶν ἰάμβων ποιητὴς, [3] καὶ Λέβινθος, καὶ Λερία.

B Καὶ τόδε Φωκυλίδεω. Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ᾽ οὔ. *Sic legendum cum vett. lib.
[4] Πάντες, πλὴν * Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος. non Πατροκλέους & Πατροκλῆς.

Διεβέβληντο γὰρ ὡς κακοήθεις οἱ ἐνθένδε ἄνθρωποι. p. 488.
Πλησίον δ᾽ ἐστὶ καὶ [5] ἡ Πάτμος, [6] καὶ Κορασσίαι, πρὸς δύσιν κείμεναι τῇ Ἰκαρίᾳ· [7] αὕτη δὲ Σάμῳ· ἡ μὲν οὖν Ἰκαρία ἔρημός ἐστι, νομὰς δ᾽ ἔχει, καὶ χρῶνται αὐταῖς Σάμιοι· τοιαύτη δ᾽ οὖσα, ἔνδοξος ὅμως ἐστὶ, [8] καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς Ἰκάριον καλεῖται τὸ προκείμενον πέλαγος· [9] ἐν ᾧ καὶ Σάμος αὐτὴ καὶ Κῶς ἐστι, καὶ αἱ ἄρτι λεχθεῖσαι Κορασσίαι, καὶ Πάτμος, καὶ Λέρος.... [11] ἔνδοξον δὲ καὶ τὸ ἐν
C αὐτῇ ὄρος ὁ Κερκετεὺς μᾶλλον τῆς Ἀμπέλου· αὕτη δ᾽ ὑπέρκειται τῆς Σαμίων πόλεως. Συνάπτει δὲ τῷ Ἰκαρίῳ τὸ Καρπάθιον πέλαγος πρὸς νότον·

Perseus εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν τῆς γοργόνος ἔδειξε· τῶν δὲ ἰδόντων, ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων ἀπελιθώθη. Ovidii locus est libro quinto. Meminit & Pindarus Πυθ. ode ultima. *Idem.*

1. Τῆνος δὲ πόλιν οὐ μεγάλην ἔχει) Plinius H. N. IV. c. 12. *Tenos cum oppido XV. M. passuum porrecta, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam appellatam ait, aliqui Ophiussam.* Mira sunt quæ de fonte Teni narrant veteres, ut Athenæus libro secundo cap. 6. p. 43. *Casaub.*

2. Ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργὸς) Heraclides de Amorgo, Ἀμοργὸς οἶνον φέρει πολὺν, καὶ ἔλαιον καὶ ὀπώραν. [Adde huc Amorginam vestem, quæ ut si quid D aliud hanc insulam, commendabat olim. Pollux lib. VII. cap. 16. Τὰ δὲ ἀμόργονα, γίνεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμόργῳ· λίνου δ᾽ οὖν κατὰ ταῦτα εἶναι λέγουσι. Alii amorginam vestem tradunt appellatam, non ab insula, sed ἀπὸ τῆς ἀμοργίδος καλάμης, ut ait Hesych. Et in Etymologico scriptum est, Ἀμοργὶς καλάμη τίς. ἐξ ἧς εἰδύματα ἀμόργινα. οἱ δὲ λινᾶ ὑφάσματα. οἱ δὲ ἀπὸ Ἀμόργου τῆς νήσου. οἱ δὲ ἀμοργίνους τοὺς ἐρυθροὺς τὸ χρῶμα.] *Idem.*

3. Καὶ Λέβινθος) Nominatur à reliquis Geographis, & Ovidio, Metam. lib. VIII. *Idem.*

4. Πάντες, πλὴν Πατροκλεοῦς) Lege Πάντες πλὴν Προκλέους. καὶ Προκλέης Λέριος. Sic libri manu exarati, sic Eustathius, sic in Anthologia Lib. II. c. 43. Epigr. 8. Porrò hos versus Phocylidis leviter immutatos sic extulit Demodocus Lerius, homo facetus, cujus meminit etiam philosophus Nicomach. VII. c. 8.

Καὶ τόδε Δημοδόκου, Χῖοι κακοί. οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ᾽ οὔ·
Πάντες πλὴν Προκλέους, καὶ Προκλέης Χῖος.

Et hoc est Demodoci: Chii mali, non hic quidem, ille vero non
Omnes præter Proclea, & vero Procles est Chius. Idem.

5. Ἡ Πάτμος) Patmum si nihil aliud, secessus certè D. Joannis, qui Apocalypsin scripsit, nobilitavit. *Idem.*

6. Καὶ Κορασσίαι) Latini Corasias vocant. *Idem.*

7. Αὕτη δὲ Σάμῳ) Distat Icaria, sive Icarus, ut alii vocant, à Samo XXXV. M. pass. auctore Plinio. *Idem.*

8. Καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς Ἰκάριον καλεῖται) Plinius H. Nat. IV. 12. *Icarus quæ nomen mari dedit tantumdem ipsa in longitudinem patens, cum oppidis duobus, tertio amisso.* At poëtarum interpretes aliam rationem afferunt cur illud mare Icarium vocetur. Ovidius libro octavo Metamorph. ℣. 229. de Icaro loquens,

Oraque cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo. Idem.

9. Ἐν ᾧ καὶ Σάμος αὐτὴ) Vetus lectio ἐν ᾧ καὶ αὐτή. καὶ Σάμος, & ita vetus interpres legit. *Idem.*

10. *In Samo.*) Locus in Græco est lacer. Sed Ampelum Sami promontorium etiam apud Stephanum reperies. Cercetium apud Plinium v. 31. Numeri stadiorum in Chalcia mihi sunt suspecti. In fine libri locus est valdè mutilatus, quod asterisco expressi, secutus sententiam & Eustathium in Dionysium. *Xyland.*

11. Ἔνδοξον δὲ καὶ) In Strabone ferè observabis ut vocum, quas vicinis locis ipse bis posuerit, alteram scelerati librarii omiserint. hoc sæpissime jam monuimus, sæpe etiam monebimus: Et locus hic non aliter fuit depravatus quam dum omisit librarius vocem ἔνδοξος, quam bis usurpaverat Strabo, aut hoc aut simili prorsus modo. Ἡ μὲν οὖν Σάμος ἔνδοξός

 ἐστιν·

τούτῳ δὲ τὸ Αἰγύπτιον· πρὸς δὲ δύσιν, τό, τε Κρητικὸν, καὶ τὸ Λιβυκόν. Καὶ ἐν τῷ Καρπαθίῳ δ' εἰσὶ πολλαὶ τῶν Σποράδων μεταξὺ τῆς Κῶ μάλιστα, καὶ Ῥόδου, καὶ Κρήτης· ὧν εἰσὶν Ἀστυπάλαιά τε καὶ Τῆλος καὶ Χαλκία, καὶ ἃς Ὅμηρος ὀνομάζει ἐν τῷ καταλόγῳ.

Οἵ δ' ἄρα Νίσυρον τ' εἶχον, Κάρπαθόν τε, Κάσον τε
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας.

Ἔξω γὰρ τῆς Κῶ καὶ τῆς Ῥόδου, περὶ ὧν ἐροῦμεν ὕστερον, τάς τε ἄλλας ἐν ταῖς Σποράσι τίθεμεν, καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα μεμνήμεθα αὐτῶν, καίπερ τῆς Ἀσίας οὐ τῆς Εὐρώπης ἐγγὺς οὐσῶν· ἐπειδὴ τῇ Κρήτῃ καὶ ταῖς Κυκλάσι, καὶ τὰς Σποράδας συμπεριλαβεῖν * ἐπείγετό πως ὁ λόγος· ἐν δὲ τῇ τῆς Ἀσίας περιοδείᾳ, τὰς προσεχεῖς αὐτῇ τῶν ἀξιολόγων νήσων προσπεριοδεύσωμεν, Κύπρον, καὶ Ῥόδον, καὶ Κῶ καὶ τὰς ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ κειμένας Σάμον, Χίον, Λέσβον, Τένεδον· νῦν δὲ τὰς Σποράδας, ὧν ἄξιον μνησθῆναι, λοιπὸν ἔπειμεν. 1 Ἡ μὲν οὖν Ἀστυπάλαια ἱκανῶς ἐστι πελάγια, πόλιν ἔχουσα· 2 ἡ δὲ Τῆλος ἐκτέταται παρὰ τὴν Κνιδίαν μακρὰ, ὑψηλὴ στενή, τὴν περίμετρον ὅσον ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα σταδίων, ἔχουσα ὕφορμον. 3 Ἡ δὲ Χαλκία τῆς Τήλου διέχει σταδίους ὀγδοήκοντα, Καρπάθου δὲ τεσσαρακοσίων, Ἀστυπαλαίας δὲ περὶ διπλασίους· ἔχει δὲ καὶ κατοικίαν ὁμώνυμον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ λιμένα. Νίσυρος δὲ πρὸς ἄρκτον μέν ἐστι Τήλου, διέχουσα αὐτῆς, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, ἴσους καὶ Κῶ διέχει· στρογγύλη δέ, καὶ ὑψηλή, 4 καὶ πετρώδης τοῦ μυλίου λίθου εὐποροῦσα· τοῖς γοῦν ἀστυγείτοσιν * ἐγγύθεν ἐστὶν ἡ τῶν μύλων εὐπορία· ἔχει δὲ καὶ πόλιν ὁμώνυμον, καὶ λιμένα, καὶ θερμά, καὶ Ποσειδῶνος ἱερόν. περίμετρος δὲ αὐτῆς ὀγδοήκοντα στάδιοι. Ἔστι δὲ καὶ νησίδια πρὸς αὐτῇ Νισυρίων λεγόμενα. Φασὶ δὲ τὴν Νίσυρον ἀπόθραυσμα εἶναι τῆς Κῶ· προσθέντες καὶ μῦθον, ὅτι Ποσειδῶν διώκων ἕνα τῶν Γιγάντων Πολυβώτην,

* Scripti, ἐποίγεται.

* Scripti, lib. ἐκείθεν.

* Scripti, νητίον.

p. 489.

A & ad illud Ægyptium: versus occasum, mare Creticum & Africum. ¶ In mari Carpathio multæ sunt de Sporadibus insulæ, maximè inter Côn, Rodum, & Cretam: ex his sunt Astypalæa, Telus, Chalcia, & quas Homerus in Catalogo recenset.

Et qui Nisyrum, Carpathumque, Casumque tenebant,
Eurypylique urbem Côn, æquoreasque Calydnas.

Nam extra Coam & Rhodum, de quibus postea loquemur, reliquas Sporadum in censu ponimus, & hic mentionem eorum fecimus, quanquam Asiæ
B sint quam Europæ propinquiores: quandoquidem ipsa oratio nos quodammodo eò adduxit, ut cum Creta & Cycladibus Sporades quoque complecteremur. In Asiæ autem descriptione eas etiam describemus, quæ memoratu dignæ ei adjacent Cyprum, Rhodum, Coam, & deinceps in ora sitas Samum, Chium, Lesbum, Tenedum: nunc reliquas Sporadas, quæ mentione dignæ sunt, percurremus. Astypalea sic satis in alto jacet mari, & urbem habet. Telus propter Cnidiam porrigitur in longum, alta & angusta, ambitu circiter CXL. stadiorum, habetque stationem navium. Chalcia à Telo abest stadia xxc.
C à Carpatho cccc. ab Astypalæa bis tantum: pagum habet ejusdem nominis, & Apollinis fanum ac portum. Nisyros à Telo versus septentriones sita est, distans ab ea stadiis circiter LX. totidemque à Coa: teres est, & sublimis, ac saxosa, & molaris lapidis copia prædita, quem vicinis affatim suppeditat: urbem habet ejusdem nominis, portum, thermas, ac Neptuni templum: ambitus ejus est stadiorum xxc. ¶ Circa eam sunt & exiguæ aliquot insulæ, Nisyriorum dictæ. Ajunt Nisyrum fragmentum esse ab insula Coa avulsum: adduntque fabulam:
D Neptunum, cum quendam de Gigantibus Polybotem persequeretur,

ἐστιν· ἔνδοξον δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ὄρος. Non dubito hanc Strabonis esse sententiam. Cercetium montem esse Sami ex Plinio apparet. De Ampelo, etiam libro XIV. pag. 637. *Casaub.*

1. Ἡ μὲν οὖν Ἀστυπάλαια) Plinius H. Nat. IV. 12. *Astypalæa liberæ civitatis LXXXVIII. M. pass. Abest à Cadisco Cretæ CXXV. M.* Casaub.

2. Ἡ δὲ Τῆλος.) Una est è Cycladibus Stephano. Plinius H. Nat. IV. 12. *Telos unguento nobilis, à Callimacho Agathussa appellata.* Idem.

3. Ἡ δὲ Χαλκία) Plinio H. Nat. IV. 12. *Chalcia.* Melæ *Chalcis*, itemque Stephano, qui eam sic describit: Χαλκὶς νῆσος ἔχουσα πόλιν ὁμώνυμον πρὸς τῇ Λέσβῳ, ἧς οἱ πολῖται Χαλκιδεῖς. Plinius alio loco Chalcem cum oppido agnoscit. *Idem.*

4. Καὶ πετρώδης τοῦ μυλίου λίθου) Hinc saxum Nisyreticum, pro saxo molari. Epigrammatarius poëta, Anthol. lib. I. cap. 33. Epig. 14.

Νῦν δὲ βάρος πέτρης Νισυρήτιδος ἔγκυκλον ἕλκω
Λεπτύνων Δηοῦς καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

Jam vero pondus terræ è Nesyro insula circulare traho
Attenuans Cereris fructum è spinis excussum.

In veteribus autem libris non legitur vox εὐποροῦσα: quam nec Eustathius agnoscit: estque loquendi genus in hoc auctore frequens: ut ad lib. IV. notavimus. In iisdem libris ἐκεῖθεν rectè legebatur, non ut malè hactenus ἐγγύθεν. Fabulam de Polybote Gigante refert etiam Stephanus. Apollodori autem è libro primo c. 6. §. 3. verba sunt, Πολυβώτης δὲ διὰ τῆς θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἧκεν εἰς Κῶ, Ποσειδῶν δὲ τῆς νήσου μέρος διαρρήξας, ἐπέρριψεν αὐτῷ τὸ λεγόμενο Νίσυρον. *Polybotes item per maris*

A frustum insulæ Coæ tridente defractum in eum conjecisse, idque insulam Nisyron esse factum, sub qua situs ille sit Gigas. alii Coæ eum substratum dicunt. ¶ Carpathus autem, quam Homerus Crapathum appellat, sublimis est, ambitu stadiorum cc. Quatuor urbes ea habuit, & nomen celebre, atque ab ea pelagus etiam Carpathium dictum est. una de urbibus appellabatur Nisyrus cognominis insulæ Nisyro. Sita est adversus Leucen acten (*id est litus album*) Libyæ quæ ab Alexandria distat ad CIↃ stadia, à Carpatho ad quatuor stadiorum millia. Casus à Carpatho abest LXX stadiis, a Samonio Cretæ promontorio CCL ambitu stadiorum XXC. Est in ea urbs ejusdem nominis: & insulæ sunt Casiorum complures circa eam. ¶ Calydnas autem insulas ajunt ab Homero vocari eas, quæ sunt Sporades, è quibus una sit Calymna. probabile autem est sicut à Nisyro & Caso vicinæ iisque subditæ insulæ nomen habent: ita etiam eas quæ circa Calymnam sunt, ab ea esse denominatas, tum Calydnæ nomen gerente. Alij duas insulas Calydnas esse ajunt, Lerum & Calymnam, easque ab Homero innui. Scepsius plurali numero insulam Calymnas appellari ait, ut Athenas, ut Thebas: vultque poëtæ verba accipi trajectione quadam verborum: non enim insulas eum vocare Calydnas: sed insulas Nisyrum dicere, & Carpathum, & Casum...... Omne quidem mel, quod in insulis fit, plerunque est egregium, & Attico quod certare possit: excellit autem, & reliquis insularibus Calymnium hoc anteit.

A ἀποθραύσας τῇ τριαίνῃ τρύφος τῆς Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλλοι, καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος, ὑποκείμενον ἔχουσα ἐν αὐτῇ τὸν Γίγαντα· τινὲς δὲ αὐτὸν ὑποκεῖσθαι τῇ Κῶ φασίν. Ἡ δὲ Κάρπαθος, ἣν Κράπαθον [1] εἶπεν Ὅμηρος, ὑψηλή ἐστι, κύκλον ἔχουσα σταδίων διακοσίων· τετράπολις δ' ὑπῆρξε, καὶ ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον· [2] ἀφ' οὗ καὶ τῷ πελάγει τοὔνομα ἐγένετο. [3] μία δὲ τῶν πόλεων ἐκαλεῖτο Νίσυρος, ὁμώνυμος τῇ τῶν Νισυρίων νήσῳ, κεῖται δὲ τῆς Λιβύης κατὰ Λευκὴν ἀκτήν· ἣ τῆς μὲν Ἀλεξανδρείας διέχει περὶ χιλίους σταδίους, τῆς δὲ Καρπάθου, περὶ τετρακισχιλίους· [4] ἡ Κάσος δὲ ταύτης μὲν ἀπὸ ἑβδομήκοντα ἐστὶ σταδίων· τοῦ δὲ Σαλμωνίου τοῦ ἄκρου B τῆς Κρήτης διακοσίων πεντήκοντα· κύκλον δὲ ἔχει σταδίων ὀγδοήκοντα· ἔστι δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Κασίων νῆσοι καλούμεναι πλείους περὶ αὐτήν. Νήσους δὲ Καλύδνας τὰς Σποράδας λέγειν φασὶ τὸν ποιητήν, ὧν μίαν εἶναι * Καλύμναν· εἰκὸς δ' ὡς ἐκ τῶν Νισυρίων * λέγεται, καὶ Κασίων αἱ ἐγγὺς, καὶ ὑπήκοοι, οὕτως καὶ τὰς τῇ Καλύμνῃ περικειμένας, ἴσως τότε λεγομένῃ Καλύδνῃ· τινὲς δὲ δύο εἶναι Καλύδνας φασὶ Λέρον, καὶ * Καλύμναν. ἅσπερ καὶ λέγειν τὸν ποιητήν. Ὁ δὲ Σκήψιος πληθυντικῶς ὀνομάσας τὴν νῆσον Καλύμνας φησὶν ὡς Ἀθήνας, C καὶ Θήβας· δεῖν δὲ ὑπερβάτως δέξασθαι τὸ τοῦ ποιητοῦ· [5] οὐ γὰρ νήσους Καλύδνας λέγειν· * ἀλλ' οἳ δ' ἄρα νήσους Νίσυρόν τ' εἶχον, Κάρπαθόντε Κάσοντε, καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, Καλύδνας τέ. Ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι, ὡς ἐπιτοπολὺ ἀστεῖον ἐστὶ, καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ· τὸ δ' [6] ἐν ταῖς νήσοις, διαφερόντως· [7] μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον.

* Scripti q. Κάλυδναν.
* Scripti, λέγονται.
* Scripti, q. Κάλυδναν.
* Xylander hunc locum levi menda affectum mirè perturbavit.

ris fluctus Neptuno insectante, in Cô tandem pervenit. In hunc Deus insulæ, partem revulsam pro telo conjecit; quæ Nisyron dicitur. Casaub.

1. Εἶπεν Ὅμηρος) Vetùs lectio, εἶπεν ὁ ποιητής. Idem.

2. Ἀφ' οὗ καὶ τῷ πελάγει) Plinius Hist. Nat. IV. cap. 12. *Rhodiorum insulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit.* Idem.

3. Μία δὲ τῶν πόλεων ἐκαλεῖτο Νίσυρος) Plinius non Carpathi, sed Calydnes oppidum vult esse Nisycum. *Idem.*

4. Ἡ Κάσος δὲ ταύτης μὲν) Plinius Carpathum à Caso distare ait VII. M. Casum à Samonio Cretæ, XXX. M. non sine aliqua differentia in utraque summa. *Idem.*

5. Οὐ γὰρ νήσους Καλ.) Hoc est, non enim debere vocem νήσους jungi cum voce Καλύδνας in poëtæ versu: sed per trajectionem ita construendum οἳ δὲ εἶχον νήσους, quas? Nisyrum Carpathum, Casum, Con, & Calydnas: alioquin si verba accipias ut posuit poëta, solas Calydnas νήσους videtur appellare: Sed quid pluribus opus est? Ipse Strabo hæc clarissimè explicat: de quo sane negari nequit, pessimè hîc meritum esse Xylandrum: Nos verba poëtæ ut à Strabone sunt scripta edidimus: & quæ importunè erant à Xylandro invecta, sustulimus. Cave autem putes deesse hîc quicquam. Locus bene habet, nec asterisco ullo indiget. *Idem.*

D 6. Ἐν ταῖς νήσοις) Lege, ἐν ταύταις νήσοις, *in istis insulis*, scilicet, *excellit maxime Calymnium inprimis. Calymna* enim Insula Phœnicibus est חלי מנח *chalimnach*, q. d. *dulcis sedes*, vel ut alii malunt חלי טינע *Chali-tinang*, i.e. *dulcis rupes*, i.e. quæ melle fluit, ut Deut. 32: 13. confer & Psalm. 81: 17. *Bochart. in Chanaan. lib. 1. c. 7. p. 373.*

7. Μάλιστα τὲ τὸ καλύμνιον) Plinius Hist. Nat. XI. cap. 13. optimum mel esse ait in Attica regione & Sicula, mox Calydna insula, alii Καλύδνιον scribunt, & Ovidius Metam. VIII. vs. 222.

--- *fœcundaque melle Calydna.*

edd. optimæ.

Fœcundaque melle Calumne. Casaub.

De hac insula quædam congessit Cl. Cellarius Geogr. Antiq. Lib. II. c. 14. pag. 1279.

SYNO-

SYNOPSIS

LIBRI UNDECIMI.

ASIAM incipit Geographus describere: Hanc mediam secat mons Taurus ab occasu ad ortum porrectus: fiuntque duæ partes: quarum altera est πρὸς ἄρκτους, *& vocatur, intra Taurum: altera est* πρὸς νότον, *& extra Taurum appellatur. Illa in quatuor partes à Strabone dividitur, & tribus libris comprehenditur. Prima pars, ab occidente Tanai flumine, ab oriente maris Caspii ostio (ut veteres putabant) terminatur. In hujus* περιηγήσει, *agit Geographus, de Tanaide, & accolis gentibus: De Mæotide, & gentibus Mæoticis: De Colchide, Iberia, Albania. Sequitur deinde pars secunda* τῆς ἐντὸς Ταύρου Ἀσίας. *In hujus descriptione agitur de Hyrcano mari & adjacente Hyrcania, vicinisque gentibus, cujusmodi sunt, Sacæ, Massagetæ, Sogdiani, Bactriani &c. Tertia pars ab occasu Haly flumine, à septentrione maribus Euxino & Caspio, & isthmo qui inter illa duo maria est, à meridie Tauro terminata, in ortum longè porrigitur. Hanc quoque isto libro describere aggreditur: agitque, De monte Tauro: De Media: De Armenia.*

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ βίβλιον ἑνδέκατον.	STRABONIS RERUM GEOGRAphicarum Liber Undecimus.

p. 490. ΤΗ δ' Εὐρώπῃ συνεχής ἐστι ἡ Ἀσία κατὰ τὸν Τάναϊν συνάπτουσα αὐτῇ· περὶ ταύτης οὖν ἐφεξῆς ῥητέον, διελόντας φυσικοῖς τισιν ὅροις τοῦ σαφοῦς χάριν. Ὅπερ οὖν Ἐρατοσθένης ἐφ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐποίησε, τοῦθ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ποιητέον.

DE Asia, quæ ad Tanaim flumen Europam attingit, deinceps nobis dicendum est, eaque naturalibus quibusdam terminis circumscri-
B benda perspicuitatis causa: idque de Asia nobis agendum est, quod de tota habitata terra fecit Eratosthenes.

POST descriptionem Europæ, dicenda venit Asia: cujus περιήγησιν aggreditur hoc libro Geographus. Scinditur autem Asia à monte Tauro qui est ἐπ' εὐθείας πως nostro mari, in partes duas: Pars altera est Septentrionalis & Græcis ἡ ἐντὸς Ταύρου dicitur: Altera est meridionalis, & ἡ ἐκτὸς Ταύρου nuncupatur. Potes addere & tertiam quandam Asiæ partem, quam neutra harum complectitur: Eas regiones intelligo quæ ἐν μέσῳ τοῦ Ταύρου (qui mons est in varia juga divisus nec continuus) continentur. Sed harum regionum aliæ septentrionales, aliæ meridionales, prout sunt aliæ aliis calidiores frigidioresque appellari possunt, soléntque: ut causa nulla sit, cur de illis seorsim agatur. Jam, quia trajicientibus ex Europa in Asiam, prior occurrit ea Asiæ pars, quam ἐντὸς Ταύρου appellari diximus, de ea prius meritò censuit Geographus sibi esse tractandum. *Casaub.*

1. Ὁ γὰρ

A ¶ Eam continentem Taurus mediam fere cinguli in morem dividit, ab occasu [2] ad ortum porrectus, unamque ejus partem versus septentriones, alteram versus meridiem relinquens. Græci unam partem intra, alteram extra Taurum appellant. Hæc ante quoque dicta sunt: sed nunc memoriæ causa renovandæ repetantur. Latus est Taurus sæpe etiam tria stadiorum millia, longitudine (quanta etiam Asiæ est) XLV. millium, à continente quæ Rhodo opposita est usque ad extremitates Indiæ & Scythiæ orientales. Dividitur autem in partes varias, & nomina circumscriptionibus quâ majoribus quâ minoribus definita. B Quoniam autem in tanta latitudine montis comprehenduntur quædam gentes, aliæ obscuriores, aliæ admodum notæ, ut Parthorum, Medorum, Armeniorum, Cappadoces aliique & Cilices, ac Pisidæ: quæ ad septentrionalem plagam inclinant, in ea collocari debent: quæ ad Austrum in meridionali: quæ in mediis sunt montibus, ob aëris similitudinem septentrionalibus adjungendæ videntur, frigidæ enim sunt, austrinæ calidæ. Fluminum quoque effluxus fere omnes in diversas feruntur partes, alii septentrionales, alii meridionales: C saltem ab initio: tametsi quidam deinde versus ortum aut occasum convertuntur. Opportuneque adhibentur montes hi ad Asiæ in duas partes divisionem terminis suis includendam: sicut mare quod intra columnas est, & fere majori parte ad lineam rectam Tauro opponitur, commode duas continentes

A [1] Ὁ γὰρ Ταῦρος μέσην πως διέζωκε ταύτην τὴν ἤπειρον, ἀπὸ τῆς ἑσπερίας [3] ἐπὶ τὴν ἕω * τετμημένος· τὸ μὲν αὐτῆς ἀπολείπων πρὸς βορρᾶν, τὸ δὲ, μεσημβρινόν· καλοῦσι δὲ αὐτῶν οἱ Ἕλληνες, τὸ μὲν, ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὸ δ' ἐκτός· εἴρηται δὲ ταῦθ' ἡμῖν καὶ πρότερον· ἀλλ' εἰρήσθω καὶ νῦν, ὑπομνήσεως χάριν. Πλάτος μὲν οὖν ἔχει τὸ ὄρος πολλαχοῦ καὶ τρισχιλίων σταδίων, μῆκος δ' ὅσον καὶ τὸ τῆς Ἀσίας τεττάρων που μυριάδων, καὶ πεντακισχιλίων, ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς καὶ Σκυθίας πρὸς τὰς ἀνατολάς· διῄρηται δ' εἰς μέρη πολλὰ, καὶ ὀνόματα, [4] περιγραφαῖς, B καὶ μείζοσι, καὶ ἐλάττοσιν ἀφωρισμένα· ἐπεὶ δ' ἐν τῷ τοσούτῳ πλάτει τοῦ ὄρους ἀπολαμβάνεταί τινα ἔθνη, τὰ μὲν, ἀσημότερα, τὰ δὲ, καὶ παντελῶς γνώριμα (καθάπερ ἡ Παρθυαία, καὶ Μηδία, καὶ Ἀρμενία καὶ Καππαδοκῶν τινες, καὶ Κίλικες, καὶ Πισίδαι) [5] τὰ μὲν πλεονάζοντα τοῖς * προσβόροις μέρεσιν, ἐνταῦθα τακτέον· τὰ δὲ ἐν τοῖς νοτίοις, εἰς τὰ νότια· καὶ τὰ ἐν μέσῳ δὲ τῶν ὀρῶν κείμενα, διὰ τὰς τῶν ἀέρων ὁμοιότητας πρὸς βορρᾶν πως θετέον· ψυχροὶ γάρ εἰσιν, οἱ δὲ νότιοι, θερμοί· αἱ τῶν ποταμῶν δὲ αἱ ῥύσεις ἐνθένδε οὖσαι πᾶσαι σχεδόν τι εἰς τἀναντία, C αἱ μὲν εἰς τὰ βόρεια, αἱ δ' εἰς τὰ νότια μέρη, τάγε πρῶτα (κἂν ὕστερόν τινες ἐπιστρέφωσι πρὸς ἀνατολὰς ἢ δύσεις) [6] ἔχουσί τι εὐφυὲς πρὸς τὸ τοῖς ὄρεσιν ὅροις χρῆσθαι κατὰ τὴν εἰς δύο μέρη διαίρεσιν τῆς Ἀσίας· καθάπερ, καὶ ἡ θάλαττα ἡ ἐντὸς στηλῶν ἐπ' εὐθείας πως οὖσα ἡ πλείστη τοῖς ὄρεσι τούτοις ἐπιτηδεία γεγένηται· πρὸς τὸ δύο ποιεῖν ἠπείρους,

* Malim cum Xyl. τεταμένος.

p. 491.

* Scripti, προσβορείοις.

1. Ὁ γὰρ Ταῦρος μέσην) Satis quidem de istis actum libro secundo: facere tamen nequeo quin Dionysii carmina adscribam, quæ huic geminam & planè eandem sententiam continent. Sic ille ℣. 638.

Μέσσα γε μὴν πάσης Ἀσίης ὄρος ἀμφιβέβηκεν,
Ἀρξάμενον γαίης Παμφυλίδος ἄχρι καὶ Ἰνδῶν.
Ἄλλοτε μὲν λοξόν τε καὶ ἀγκύλον ἄλλοτε δ' αὖτε,
Ἴχνεσιν ὀρθότερον. Ταῦρον δέ ἑ κικλήσκουσιν,
Οὕνεκα ταυροφανές τε καὶ ὀξυκάρηνον ὁδεύει,
Οὔρεσιν ἐκταδίοισι πολυσχιδὲς ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ἐκ τοῦ ἀπειρέσιοι ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέουσιν,
Οἱ μὲν πρὸς βορέην, οἱ δ' ἐς νότον, οἱ δ' ἐπὶ ῥιπὴν
Εὔρου καὶ ζεφύροιο.

Medium vero totius Asiæ mons circuit,
Orsus à terra Pamphylia, ad Indos etiam usque;
Interdum quidem obliquus & curvus, interdum vero rursus
Vestigiis (incessu suo) *rectior: Taurum verò ipsum nominant,*
Eo quod tauro similis, & acutum caput habens incedit,
Montibus spatiosis multifidus hinc inde,
Ex quo innumeri amnes cum strepitu fluunt:
Hi quidem ad boream, illi verò ad austrum, quidam item ad impetum (flatum)
Euri & Zephyri.

D Habes elegantissimis versibus expressum, quicquid de Tauro voluit nos scire Strabo isto loco. Porrò quàm rectè hæc consentiant cum Tauri Pliniana descriptione, facile apparet. *Casaub.*

2. *Ad ortum porrectus.*) Pro τετμημένος lego τεταμένος, mox καὶ τῆς Ἀσίας ex epitomis. *Xyland.*

3. Ἐπὶ τὴν ἕω τετμημένος) Eustathius habet τετραμμένος. Malim tamen τεταμένος, & ita Strabonem scripsisse è libri secundi initio certum est. *Casaub.*

4. Περιγραφαῖς, καὶ μείζοσι) Dionysius ℣ſ. 647. στροφάλιγγας vocat quas hic περιγραφάς.

Οὐ μὲν ἐπωνυμίαν μίαν ἔλλαχεν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ
Οὔνομ' ἔχει στροφάλιγγι.

Nec certe cognomentum unicum adeptus est verum in unoquoque
Nomen habet anfractu [flexu.]

5. Τὰ μὲν πλεονάζοντα.] πλησιάζοντα puto. *Xyland.*

6. Ἔχουσί τι εὐφυὲς πρὸς τὸ) Legebatur ἔχωσι. & tanquam ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς hæc accepêre interpretes, ut à præcedentibus verbis planè aliena: quum tamen una sit sententia: quare etiam ἔχουσι legimus, nec putandum est cum Xylandro deesse aliquid: Locus integer est & καλῶς ἔχων, ac perspicuus, nunc quidem. *Casaub.*

τὴν τε Εὐρώπην, καὶ τὴν Λιβύην, ὅριον ἀμφοῖν οὖσαν ἀξιόλογον. Τοῖς δὲ μεταβαίνουσιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ γεωγραφίᾳ, τὰ πρὸς βορρᾶν ἐστι πρῶτα τῆς εἰς δύο διαιρέσεως· ὥστε ἀπὸ τούτων ἀρκτέον. [1] Αὐτῶν δὲ τούτων πρῶτά ἐστι τὰ περὶ τὸν Τάναϊν, ὅνπερ τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Εὐρώπης ὅριον ὑπεθέμεθα. Ἔστι δὲ ταῦτα [2] τρόπον τινὰ χερρονησιάζοντα· περιέχεται γὰρ ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας τῷ ποταμῷ τῷ Ταναΐδι, καὶ τῇ Μαιώτιδι μέχρι τοῦ Βοσπόρου, καὶ τῆς τοῦ Εὐξείνου, παραλίας τῆς * τελευτώσης εἰς τὴν Κολχίδα· ἐκ δὲ τῶν ἄρκτων τῷ Ὠκεανῷ, μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης· ἕωθεν δὲ αὐτῇ ταύτῃ τῇ θαλάττῃ μέχρι τῶν μεθορίων τῆς τε Ἀλβανίας, καὶ τῆς Ἀρμενίας, καθ᾽ ἃ ὁ Κῦρος, καὶ ὁ Ἀράξης ἐκδίδωσι ποταμός· ῥέων ὁ μὲν, διὰ τῆς Ἀρμενίας, Κῦρος δὲ διὰ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Ἀλβανίας· ἐκ νότου δὲ ἡ ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύρου μέχρι τῆς Κολχίδος [3] ὅσον τρισχιλίων οὖσα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, δι᾽ Ἀλβανῶν, καὶ Ἰβήρων, ὥστε ἰσθμοῦ λόγον * ἔχειν· οἱ δ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον συναγαγόντες τὸν ἰσθμὸν, ἐφ᾽ ὅσον Κλείταρχος, ἐπίκλυστον φήσας ἐξ ἑκατέρου τοῦ πελάγους, οὐδ᾽ ἂν λόγου ἀξιοῖντο. Ποσειδώνιος δὲ χιλίων πεντακοσίων εἴρηκε τὸν ἰσθμὸν, [4] ὅσον καὶ τὸν ἀπὸ Πηλουσίου ἰσθμὸν ἐς τὴν Ἐρυθράν· δοκῶ δέ φησι μὴ πολὺ διαφέρειν μηδὲ τὸν ἀπὸ τῆς Μαιώτιδος εἰς τὸν Ὠκεανόν. Οὐκ οἶδα δὲ, πῶς ἄν τις περὶ τῶν ἀδήλων αὐτῷ πιστεύσειε, μηδὲν εἰκὸς ἔχοντι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, ὅταν περὶ τῶν φανερῶν οὕτω παραλόγως λέγῃ· [5] καὶ ταῦτα φίλος Πομπηΐῳ γεγονὼς, τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ τοὺς Ἴβηρας, καὶ Ἀλβανοὺς μέχρι τῆς ἐφ᾽ ἑκάτερα θαλάττης, τῆς τε Κασπίας καὶ τῆς Κολχικῆς. [6] Φασὶ γοῦν ἐν Ῥόδῳ γενόμενον τὸν Πομπήϊον, ἡνίκα

* Scripti q. τελευταίας.

* Scripti, ἔχει.

p. 492.

A Europam atque Africam distinguit, memorabilis utriusque limes. Cæterum in descriptione terræ ex Europa in Asiam transeunti, hujus partes septentrionales primo occurrunt de sectione in duas facta portiones: itaque ab iis ordiemur. ¶ Ex his prima sunt ea, quæ juxta Tanain sunt sita, quem Asiæ atque Europæ limitem constitueramus. Ea quodammodo peninsulam referunt. Includuntur enim versus occasum fluvio Tanai, & palude Mæotide usque ad Bosporum & oram Euxini maris maritimam, quæ in Colchidem desinit: à septentrione Oceano, usque ad ostium Caspii maris: B ab ortu ipso mari Caspio, usque ad confinia Albaniæ & Armeniæ, qua Cyrus & Araxes fluvii effunduntur, hic per Armeniam, ille per Iberiam & Albaniam labens. à meridie ea terra, quæ ab ostiis Cyri usque ad Colchidem, à mari ad mare per Albaniam & Iberos porrigitur, ac isthmi formam habet, stadiorum circiter CIƆ CIƆ CIƆ. Ratio eorum habenda nulla est, qui cum Clitarcho adeo in arctum cogunt eum isthmum, ut eluvione utriusque maris perfundi dicant. Posidonius eum facit latum CIƆ IƆ stadia: quantum hunc etiam qui à Pelusio ad Rubrum est mare: neque multum puto (ait) ab his C differre eum qui a Mæotide est ad Oceanum usque. Cæterum haud scio quomodo ei fidem habere quisquam possit de rebus obscuris dicenti, ubi nullam habet, quam sequatur, probabilitatem: quando tam aliena à ratione pronunciat de rebus manifestis: cum quidem Pompeji amicus fuerit, qui exercitum in Iberos Albanosque duxit, ad utrumque usque mare, Caspium ac Colchicum. Etenim Pompejum ajunt Rhodum venisse, quo tempore ad

1. *Αὐτῶν δὲ τούτων πρῶτά ἐστιν*) Partitur Asiam, quæ est intra Taurum, in partes quatuor. Tu confer cum tabulis, ut eò facilius omnia intelligas. Singulas deinde partes describet suo quamque loco & ordine. *Casaub.*

2. *Τρόπον τινὰ χερρονησιάζοντα*) Si vera essent, quæ hic pro veris à Strabone (ut & alibi apertius) pronuntiantur, non *τρόπον τινὰ*, sed omnino *χερρονησιάζοντα* hæc pars & peninsulæ similis dici posset: Verùm id ne sit, multa impediunt. Nam neque Tanais ad Oceanum, ut putat, pertingit: neque Caspium mare ullo ostio in Oceanum se exonerat: quo de errore veterum, alio loco dicemus. Isthmum certè hujus peninsulæ non incommodè descripserat, ut ex Ptolemaicis tabulis facile intelliges. *Idem.*

3. *Ὅσον τρισχιλίων οὖσα σταδίων*) Ait intervallum quod est inter duo maria, Colchicum, & Caspium, esse stadiorum CIƆ. CIƆ. CIƆ. in quo convenit ei cum Plinio optimè; *Aliqui* (inquit) *inter Pontum & Caspium mare* CCCLXXV. M. *pass. non amplius interesse tradiderunt* libro VI. cap. II. *Idem.*

4. *Ὅσον καὶ τὸν ἀπὸ Πηλ.*) Atqui hic isthmus est stadiorum non amplius CIƆ. ut diximus ad lib. primum. *Idem.*

D 5. *Καὶ ταῦτα φίλος*) Hac circumstantia graviter exaggerare voluit Posidonii errorem. *Idem.*

6. *Φασὶ γοῦν ἐν Ῥόδῳ γενόμενον Πομπήϊον*) Probat Pompeji amicitia usum fuisse Posidonium. Ait etiam sua ætate colloquiorum Pompeji & Posidonii Rhodi habitorum memoriam extare. Cicero lib. II. Tusculanarum. Quæst. cap. 25. *At non noster Posidonius, quem & sæpe ipse vidi, & id dicam, quod solebat narrare Pompejus: se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audivisset eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut visisset & salutavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molestéque se dixisset ferre, quod eum non posset audire, Tu verò, inquit,* &c. Hæc mirificè hunc locum illustrant: differunt tamen aliquid. Strabo enim de colloquio loquitur habito cum proficisceretur Pomp. ad bellum piraticum. Cicero, cum ex provincia decederet. *Idem.*

1. Ἐπὶ

bellum piraticum proficiscebatur, mox adversus Mithridatem ducturus & gentes ad Caspium usque mare sitas: ibique Posidonium disserentem compellasse, inque suo discessu interrogasse, ecquid mandaret: eum autem dixisse

Rem gere præclare, atque aliis præstare memento.

[3] Adjecit autem his, quod etiam historiam rerum ejus gestarum conscripserit. Itaque oportebat eum veri majorem habere rationem. Secunda Asiæ pars censeri potest, quod supra Hyrcanum sive Caspium mare est, usque ad Indis propinquos Scythas. Tertia, quod dicto est contiguum, ac semper deinde ei & Caspiis portis succedentia, proxima intra Taurum sitæ regioni & Europæ hujus sunt Media, Armenia, Cappadocia, & his interjectæ regiones. Quarta, quæ intra Halyn flumen jacent, inque ipso Tauro, & extra eum sunt & excidunt in peninsulam, quam isthmus facit Ponticum mare à Cilicio dirimens. ¶ In reliquis extra Taurum sitis, Indiam ponimus, & Arianam, usque ad gentes quæ pertinent ad mare Persicum, Arabicum sinum, Nilum, pelagus Aegyptium & Issicum. ¶ Hac dispositione facta primam partem incolunt septentrionem versus & Oceanum, Scythæ quidam vagi (Nomades *Græci appellant*) & in plaustris degentes vitam: citra hos Sarmatæ, ipsi quoque Scythæ, Aorsi & Siraci, usque ad Caucasios montes ad meridiem pertinentes: quorum alii incertis vagantur sedibus, alii in tentoriis degunt, ac agricolæ sunt. Circa paludem Mæotidem sunt Mæotæ, & ad mare Bosporanum, [9] Asia est, & Sindica. Sequuntur Achæi, Zygi, Heniochi,

A [1] ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον ἐξῆλθεν, εὐθὺς δ' ἔμελλε καὶ ἐπὶ Μιθριδάτην ὁρμήσειν, καὶ τὰ μέχρι τῆς Κασπίας ἔθνη, παρατυχεῖν διαλεγομένῳ τῷ Ποσειδωνίῳ· [2] ἀπιόντα δ' ἐρέσθαι εἴ τι προστάττει· τὸν δ' εἰπεῖν,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Iliad. ξ. 208.

[4] Προστίθει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ τὴν ἱστορίαν συνέγραψε τὴν περὶ αὐτόν· διὰ δὴ ταῦτα ἐχρῆν φροντίσαι τἀληθοῦς πλέον τι. [5] Δεύτερον δ' ἂν εἴη μέρος, τὸ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἣν Κασπίαν καλοῦμεν μέχρι τῶν κατ' Ἰνδοὺς Σκυθῶν. Τρίτον δὲ μέρος τὸ συνεχὲς τῷ λεχθέντι B ἰσθμῷ, καὶ ἀεὶ τὰ ἑξῆς τούτῳ, καὶ ταῖς Κασπίαις πύλαις τῆς ἐντὸς τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Εὐρώπης ἐγγυτάτω· ταῦτα δ' ἐστὶ Μηδία καὶ Ἀρμενία, καὶ Καππαδοκία καὶ τὰ μεταξύ. Τέταρτον δ' ἡ ἐντὸς Ἅλυος γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τῷ Ταύρῳ, [6] καὶ ἐκτὸς, [7] ὅσα εἰς τὴν χερρόνησον * ἐκπίπτει, ἣν ποιεῖ ὁ διείργων ἰσθμὸς τήν τε Ποντικὴν, καὶ τὴν Κιλικίαν θάλασσαν. [8] Τῶν δὲ ἄλλων τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου, τήν τε Ἰνδικὴν τίθεμεν καὶ τὴν Ἀριανὴν, μέχρι τῶν ἐθνῶν τῶν καθηκόντων πρός τε τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον, καὶ τὸν Νεῖλον, καὶ C πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος, καὶ τὸ Ἰσσικόν. Οὕτω δὲ διακειμένων, τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν, Σκυθῶν * τινὲς Νομάδες, καὶ Ἁμαξοικοί· ἐνδοτέρω δὲ τούτων, Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι καὶ * Σιρακοὶ, μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ μεσημβρίαν τείνοντες. οἱ μὲν, Νομάδες, οἱ δὲ, καὶ Σκηνῖται καὶ Γεωργοί. περὶ δὲ τὴν λίμνην Μαιῶται· πρὸς δὲ τῇ θαλάττῃ τοῦ Βοσπόρου [10] τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐστὶ, καὶ ἡ Σινδική· μετὰ δὲ ταύτην Ἀχαιοὶ καὶ Ζύγοι, καὶ Ἡνίοχοι,

* Manuss. ἐμπίπτει.

* Scripti, τινῶν.

* Scripti Σειρακοί.

1. Ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον) Livii Epitome de hoc bello piratico à Pompejo gesto lib. xcix. *Casaub.*

2. Ἀπιόντα δ' ἐρέσθαι εἴτι προστάττει) Mos discedentium, ac formula usitata. Latini dicunt *Nunquid me vis*, ut apud Comicos & Ciceronem. *Idem.*

3. *Adjecit autem.*) Quis adjecit? Locus non est integer, videtur autem ad Posidonium referri. Φροντίσαι scripsi, ut sententia appareret. *Xyland.*

4. Προστίθει δὲ τούτοις) Legendum προστίθει δὲ τούτοις. Adde his. Auget culpam Posidonii: qui ne tunc quidem studiosus fuerit veritatis indagandæ, quum de ea re esset historiam ex professo scripturus. Vetus vertit, *Accedit his*, non malè. *Casaub.*

5. Δεύτερον δ' ἂν εἴη μέρος) Hæc est secunda pars non Asiæ, sed Asiæ ejus quæ dicitur intra Taurum. Quare errat auctor Epitomes, qui totius Asiæ divisionem accuratam hîc institui putat. *Idem.*

6. Καὶ ἐκτὸς, ὅσα) Intelligit Ciliciam, Pamphyliam, & Lyciam, ut ex initio libri xv. apparet. *Idem.*

7. Ὅσα εἰς τὴν χερρόνησον ἐκπ.) De hac peninsula D vide lib. xiv. p. 673. ubi verum isthmum ejus esse docet τὸν ἀπὸ ταρσοῦ καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύδνου μέχρι Ἀμισοῦ. *Idem.*

8. Τῶν δὲ ἄλλων τῶν ἔξω) Partitur nunc Asiam, quæ est extra Taurum, in suas partes. Hujus περιήγησιν habes libro xv. xvi. & initio xvii. Hæc autem παχυμερῶς dicuntur & obiter: neque ait Strabo hanc esse Asiæ quintam partem, ut falsò ait Epitomes auctor. *Idem.*

9. *Asia est.*) Haud dubiè hæc τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν, mendum habent, de Sindica constat ex Ptolem. tab. 2. Asiæ. Plinio vi. 5. & Stephano etiam. Fortasse Sarmatiæ Asiaticæ mentio facta fuit. Στενὰ etiam Phthirophagorum angustias, non novi, itaque gentem vertere malui. *Xyland.*

10. Τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐστὶ καὶ ἡ Σινδίκη) Similis locus libro septimo pag. 311. σὺν τοῖς Ἀσιανοῖς χωρίοις τοῖς περὶ Σινδικὴν, ut videantur τὰ κατὰ τὴν Σινδικὴν, Asiæ nomen ut proprium sibi vindicasse. *Casaub.*

¹ Κερκέται τε, καὶ Μακροπώγωνες· ὑπέρκεινται δὲ τούτων καὶ ² τὰ τῶν Φθειροφάγων στενά· μετὰ δὲ τοὺς Ἡνιόχους, ἡ Κολχὶς ὑπὸ τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι καὶ τοῖς Μοσχικοῖς. Ἐπεὶ δὲ ὅριον ὑπόκειται τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ὁ Τάναϊς ποταμὸς, ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι τὰ καθέκαστα ὑπογράψομεν.

³ Φέρεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν μερῶν, ⁴ οὐ μὴν ὡς ἂν κατὰ διάμετρον ἀντίῤῥους τῷ Νείλῳ, καθάπερ νομίζουσιν οἱ πολλοί.
p. 493. ἀλλὰ ἑωθινώτερος ἐκείνου, παραπλησίως ἐκείνῳ τὰς ἀρχὰς ἀδήλους ἔχων· ἀλλὰ τοῦ μὲν, πολὺ τὸ φανερὸν χώραν διεξιόντος πᾶσαν εὐεπίμικτον, καὶ μακροὺς ἀνάπλους ἔχοντος· τοῦ δὲ Ταναΐδος τὰς μὲν ἐκβολὰς ἴσμεν (δύο δ᾽ εἰσὶν εἰς τὰ ἀρκτικώτατα μέρη τῆς Μαιώτιδος, ἑξήκοντα σταδίους ἀλλήλων διέχουσαι.) τὸ δ᾽ ὑπὲρ τῶν ἐκβολῶν, ὀλίγον τὸ γνώριμόν ἐστι, διὰ τὰ ψύχη καὶ τὰς ἀπορίας τῆς χώρας· ἃς οἱ μὲν αὐτόχθονες δύνανται φέρειν, σαρξὶ καὶ γάλακτι τρεφόμενοι νομαδικῶς· οἱ δ᾽ ἀλλοεθνεῖς οὐχ ὑπομένουσιν. Ἄλλως δὲ οἱ Νομάδες δυσεπίμικτοι τοῖς ἄλλοις ὄντες, καὶ πλήθει, καὶ βίᾳ διαφέροντες, ἀποκεκλείκασιν, εἰ καί τι πορεύσιμον τῆς χώρας ἐστιν, ἢ εἴ τινας τετύχηκεν ἀνάπλους ἔχων ὁ ποταμός. ἀπὸ δὲ τῆς αἰτίας ταύτης οἱ μὲν, ὑπέλαβον τὰς πηγὰς ἔχειν αὐτὸν ⁵ ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι· * πολὺν δ᾽ ἐνεχθέντα ἐπὶ τὰς ἄρκτους, εἶτα ἀναστρέψαντα * ἐσβάλλει ἐς τὴν Μαιῶτιν· τούτοις δὲ ὁμοδοξεῖ καὶ Θεοφάνης ὁ Μιτυληναῖος· ⁶ οἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν ἄνω * μερῶν τοῦ Ἴστρου φέρεσθαι· σημεῖον δὲ φέρουσιν οὐδὲν τῆς πόῤῥωθεν οὕτω ῥύσεως, καὶ ἀπ᾽ ἄλλων κλιμάτων, ὥσπερ οὐ δυνατὸν ὂν καὶ ἐγγύθεν καὶ ἀπὸ τῶν ἄρκτων. Ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ, καὶ τῇ λίμνῃ, πόλις ὁμώνυμος

* Scripti πολλῷ.
* Manuſſ. ἐκβάλλειν Ald. ἐσβάλλειν.
* Scripti, ἄνω φασί μερ.

A Certetæ, & Macropogones, *id eſt longibarbi*: ſupra hos ſunt Phthiropagorum, *id eſt pediculos vorantium* gens. Poſt Heniochos Colchis eſt ſub Caucaſiis & Moſchicis montibus. Quoniam verò limitem Europæ & Aſiæ poſuimus Tanain fluvium, unde ſumto principio ſingula jam nunc deſcribemus.

TANAIS à partibus defertur ſeptentrionalibus quidem, non tamen ita, ut è regionè ad lineam contra Nilum fluat, quæ fuit quorundam opinio. Tanais quàm Nilus magis eſt orientalis, itidem incognitos habens fontes. Sed B Nili magna pars nota eſt, cum regio per quam labitur, tota ſit acceſſu facilis, & longas ipſe habeat ſubvectiones. Tanaidis vero oſtia quidem novimus (duo autem ſunt, quibus is in partes Mæotidis maximè ſeptentrionales ſeſe exonerat, ſtadiis LX. inter ſe diſtantia) quod autem ſupra oſtia eſt, ejus pars exigua eſt cognita. fit hoc ob frigus & incommoditates regionis, quas indigenæ poſſunt tolerare, carnibus & lacte viventes Nomadum more: exteri ſuſtinere non poſſunt. Alias etiam Nomades iſti, à commerciis aliarum nationum alieni, multitudine ac viribus præpotentes, C occluſerunt itinera regionum: ubi ambulari poterat, & ſubvectiones ſi quas fluvius habuit. Hac de cauſa quidam cenſuerunt eum è Caucaſiis montibus ortum magno alveo adverſus ſeptentriones ferri, indeque retrò labentem in Mæotin exire: his Theophanes quoque Mitylenæus adſentitur. Alij à ſuperioribus Iſtri partibus ferri exiſtimant, neque ullum adferunt ſignum tam longinqui & ex diverſis climatibus defluxus: quaſi potuerit è vicina & à ſeptentrione delabi. Supra flumen & ad paludem Mæotidem urbs ſita eſt,

1. Κερκέται τὲ) Sic emendavimus, quum legeretur Κερτέται. Nam Cercetæ infra ſæpius nominantur, & Ptolemæo quoque ac Plinio H. N. VI. c. 5. *Caſaub.*

2. Τὰ τῶν Φθειροφάγων στενὰ) Phthirophagos Strabo collocat περὶ τὸν Καύκασον: ut non dubitandum ſit quin eorum regio eſſet δυσείσβολος, adituque difficilis: hoc nunc indicat quum ait τὰ στενὰ τῶν φθειροφάγων. Sic enim appellantur hujuſmodi loca anguſta, quæ Latini fauces vocant. Livius XXXII. 5. *in Chaoniam per Epirum ad occupandas quæ ad Antigoniam fauces ſunt (Stena vocant Græci) miſit.* Plinius lib. VI. c. 4. auctor eſt Phthirophagos eſſe qui poſtea Salæ ſunt appellati. Jam ſi in tabulis Ptolem. inſpicias quo loco ſit Salatum urbs, deſines cauſam quærere cum Xylandro, quare Strabo τὰ στεναρὰ τῶν φθειρ. dixerit. *Idem.*

3. Φέρεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ἀρκτ.) Plinius IV. c. 12. è Riphæis montibus fluere ſcribit: qua in ſententia multi alii ſunt. Herodotus ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμᾶσθαι D ait: cujus ſententiam veram eſſe noſtræ ætatis docti homines tradunt. Ptolemæus ἐν τῇ ἀγνώστῳ γῇ fontem Tanais ſtatuit. *Idem.* Vide Herodot. IV. c. 123.

4. Οὐ μὴν ὡς ἂν κατὰ διάμετρον) quæ fuit τῶν χαριεστέρων ut ait libro ſecundo ſententia. Vide locum pag. 108. *Idem.*

5. Ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι) Hos ſequitur Ammianus XXXII. 8. *Tanais* (ait) *inter Caucaſias oriens rupes, per ſinuoſos labitur circumflexus, Aſiamque diſterminans ab Europa in ſtagnis Mæoticis deliteſcit.* Sic & Dionyſius Afer ℣ſ. 663.

Τοῦ δ᾽ ἤτοι πηγαὶ μὲν ἐν οὔρεσι Καυκασίοισι
Τηλόθι μορμύρουσιν. i. e.
Hujus ſane fontes quidem in montibus Caucaſiis
Procul murmurant. Idem.

6. Οἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν ἄνω μ.) Ridiculam horum opinionem pluribus refutavit lib. ſecundo pag. 107. & verò res per ſe clamat ipſa. *Idem.*

Tanais ipsa quoque appellata, condita à Græcis Bosporum incolentibus. Hanc jussa facere detrectantem rex Polemo nuper evastavit: commune fuit emporium Europæorum Asianorumque Nomadum, & iis qui è Bosporo per paludem navigabant: alteris mancipia & pelles adferentibus, & quæ aliæ sunt Nomadum merces, alteris vestem, vinum aliaque ad cicurem vitam pertinentia permutantibus. Ante emporium ad c. stadia sita est Alopecia insula, quam convenæ homines habitant. Sunt & aliæ parvæ insulæ ponè in palude. Tanais á faucibus Mæotidis paludis abest recta adversus septentrionem navigatione stadiis CIƆ CIƆ CC: neque multo plura sunt, si quis oram legat. ¶ Naviganti ponè terram à Tanai intra IƆ ccc. stadia fluvius occurrit, qui magnus Rhombites dicitur, ubi plurimi pisces ad salsamenta capiuntur: deinde ad alia IƆ CCC. Rhombites parvus, promontorium quod & ipsum capturas habet piscium, sed minores. Priores pro receptaculis usurpant minutas insulas in minore Rhombite, ipsi Mæotæ opus faciunt: ubique enim ea in ora Mæotæ accolunt, agricolæ quidem, sed non minùs quàm Nomades bellicosi. Dividuntur in gentes complures: quarum propiores Tanaidi, feriores sunt, Bosporo viciniores magis mansuetæ. A Rhombite minore IƆC. sunt stadia ad Tyramben, & fluvium Anticeitam: deinde CXX. ad pagum Cimbricum: ubi naves solvunt qui paludem navigant. In ora hac etiam speculæ sunt, quæ Clazomeniorum dicuntur.

A οἰκεῖται Τάναϊς, κτίσμα τῶν τὸν Βόσπορον ἐχόντων Ἑλλήνων· νεωστὶ μὲν οὖν ἐξεπόρθησεν αὐτὴν Πολέμων ὁ βασιλεὺς ἀπειθοῦσαν· [1] ἦν δ᾽ ἐμπορεῖον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ τῶν Εὐρωπαίων Νομάδων, καὶ τῶν ἐκ Βοσπόρου τὴν λίμνην πλεόντων, τῶν μὲν, ἀνδράποδα ἀγόντων καὶ δέρματα, καὶ εἴτι ἄλλο τῶν Νομαδικῶν, τῶν δ᾽ ἐσθῆτα καὶ οἶνον, καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα τῆς ἡμέρου διαίτης οἰκεῖα ἀντιφορτιζομένων. Πρόκειται δ᾽ ἐν ἑκατὸν σταδίοις τοῦ ἐμπορείου [2] νῆσος Ἀλωπεκία, κατοικία μιγάδων ἀνθρώπων. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα νησίδια πλησίον ἐν τῇ λίμνῃ· [3] διέχει δὲ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος εὐθυπλοοῦσι ἐπὶ τὰ βόρεια, B δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους ὁ Τάναϊς· [4] οὐ πολὺ δὲ πλείους εἰσὶ παραλεγομένῳ τὴν γῆν. Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ παρὰ γῆν, πρῶτον μέν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Τανάϊδος προϊοῦσιν ἐν ὀκτακοσίοις σταδίοις, [5] ὁ Μέγας καλούμενος Ῥομβίτης, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστα ἁλιεύματα τῶν εἰς ταριχείας ἰχθύων· ἔπειτα ἐν ἄλλοις ὀκτακοσίοις [6] ὁ ἐλάσσων Ῥομβίτης, * ἄκρα ἔχουσα καὶ αὐτὴ ἁλιείας ἐλάττους· * ἔχουσι δὲ οἱ μὲν πρότερον νησία ὁρμητήρια, οἱ δ᾽ ἐν τῷ μικρῷ Ῥομβίτῃ αὐτοί εἰσιν οἱ Μαιῶται ἐργαζόμενοι· οἰκοῦσι γὰρ ἐν τῷ παράπλῳ τούτῳ παντὶ οἱ Μαιῶται, γεωργοὶ μὲν, οὐχ ἧττον δὲ τῶν Νομάδων C πολεμισταί· διῄρηνται δὲ εἰς ἔθνη πλείω, τὰ μὲν πλησίον τοῦ Τανάϊδος ἀγριώτερα, τὰ δὲ συνάπτοντα τῷ Βοσπόρῳ χειροήθη μᾶλλον. Ἀπὸ γὰρ τοῦ μικροῦ Ῥομβίτου στάδιοι εἰσὶν ἑξακόσιοι [7] ἐπὶ Τυράμβην, [8] καὶ τὸν Ἀντικείτην ποταμόν· εἶθ᾽ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, [9] ἐπὶ τὴν κώμην τὴν Κιμβρικήν, ἥ τις ἐστὶν ἀφετήριον τοῖς τὴν λίμνην πλέουσιν· ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ, καὶ [10] σκοπαί τινες λέγονται Κλαζομενίων.

* Corruptus locus. Lego, καὶ ἄκρα.
* Lego, ἔχουσι μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν πρότερον.
p. 494.

1. Ἦν δὲ ἐμπορεῖον κοινὸν) Imo, ipsa quoque urbs Emporium est appellata. Alexander Polyhistor Κατὰ δὲ τὰς εἰς τὴν λίμνην τὴν Μαιῶτιν ἐκβολὰς τοῦ Ταναΐδος πόλις Ἑλληνικὴ ἔκτισται Ταναῒς, ἥτις καὶ Ἐμπόριον ὀνομάζεται. Ptolemæus urbem Tanain collocat μεταξὺ τῶν στομάτων. *Casaub.*

2. Νῆσος Ἀλωπεκία) Ptolem. Νῆσος δὲ παράκειται ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἀλωπεκία, ἡ καὶ Ταναῒς νῆσος. Plinius IV. c. 12. *Alopecen* vocat. *Idem.* Pineto *l'isle des Renardt.*

3. Διέχει δὲ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτι.) Sic etiam lib. septimo p. 310. Plinius in eodem intervallo notando nonnihil variat: *Ab ostio*, ait, *Mæotidis ad Tanais ostium directo cursu* CCCLXXV. M. *passuum esse constat.* quæ efficiunt stadia ter mille: quod mireris merito propter vocem, constat. Vide eundem lib. VI. cap. 11. *Idem.*

4. Οὐ πολὺ δὲ πλείους εἰσὶ) Intellige hæc verba de Asiatico paludis latere: nam de Europæo falsissimum esset: ut ex lib. septimo constat. *Idem.*

5. Ὁ μέγας καλούμενος Ῥομβίτης) Rhombitas fluvios etiam Ptolem. duos agnoscit, majorem & minorem. *Idem.* Rhombites memoratur Amm. Marcellino XXII. c. 9. p. 314. ed. Parisin. 1681.

6. Ὁ ἐλάσσων Ῥομβίτης, ἄκρα ἔχουσα) Scilicet Rhombites minor non est fluvius, sed promontorium, fallitque nos Ptolemæus, qui ποταμὸν appellat. Imo fefellit parum attentos interpretes falsa & D corrupta γραφή. Tu si me audis totum locum sic leges: Ἔπειτα ἐν ἄλλοις ὀκτακοσίοις ὁ ἐλάσσων Ῥομβίτης, καὶ ἄκρα ἔχουσα καὶ αὐτὴ ἁλιείας, ἐλάττους δέ. ἔχουσι μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν πρότερον τὰ νησία ὁρμητήρια· οἱ δ᾽ ἐν τῷ, &c. Nolim affirmare in hæc prorsus verba conceptum à Strabone fuisse hunc locum: sententiam quidem haud absimilem fuisse, hoc verò affirmare ausim. *Idem.*

7. Ἐπὶ Τυράμβην) Ptolemæus, Ῥομβείτου μικροῦ, ποταμοῦ ἐκβολαί. Ἀζαβῆτις ταινία. τυράμβη. *Idem.*

8. Καὶ τὸν Ἀντικείτην ποταμόν) Sequitur apud Ptolem. Ἀττικίτου ποταμοῦ ἐκβολαί. Sed Strabonis γραφὴν non censeo esse mutandam. *Idem.* Aldus Ἀντικίτην.

9. Ἐπὶ τὴν κώμην Κιμμερικὴν) Ptolemæus Κιμμερικὸν ἄκρον vocat. *Idem.*

10. Σκοπαί τινες λέγονται Κλαζομενίων) Hinc vult nos colligere fuisse quando illa loca Clazomenii obtinerent. Plinius de hac ora Mæotis H. Nat. VI. cap. 7. *Tenuere finitima primi Cares, dein Clazomenii & Mæones, postea Panticapenses.* Idem.

A 1 Τὸ δὲ Κιμμερικὸν, πόλις ἦν πρότερον ἐπὶ χερρονήσου ἱδρυμένη, τὸν ἰσθμὸν τάφρῳ καὶ χώματι κλείουσα· ἐκέκτηντο δ' οἱ * Κιμμέριοι μεγάλην ποτὲ ἐν τῷ Βοσπόρῳ δύναμιν· διόπερ καὶ Κιμμερικὸς Βόσπορος ὠνομάσθη· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τοὺς τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντας ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου 2 μέχρι Ἰωνίας ἐπιδραμόντες. Τούτους μὲν οὖν ἐξήλασαν ἐκ τῶν τόπων Σκύθαι· τοὺς δὲ Σκύθας Ἕλληνες, οἱ Παντικάπαιον καὶ τὰς ἄλλας οἰκίσαντες πόλεις, τὰς ἐν Βοσπόρῳ. εἶτ' ἐπὶ τὴν Ἀχίλλειον * κώμην, εἴκοσι στάδια, ἐν ᾗ τὸ Ἀχιλλέως ἱερόν· 3 ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ στενώτατος πορθμὸς τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος, ὅσον εἴκοσι σταδίων, ἢ καὶ πλειόνων, ἔχων ἐν τῇ περαίᾳ B τὸ * Μυρμήκιον κώμην, 5 πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ Ἡρακλείου, καὶ τὸ Παρθένιον· 6 ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ Σατύρου μνῆμα, ἐννενήκοντα στάδιοι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐπ' ἄκρας τινὸς χωστὸν ἀνδρὸς τῶν ἐπιφανῶς δυναστευσάντων τοῦ Βοσπόρου. πλησίον δὲ κώμη Πατραεὺς, ἀφ' ἧς ἐπὶ κώμην Κοροκονδάμην ἑκατὸν τριάκοντα· αὕτη δ' ἐστὶ τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπὸς, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ Ἀχίλλειον, καὶ τὸ Μυρμήκιον στενῶν διατείνων μέχρι 7 πρὸς τὴν Κοροκονδάμην, καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῇ κώμιον τῆς Παντικαπαίων γῆς ὄνομα C Ἄκρα, ἑβδομήκοντα σταδίων διειργόμενον πορθμῷ· μέχρι γὰρ δεῦρο, καὶ ὁ κρύσταλλος διατείνει, πηττομένης τῆς Μαιώτιδος κατὰ τοὺς κρυμοὺς ὥστε πεζεύεσθαι. Ἅπας δ' ἐστὶν εὐλίμενος ὁ στενωπὸς οὗτος. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Κοροκονδάμης εὐμεγέθης λίμνη, ἣν καλοῦσιν ἀπ' αὐτῆς Κοροκονδαμῆτιν· ἐκδίδωσι δ' ἀπὸ δέκα σταδίων τῆς κώμης εἰς τὴν θάλατταν· ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν λίμνην 8 ἀποῤῥὼξ τὶς τοῦ Ἀντικείτου ποταμοῦ, καὶ ποιεῖ νῆσον περίκλυστόν τινα ταύτῃ τε τῇ λίμνῃ

* Scripti, Κιμμερικοί

* Scripti, πόλιν.

* Legendum puto Μυρμήκιον κώμην καὶ τὸ Παρθένιον.

¶ Cimmericum urbs fuit quondam, in peninsula jacens, isthmum fossa & aggere claudens. Fuit quodam tempore magna Cimmeriorum in Bosporo potentia, qui & Cimmerius ab iis dictus fuit. Hi sunt qui regiones continentis à dextra Ponti sitas usque ad Ioniam incursionibus vexaverunt. Atque hos quidem Scythæ istis è locis expulerunt: Scythas Græci, qui Panticapæum & alias in Bosporo urbes condiderunt. Deinceps ad Achilleum pagum, stadia XX. ubi fanum est Achillis. Ibi angustissimus est trajectus oris Mæoticæ paludis, XX. circiter aut amplius stadiorum: in altera continente opponitur Myrmecium pagus 4 vicinum Herculeo. Parthenium deinceps ab Achilleo sequitur. Inde ad Satyri monumentum stadia XC: id est ager in quodam promontorio, factus ob memoriam viri cujusdam qui in Bosporo potentia claruit. Propè pagus est Patraeus: inde ad pagum Corocondamen CXXX. Hic est finis Bospori Cimmerici. Sic autem fauces appellantur in ore Mæotidis, ab angustiis quæ juxta Achilleum & Myrmecium sunt, pertinentes usque ad Corocondamen, & huic oppositum vicum Panticapæorum terræ, qui Acra dicitur, freto stadiorum LXX. interceptis: eo enim usque etiam glacies pervenit, Mæotide per hyemem congelante interdum, ita ut ambulari pedibus possit. Totæ illæ angustiæ portus habent bonos. Supra Corocondamen lacus est justæ magnitudinis, quem ab ea vocant Corocondametin; is ad X. à pago stadia in mare, effluit in lacum hunc etiam pars Anticeitæ fluvii, insulamque efficit ambitam palude hac,

1. Τὸ δὲ Κιμμερικὸν, πόλις ἦν) Plinius L. VI. c. 6. sitam refert, in ultimo ostio, anteáque Cerberion fuisse vocatum. De Cimmeriorum regno vide lib. VII. p. 309. ubi etiam de eorum regibus scripsimus cum cura. *Cas.*

2. Μέχρι Ἰωνίας ἐπιδραμόντες) Vide ad librum primum. p. 6. *Idem.*

3. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ στενώτατος) Paulò aliter lib. VII. pag. 310. Nam ibi τὸ στενώτατον dicebatur esse inter Achilleum & Parthenium. *Idem.*

4. *Vicinum Heracleo.*) Hoc quidem in Taurica Cherroneso ponit Ptolemæus in IIX Asiæ tabula. Parthenium verò & quæ sequuntur. Bospori sunt, de quo non dubitandum arbitror. Itaque locus integer non est. Sententiam puto esse. Myrmecium vicinum est Heracleo sive Herculeo. Cæterùm ab Achilleo sequitur Parthenium. idque secutus sum. *Xyland.*

5. Πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ Ἡρακλείου) Legendum censeo. ἔχον ἐν τῇ περαίᾳ τὸ Μυρμήκιον πόλιν, καὶ τὸ Παρθένιον· πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ Ἡρακλείου τὸ Παρθένιον. D Sanè præter rei veritatem ipsa phrasis indicat commissum hîc quoque fuisse, quod toties in hoc auctore deprehendimus: ut videlicet vox Παρθένιον bis à Strabone posita, semel ab impuro librario fuerit prætermissa. *Casaub.*

6. Ἐντεῦθεν δὲ) Inde, hoc est, ab Achilleo. Redit enim ad priorem περιήγησιν. Satyrus autem hic fuit, opinor, unus ex iis quos commemoravimus ad lib. VII. p. 310. *Idem.*

7. Πρὸς τὴν Κοροκονδάμην) Sic apud Ptolem. vocatur. *Idem.*

8. Ἀποῤῥὼξ τὶς τοῦ Ἀντικείτου) Ignoscat mihi Strabo: Falsum puto quod ait. Nam Ptolemæus docet nos esse alia flumina inter Anticiten & Corocondamen: ut si vera sint hæc, necesse sit hanc Anticitæ ἀποῤῥῶγα subterlabi non paucos fluvios: quod etsi fortasse novum non esset: tamen vix credo: præsertim cum de ea re Strabo nihil dicat. Vide hic Pomponium Melam. I. 19.

1. Τοῦ-

& Mæotide, & fluvio. Sunt qui fluvium hunc Hypanin appellant, ut eum qui eſt apud Boryſthenem. Ubi intra Corocondamitem navigaveris, Phanagoria eſt memorabilis urbs, & Cepi, & Hermonaſſa, & Apaturum Veneris fanum. De his Phanagoria & Cepi ſitæ ſunt in introitu ad lævam inſulæ: reliqua ad dextram, trans Hypanim in Sindica. In hac etiam Gorgippia eſt, & Sindicorum regia vicina mari, & Aborace. Quia autem regulis Boſpori hi parent, univerſi Boſporani dicuntur. Caput Europæorum Boſporanorum eſt Panticapæum Aſianorum Phanagoræ urbs, nam & ſic vocatur. Et videtur Phanagoria emporium eſſe eorum quæ ex Mæotide, ſupraque ſitis barbaris regionibus devehuntur: Panticapæum eorum quæ è mari eodem adferuntur. Habet Phanagoria templum Veneris Apaturi inſigne: nomen deæ à fabula ſumpta occaſione à dolo (*apate*) deducunt: ibi locorum Venerem, cùm eam Gigantes adorirentur, Herculem acciviſſe, inque ſpelunca quadam abſcondidiſſe, deinde ſingulos Gigantes excepiſſe, & Herculi unum poſt alium per fraudem necandum præbuiſſe.

¶ De Mæotis ſunt Sindi, Dandarii, Toreatæ, Agri, Arrichi, Tarpetes, Obidiaceni, Sittaceni, Doſci, alii plures: nec non Aſpungitani, inter Phanagoriam habitantes & Gorgippiam ad 10. ſtadia: quibus cùm inſidiaretur ſub amicitiæ prætextu

A καὶ τῇ Μαιώτιδι καὶ τῷ ποταμῷ· τινὲς δὲ καὶ [1] τοῦτον τὸν ποταμὸν Ὕπανιν προσαγορεύουσι, καθάπερ καὶ τὸν πρὸς τῷ Βορυσθένει. Εἰσπλεύσαντι δὲ εἰς τὴν Κοροκονδαμῆτιν, [2] ἥ τε Φαναγορία ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος, * [3] καὶ Κῆπος, [4] καὶ Ἑρμώνασσα, [5] καὶ τὸ Ἀπάτουρον τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν· ὧν ἡ Φαναγορία * καὶ ὁ Κῆπος κεῖται ἐν τῇ λεχθείσῃ νήσῳ ἵδρυνται, εἰσπλέοντι ἐν ἀριστερᾷ· αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ πέραν Ὑπάνιος, ἐν τῇ Σινδικῇ· [6] ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία· ἐν δὲ τῇ Σινδικῇ τὸ βασίλειον τῶν Σινδῶν πλησίον θαλάττης, καὶ Ἀβοράκη· Τοῖς δὲ τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ὑπήκοοι ὄντες, ἅπαντες Βοσπορανοὶ καλοῦνται·
B καὶ ἔστι τῶν μὲν Εὐρωπαίων Βοσπορανῶν μητρόπολις τὸ Παντικάπαιον· τῶν δ' Ἀσιανῶν * τοῦ Φαναγόρου· καλεῖται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις· καὶ δοκεῖ τῶν μὲν ἐκ τῆς Μαιώτιδος καὶ τῆς ὑπερκειμένης βαρβάρου κατακομιζομένων ἐμπορεῖον εἶναι [7] τὰ Φαναγόρεια· τῶν δ' ἐκ τῆς θαλάττης ἀναφερομένων ἐκεῖσε τὸ Παντικάπαιον· ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορίᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου· [8] ἐτυμολογοῦσι δὲ τὸ ἐπίθετον τῆς θεοῦ μῦθόν τινα προστησάμενοι, ὡς ἐπιθεμένων ἐνταῦθα τῇ θεῷ τῶν Γιγάντων, ἐπικαλεσαμένη τὸν Ἡρακλέα, κρύψαι ἐν * κευθμῶνι τινὶ, εἶτα τῶν Γιγάντων ἕκαστον δεχομένη καθ' ἕνα, τῷ Ἡρακλεῖ
C παραδιδοῖ δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης.

Τῶν Μαιωτῶν δ' εἰσὶν [9] αὐτοί τε οἱ Σίνδοι, [10] καὶ Δανδάριοι, [11] καὶ Τορεάται, καὶ Ἄγροι, [12] καὶ Ἀρριχοί· ἔτι δὲ Τάρπητες, Ὀβιδιακηνοὶ, [13] Σιττακηνοὶ, [14] Δόσκοι, ἄλλοι πλείους· τούτων δ' εἰσὶ καὶ οἱ * [15] Ἀσπουγγιτανοὶ, μεταξὺ Φαναγορίας οἰκοῦντες καὶ Γοργιππίας, ἐν πεντακοσίοις σταδίοις· οἷς ἐπιθέμενος

p. 495.
* Scripti, καὶ Κῆποι.
* Manuſſ. καὶ οἱ Κῆποι. In aliis ἡ Κῆπος.
* Aldi cod. τὸ Φαναγόρου ſcripti q. Φανάρου.
* Scripti, κευθμῷ.
* Lego, Ἀσπουργιανοί.

1. Τοῦτον τὸν ποταμὸν Ὕπανιν προσα.) Huc pertinet quod ex Alexandro Polyhiſtore refert Stephanus: Hypanin fluvium eſſe inter Pontum & lacum Mæotin, qui διχῆ σχιζόμενος, parte ſui in Mæotin ingrediatur, parte altera in Pontum. Hæc autem omnia à Ptolemæo ſunt omiſſa. *Caſaub.*

2. Ἥτε Φαναγορία) Ptolemæo φαναγορία. in Epitome Φαιναγορία. Latinis *Phanagoria* & Stephano φαναγόρεια. *Idem.*

3. Καὶ Κῆπος) Alii numero plurali Cepos vocant. Plinius H. Nat. L. VI. c. 6. *Oppida in aditu Boſphori primò Hermonaſſa, dein Cepi Mileſiorum.* Diodorus lib. XX. κατισχυθεὶς δὲ καὶ φυγὼν εἰς τοὺς καλουμένους Κήπους, ἀνῃρέθη. *Idem.*

4. Καὶ Ἑρμώνασσα) Hujus omnes Geographi faciunt mentionem. *Idem.*

5. Καὶ τὸ Ἀπάτουρον) Plinius H. Nat. VI. c. 6. *pene deſertum Apaturon* appellat: ideo Ptol. non meminit: De eo multa Stephanus, qui hunc locum citat. *Idem.*

6. Ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία) Stephanus, Γοργίππια, πόλις Ἰνδικῆς. Lege Σινδικῆς. *Idem.*

7. Τὰ Φαναγόρια) Stephanus legit cum dipthongo. τὰ φαναγόρεια. *Idem.*

8. Ἐτυμολογοῦσι δὲ) Refert iſta Stephanus in voce Ἀπάτουρον. *Idem.*

9. Αὐτοί τε οἱ Σινδοί) Stephanus, Σινδοί ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος λίμνης. ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν γένος φασὶν εἶναι Μαιωτῶν ἀπόσπασμα. *Idem.*

10. Καὶ Δανδάριοι) Stephanus, Δανδάριοι ἔθνος περὶ τὸν Καύκασον, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Plinius H.N. Lib. VI. c 7. *Dandaros* nominat. *Idem.*

11. καὶ Τορεάται) Plinius H. N. Lib. VI. cap. 5. *Toretas* appellat: & Stephanus, Τορέται ἔθνος Ποντικόν. *Toreatas* tamen Mela Lib. I. c. 19. *Idem.*

D 12. Καὶ Ἀρριχοί) Scribe, Ἀρρηχοὶ per η non ι. Stephanus Ἀρρηχοί, ἔθνος Μαιωτῶν. Στράβων ἑνδεκάτῃ. Confirmat & Plinius, *Arechos* nuncupans, ſic & in Mela legendum, quamquam apud Ptolem. eſſe Ἀριχοὶ non me fugit. *Idem.* Melæ verba habent, *oram quæ à Boſporo ad Tanaim uſque deflectitur, Mæotia incolunt Toreatæ, Arrechi, Phicones*, quæ ultima hoc modo refingit Clar. Jac. Gronovius *Tatræ, Serachi, Phicores.*

13. Σιττακηνοὶ) An hi ſunt Σπακηνοὶ quos Stephanus Perſis adſcribit, quorum infra ſæpius fiet mentio? Non puto: Mæotæ enim ſunt qui recenſentur. *Idem.*

14. Δόσκοι) De his quæro adhuc: Non enim ſunt, opinor, Doriſci Plinii. *Idem.*

15. Οἱ Ἀσπουγγιτανοὶ) Lege ut libro XII. p. 556. Ἀσπουργιανοί. Stephanus, Ἀσπουργιανοὶ, ἔθνος τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Deinde iſtum locum deſcribit. *Idem.*

1. Φαρ-

Πολέμων ὁ βασιλεὺς ἐπὶ προσποιήσει φιλίας, οὐ A
λαθὼν, ἀντεστρατηγήθη, καὶ ζωγρίᾳ ληφθεὶς ἀπέθανε. Τῶν δὲ συμπάντων Μαιωτῶν τῶν Ἀσιανῶν, οἱ μὲν ὑπήκουον τῶν τὸ ἐμπορεῖον ἐχόντων, τὸ ἐν τῷ Ταναΐδι· οἱ δὲ, τῶν Βοσπορανῶν· τότε δ' ἀφίσταντο ἄλλοτ' ἄλλοι· πολλάκις δ' οἱ τῶν Βοσπορανῶν ἡγεμόνες, καὶ τὰ μέχρι τοῦ Ταναΐδος κατεῖχον, καὶ μάλιστα οἱ ὕστατοι [1] Φαρνάκης [2] καὶ Κασάνδρος καὶ Πολέμων. Φαρνάκης δέ ποτε καὶ τὸν Ὕπανιν τοῖς Δανδαρίοις ἐπαγαγεῖν λέγεται διά τινος παλαιᾶς * διώρυχος ἀνακαθάρας αὐτὴν, κατακλύσαι τὴν χώραν· μετὰ δὲ τὴν Σινδικὴν καὶ τὴν Γοργιππίαν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ζυγῶν καὶ Ἡνιόχων παραλία τὸ πλέον ἀλίμενος καὶ ὀρεινὴ, B
τοῦ Καυκάσου μέρος οὖσα. ζῶσι δὲ ἀπὸ τῶν κατὰ θάλατταν λῃστηρίων, ἀκάτια ἔχοντες λεπτὰ στενὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα· σπάνιον δὲ τριάκοντα δέξασθαι τοὺς πάντας δυνάμενα· [3] καλοῦσι δ' αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας. [4] Φασὶ δ' ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατιᾶς, τοὺς μὲν Φθιώτας Ἀχαιοὺς τὴν ἐνθάδε Ἀχαΐαν οἰκῆσαι, [5] Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν, [6] ὧν ἦρχον Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι· καὶ τοὺς Ἡνιόχους ἀπὸ τούτων εἰκὸς ὠνομάσθαι· τῶν δ' οὖν καμαρῶν στόλους κατασκευαζόμενοι καὶ ἐπιπλέοντες, τοτὲ μὲν ταῖς ὁλκάσι, τοτὲ δὲ χώρᾳ τινὶ ἢ καὶ πόλει τινὶ θαλατ- C
τοκρατοῦσι· [7] προσλαμβάνουσι δ' ἔσθ' ὅτε καὶ οἱ τὸν Βόσπορον ἔχοντες, ὑφόρμους χορηγοῦντες,

* Scripti, διώρυγος.

p. 496.

rex Polemon, re comperta bellum eis inferens in potestatem eorum vivus pervenit & interiit. De universis Mæotis Asianis alii paruerunt emporium Tanaidis tenentibus, alii Bosporanis: interdum etiam alii ad alios defecerunt. Sæpe Bosporani reguli usque ad Tanain omnia obtinuerunt: maximè ultimi Pharnaces, Casander, Polemo. Pharnacen etiam ferunt Hypanin fluvium expurgata quadam vetere fossa Dandariis induxisse, agrumque eorum proluisse. Post Sindicam & Gorgippiam ad mare ora est Achæorum, Zygorum, & Heniochorum, maxima sui parte importuosa & montosa, utpote portio Caucasi. Vivunt isti è prædationibus maritimis. Lembos habent exiles, angustos, atque leves, ad XXV. hominum, aut ut plurimùm XXX. capaces: Græci KAMARAS vocant. Ajunt ab Jasonis expeditione Phthiotas Achæos Achajam quæ isthic est habitasse, Lacones Heniochiam, horum duces fuisse Rhecam & Amphistratum, aurigas Castorum, unde etiam genti nomen: *est enim heniochus Græcis auriga*: Proinde camararum classe parata imponunt isti aliquando onerarias naves, aliquando regionem urbemve aliquam, & mare obtinent. Nonnunquam eos Bosporani recipiunt, navalia eis suppeditantes,

1. Φαρνάκης) De hoc multa Dio, Appian. alii. *Cas.*

2. Καὶ Κάσανδρος) Lego Ἄσανδρος, de quo libro VII. pag. 311. *Idem.*

3. Καλοῦσι δ' αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας) Ascribam harum descriptionem elegantissimam ex Cornelio Tacito, Histor. lib. III c. 47. *Quin & barbari contemtius vagabantur, fabricatis repente navibus (quas camaras vocant) arctis lateribus, lata alvo, sine vinculo æris aut ferri connexis,* (alii *connexa*:) *& tumido mari, prout flatus attollitur, summa navium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur: Sic inter undas volvuntur, pari utrinque prora, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum & innoxium est.* Ex hac accurata descriptione ratio nominis apparet: Nam quia erant illæ naves ita fabricatæ, ut claudi possent in modum tecti, ideo camaræ sunt appellatæ. καμάρα enim (quæ vox originem è lingua Hebræa habet) fornix est, sive tectum in modum fornicis. Sic plaustri genus quia similiter tegebatur [*arceram* leges decemvirales vocabant: vide A. Gellium L. XX. c. 1.] καμάραν appellant Herodotus & Dio lib. XXXVI. de quo accipienda videntur quæ scribit Strabo lib. VII. p. 294. de Cimbris loquens, ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν. Nam de camaris puto eum loqui: Porro autem, camaræ hæ Camaritis (vel Camarinis ut quidam appellant) nomen dedere, quorum meminit Marcellinus. XXII. 8. Dionysius poëta vs. 700.

Καὶ Καμαριτάων φῦλον μέγα.

Etiam Camaritarum natio magna. Idem.

4. Φασὶ δ' ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατιᾶς) Dionysius Afer longè aliter narrat: Nam de classe Agamemnonis fuisse istos canit. vers. 682.

—— Καὶ ἀλκήεντες Ἀχαιοί.
Τοὺς ποτ' ἀπὸ Ξάνθοιο καὶ Ἰδαίου Σιμόεντος
Πνοιαὶ νοσφίσσαντο νότοιό τε καὶ βορέαο
Ἑσπομένους μετὰ δῆριν Ἀρητιάδῃ βασιλῆϊ.
—— *Et strenui Achæi,*
Quos olim à Xantho & Idæo Simoënte (à Troja)
Flatus abduxerunt austrique & aquilonis
Sequentes ad bellum Martia fortitudine præditum
(Vel à Marte oriundum, vel Martis filium) regem.

Cum Dionysio consentit Appianus in Mithridatico. Eustathius hoc loco legit στρατείας. Ammianus de Achæorum origine sic sentit lib. XXII. c. 8. *Paulum ab his secernuntur Achæi, qui bello anteriore quodam apud Trojam consummato, non cùm super Helena certaretur, ut auctores prodidere nonnulli, in Pontum reflantibus ventis errore delatis &c.* *Idem.* D

5. Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν) Dionysius. vs. 686.

Τοῖς δ' ἐπιναιετάουσιν ὁμούριον αἶαν ἔχοντες.
Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε Λακωνίδος ἔκγονοι ἄνης.
Post hos autem habitant vicinam terram tenentes
Heniochi, Zygiique Pelasgica oriundi terra.

Ad quem locum vide Eustathium. *Idem.*

6. Ὧν ἦρχον Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος) Non ita Plinius nominant H. Nat. L. VI. c. 5. *Sunt qui conditam Dioscurialem ab Amphito & Thelchio Castoris ac Pollucis aurigis putent, à quibus ortam Heniochorum gentem feram constat.* Aliter Pomponius I. c. 19. & Justinus aliter lib. XLII. c. 3. *Idem.* Isidorus Orig. XV. c. 1. & A. Marcellin. XXII. 8. pro *Rheca* & *Amphistrato* leg. Amphitum & Cercium: ubi H. Vales. A. Strabone in Lib. XI. Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος dicuntur: forte pro Κρέκας: unde Latini Crecium, ac mox Cercium finxere.

7. Προσλαμβάνουσι δὲ) προσλαμβάνειν est adjuvare. *Id.*

1. Λεπτὰ

& forum, ac prædæ diſtrahendæ opportunitatem. Domum reverſi, qui navalibus carent, camaras humeris impoſitas, in ſylvas portant: in quibus etiam habitant, parum fertilem arantes tellurem: rurſum ad mare eas deportant, ubi navigandi tempus advenit. Idem faciunt etiam in alieno ſolo, cognita habentes ſylveſtria loca, in quibus abſcondentes camaras, ipſi pedites noctu vagantur atque interdiu plagii cauſa faciundi: facilè autem homines abductos patiuntur redimi, iis qui amiſerunt homines rem poſtquam avecti fuerint ſignificantes. Iis ſanè in regionibus, quibus princeps aliquis præeſt, injuria affectis præſidium in magiſtratu eſt aliquod: ſæpe enim prædones viciſſim adoriuntur, camaraſque unà cum vectoribus abducunt. Quæ Romanis ſubſunt, minùs habent auxilii, ob negligentiam eorum qui mittuntur. Talis eſt iſtarum vita gentium. Sed & iſtæ reguntur ab iis, quos Sceptrigeros appellant: qui ipſi regibus aut tyrannis parent. Equidem Heniochi quatuor reges habuerunt, quo tempore Mithridates fugiens ex avita ditione in Boſporum, per ipſorum regionem tranſivit: nam hæc ei pervia fuit. De Zygiorum autem tranſitu ſpem abjiciens ob locorum difficultates iſtorum & feritatem hominum, ægrè per oram inceſſit, plerumque mare conſcendens, donec ad Achæos venit: à quibus admiſſus, iter perfecit è Phaſide factum ad ſtadiorum pœnè quatuor millia. ¶ Statim itaque à Corocondama verſus orientem navigatio eſt. Stadiis cxxc. inde Sindiacus eſt portus, urbs. Deinde poſt cccc. Bata quæ vocantur, 7 pagus & portus: quà maximè huic oræ verſus meridiem oppoſita videtur eſſe Sinope, ſicut Carambin diximus

A καὶ ἀγορὰν καὶ διάθεσιν τῶν ἁρπαζομένων· ἐπανιόντες δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία, ναυλοχεῖν οὐκ ἔχοντες, ἀναθέμενοι τοῖς ὤμοις τὰς καμάρας, ἀναφέρουσιν ἐπὶ τοὺς δρυμοὺς, ἐν οἷσπερ καὶ οἰκοῦσι, 1 λεπρὰν * ἀροῦντες γῆν· καταφέρουσι δὲ πάλιν ὅταν ᾖ καιρὸς τοῦ πλεῖν· τὸ δ᾽ αὐτὸ ποιοῦσι καὶ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ, γνώριμα ἔχοντες ὑλώδη χωρία, ἐν οἷς ἀποκρύψαντες τὰς καμάρας, αὐτοὶ πλανῶνται πεζοὶ νύκτωρ, καὶ μεθημέραν ἀνδραποδισμοῦ χάριν· * 2 ἃ δ᾽ ἂν λάβωσιν ἐπίλυτρα * ποιοῦνται ῥᾳδίως, 3 μετὰ τοὺς ἀνάπλους μηνύοντες τοῖς ἀπολέσασιν. Ἐν μὲν οὖν τοῖς δυναστευομένοις τόποις, ἐστί τις βοήθεια B ἐκ τῶν ἡγεμόνων τοῖς ἀδικουμένοις· ἀντεπιτίθενται γὰρ πολλάκις, καὶ κατάγουσιν αὐτάνδρους τὰς καμάρας· ἡ δ᾽ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἀβοηθητοτέρα ἐστὶ, διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν πεμπομένων. Τοιοῦτος μὲν ὁ τούτων βίος· δυναστεύονται δὲ, καὶ οὗτοι 4 ὑπὸ τῶν καλουμένων σκηπτούχων· καὶ αὐτοὶ δ᾽ οὗτοι ὑπὸ τυράννοις, ἢ βασιλεῦσιν εἰσίν. οἱ γοῦν Ἡνίοχοι τέτταρας εἶχον βασιλέας, 5 ἡνίκα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ φεύγων ἐκ τῆς προγονικῆς εἰς Βόσπορον * διήκει τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ αὕτη μὲν ἦν πορεύσιμος αὐτῷ· τὴν δὲ τῶν Ζυγίων ἀπογνοὺς διά τε δυσχερείας, καὶ ἀγριότητας, C τῇ παραλίᾳ χαλεπῶς ᾔει τὰ πολλὰ ἐμβαίνων ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἕως ἐπὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν * ἧκε· 6 καὶ προσλαβόντων τούτων, ἐξετέλεσε τὴν ὁδὸν, τὴν ἐκ Φάσιδος, οὐ πολὺ τῶν τετρακισχιλίων λείπουσαν σταδίων. Εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς Κοροκονδάμης, πρὸς ἕω μὲν ὁ πλοῦς ἐστιν· ἐν δὲ σταδίοις ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, ὁ * Σινδιακὸς ἐστι λιμὴν, καὶ πόλις· εἶτα ἐν τετρακοσίοις τὰ καλούμενα 8 Βάτα, κώμη, καὶ λιμὴν, καθ᾽ ὃ μάλιστα ἀντικεῖσθαι δοκεῖ πρὸς νότον ἡ Σινώπη ταύτῃ τῇ παραλίᾳ, καθάπερ 9 ἡ Κάραμβις εἴρηται τῷ

* Scripti quidam, ἀρκοῦντες.

* Vulgo, ὃ δ᾽ ἄν.

* Scripti ποιοῦσι.

* Manuſſ. διήει.

* Scripti, ἥκει.

* Scripti Σινδικός.

1. *Λεπρὰν ἀροῦντες γῆν. Parum fertilem arantes tellurem.*) Ferri quidem poteſt vulgata lectio, quod ſuadet Λέπρεαν nomen loci, quod ita dictum videtur, eo quod λεπρὰν γῆν ᾤκουν: *Sterilem terram habitabant.* Mallem tamen legere λυπρὰν, quæ vox ſæpiſſime occurrit in hoc ſignificatu, ut denotet terram ſterilem, aſperam, triſtem, minime lætam, λεπρὰν γῆν alibi non memini me legiſſe. *Palm.* Non dubitarem reponere λυπρὰν, cum ita ſit in Cod. Ald. *Scherpez.* Λυπρὰν legit doctiſſimus Marcus Hopperus.

2. Ἃ δ᾽ ἂν λάβωσι) Legebatur, ὃ δ᾽ ἄν. Sed legendum eſſe ἃ certum eſt. Loquendi genus eſt elegans. *Caſaub.*

3. Μετὰ τοὺς ἀνάπλους) Prior interpres κατὰ legiſſe videtur: malo tamen μετά. *Idem.*

4. Ὑπὸ τῶν καλουμένων σκηπτούχων) Ita videntur fuiſſe appellati Camaritarum iſtorum magiſtratus: & eorum provinciæ σκηπτουχίαι ut paulò poſt: Sed & Colchorum σκηπτούχους in hiſtoriis leges. *Idem.*

5. Ἡνίκα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ.) Reperio Mi- D thridatem bis has regiones acceſſiſſe: ſemel poſt victoriam adverſus Murenam partam, Boſporanoſque reges tunc devicit, eiſque filium ſuum Macharem regem conſtituit. Secundo autem has regiones adiit à Pompejo magno devictus, & regno patrio ſpoliatus. De utraque profectione vide Appianum, qui docet Heniochos ceſſiſſe Mithridati. Ἡνιόχους ait δεχομένους αὐτὸν παρώδευσε. *Idem.*

6. Καὶ προσλαβόντων τούτων) Ait Achæos Mithridatem admiſiſſe, Appianus manifeſto repugnat. Sic ille Ἀχαίους ἐτρέψατο διώκων. Præterea quod ait Mithridatem non ultra Achæos tranſiſſe, neſcio quam verum ſit: vide Appianum. *Idem.*

7. *Pagus & portus.*) Pro νόμη repoſui κώμη, quod & vetus interpres eſt ſecutus, & Aldus habet. *Xyl.*

8. Βάτα, κώμη καὶ λιμὴν) Utrumque in Ptolemaicis tabulis reperies. Videntur autem mihi Βατὰ eadem fere ratione dicta à Græcis, qua Vada Sabbatia Latini appellarunt. *Caſaub.*

9. Ἡ Κάραμβις εἴρηται) Libro ſeptimo. p. 309. *Idem.*

Κριοῦ μετώπῳ· ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν, 1 ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος τὴν Κερκετῶν λέγει παραλίαν ὑφόρμους ἔχουσαν, καὶ κώμας, ὅσον ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους, καὶ πεντήκοντα· εἶτα τὴν τῶν Ἀχαιῶν σταδίων πεντακοσίων· εἶτα τὴν τῶν Ἡνιόχων χιλίων· εἶτα 2 τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν, A

p. 497. τριακοσίων ἑξήκοντα μέχρι Διοσκουριάδος. Οἱ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ συγγράψαντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον, Ἀχαιοὺς λέγουσι πρώτους, εἶτα Ζυγοὺς, εἶτα Ἡνιόχους, εἶτα Κερκέτας, καὶ Μόσχους, καὶ Κολχοὺς, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων Φθειροφάγους, 3 καὶ * Θοάνας, καὶ ἄλλα * μικρὰ ἔθνη τὰ περὶ τὸν Καύκασον. Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν ἡ παραλία καθάπερ εἶπον ἐπὶ τὴν ἕω τείνει, καὶ βλέπει πρὸς νότον· ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ἐπιστροφὴν λαμβάνει κατὰ μικρόν· B εἶτ᾽ ἀντιπρόσωπος γίνεται τῇ δύσει, καὶ τελευτᾷ πρὸς τὸν Πιτυοῦντα, καὶ τὴν Διοσκουριάδα· ταῦτα γὰρ τὰ χωρία συνάπτει τῆς Κολχίδος τῇ λεχθείσῃ παραλίᾳ. Μετὰ δὲ τὴν Διοσκουριάδα ἡ λοιπὴ τῆς Κολχίδος ἐστὶ παραλία, 4 καὶ ἡ συνεχὴς Τραπεζοῦς, καμπὴν ἀξιόλογον ποιήσασα· εἶτα εἰς εὐθεῖαν πως πλευρὰν τὴν τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου ποιοῦσαν, τὰ βλέποντα πρὸς ἄρκτον. Ἅπασα δ᾽ ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν ἄλλων παραλία μέχρι Διοσκουριάδος καὶ τῶν ἐπ᾽ εὐθείας πρὸς νότον ἐν τῇ μεσογαίᾳ τόπων, ὑποπέπτωκε τῷ Καυκάσῳ. 5 Ἔστι δ᾽ ὄρος τοῦτο ὑπερκείμενον τοῦ πελάγους ἑκατέρου, τοῦ τε Ποντικοῦ, καὶ C τοῦ Κασπίου, * διατειχίζον τὸν ἰσθμὸν, τὸν διείργοντα αὐτά. Ἀφορίζει δὲ πρὸς νότον μὲν τήν τε Ἀλβανίαν, καὶ τὴν Ἰβηρίαν· πρὸς ἄρκτον δὲ τὰ τῶν Σαρμαάτων πεδία· εὔδενδρον δ᾽ ἐστὶν ὕλῃ παντοδαπῇ, τῇ τε ἄλλῃ, καὶ τῇ ναυπηγησίμῳ. Φησὶ δ᾽ Ἐρατοσθένης ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων καλεῖσθαι Κάσπιον τὸν Καύκασον, ἴσως 6 ἀπὸ τῶν Κασπίων παρωνομασθέντα. 7 Ἀγκῶνες δέ τινες

* Scripti, Θοῶνας & Χοάνας. Lego Σοάνας,
* Scripti, μικρά.
* Scripti, διατειχίζοντος.

Criû metopo objectam. A Batis Artemidorus Cercetorum oram recenſet, ſtationes habentem & pagos, porrectam ad ſtadia ferè ı ↄ ↄ L. Tum Achæorum, ad ſtadia ıↄ. inde Heniochorum ad CIↄ: pôſt Pityunta magnum. CCCLX, uſque ad Dioſcuriadem. Qui res Mithridatis conſcripſerunt (quibus major eſt adhibenda fides) primos Achæos dicunt, deinceps Zygos, Heniochos, Cercetas, Moſchos, Colchos: & ſupra hos ſitos Phthirophagos. Thoanes, aliaſque exiguas gentes circa Caucaſum. Initio ora (ut dixi) verſus ortum tendit, & in auſtrum reſpicit: à Batis autem inflectitur, & obvertitur occaſui paulatim, definitque ad Pityuntem & Dioſcuriadem: quæ Colchidis loca dictam oram attingunt. Poſt Dioſcuriadem reliqua eſt Colchidis ora, & contigua Trapezûs, flexum faciens inſignem, quæ deinde in rectum porrecta, latus Ponti dextrum efficit, quod ſeptentrionem reſpicit. Univerſa Achæorum & reliquorum populorum ora uſque ad Dioſcuriadem & loca, quæ verſus meridiem in continente ad rectam lineam opponuntur, Caucaſo ſubjacet. ¶ Mons eſt Caucaſus utrique ſuperpoſitus mari, Euxino inquam & Caſpio, iſthmum, quo ea diſtinguuntur, tanquam murus intercludens. Diſtinguit verſus meridiem Albaniam & Iberiam à Sarmatarum planicie verſus ſeptentrionem diſſita. Arborum dives eſt omnis generis, cum aliarum, tum ex qua naves compingantur. Tradit Eratoſthenes Caucaſum ab accolis Caſpium appellari: fortaſſe à Caſpiis ita dictum. Cubitos autem quaſi quoſdam

1. Ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος) Non multum diverſa eſt Dionyſii periegeſis. Ptolemæus Cercetas prius recenſet, deinde Achæos. *Caſaub.*

2. Τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν) An dicit τὸν μέγαν, ut indicet urbis præſtantiam? Plinius H. N. lib. VI. c. 5. *In intimo eo tractu Pityûs oppidum opulentiſſimum ab Heniochis direptum eſt.* Mox aliquid deeſt: quod autem ait à Pityunte Dioſcuriadem eſſe ſtad. CCCLX. confirmat Arrianus qui CCCL. agnoſcit. *Idem.* D

3. Καὶ Θοάνας) Lego καὶ Σοάνας: ſic enim infra legitur: Et ut hanc lectionem potius ſequar, facit Stephanus qui ſic legit in Strabone. In quibuſdam veteribus libris erat Χόανας, quam lectionem confirmat Græcum argumentum hujus libri. *Idem.*

3. Καὶ Θοάνας. *Et Thoanes.*) Diverſitas lectionum, quam appoſuit in margine Caſaubonus, indicant nihil eſſe certi in ea voce, & infra (ut idem magnus vir notavit) ſcriptum eſt Σόανες pag. 499. Videntur eſſe iidem, & cum Caſaubono præfero eam lectionem, eo quod magis accedit ad Zanorum nomen, quos in ea regione ponit Procopius lib. 1, Agathias lib. 5, facile C antiqua littera in O mutata, & ſublata poſtea ob ſoni abſurditatem. *Palme.*

4. Καὶ ἡ συνεχὴς Τραπεζοῦς) Sunt autem inter Dioſcuriadem & Trapezuntem, ſtadia teſte Arriano CIↄ. CIↄ. CCLX. *Idem.*

5. Ἔστι δ᾽ ὄρος τοῦτο) Strabonis ſententia eſt, Caucaſum montem alium omnino eſſe à Tauro, quod à deſcriptione Tauri Pliniana planè alienum eſt. Plinius enim ſatis apertè Caucaſum Tauri partem facit omnium celſiſſimam. Mela Lib. 1. cap. 19. autem, quem hic Caucaſum Strabo vocat, Ceraunium appellare videtur, ejuſque partem Caucaſum facere. Verba ejus aſcribam. *Hinc* (loquitur de Colchide) *orti montes, longo ſe jugo, & donec Riphæis conjungantur, exporrigunt: qui altera parte in Euxinum & Mæotida & Tanain, altera in Caſpium pelagus obverſi, Ceraunii dicuntur. Iidem alicubi Taurici, Moſchici, Amazonici, Caſpii, ut aliis aliiſve oppoſiti gentibus, ita aliis aliiſque dicti nominibus.* Idem.

6. Ἀπὸ τῶν Κασπίων) Suſpicor deeſſe vocem unam. Lego, ἴσως ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν. Tangit hoc Plinius ſubobſcurè, quo loco eos reprehendit, qui Caucaſias portas Caſpias dicerent, magno, inquit, errore. Vide eundem VI. 13. *Idem.*

7. Ἀγκῶνες δέ τινες) Videtur hos ſignificaſſe Ptolemæus his verbis, καὶ ἔτι ἡ ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν αὐτῶν ἐπιστροφὴ, Καύκασος καὶ αὐτὴ λεγομένη. *Idem.*

protendit versus meridiem, qui & Iberiam mediam complectuntur, & Armeniæ montibus conjunguntur, & iis qui Moschici appellantur: item Scœdisæ & Paryadræ: hi omnes, Tauri montis partes sunt Austrinum Armeniæ latus conficientis, ab eo quodammodo abrupta, & versus septentrionem prolapsa usque ad Caucasum, oramque Euxini maris, quæ à Colchide ad Themiscyram porrigitur. ¶ Enimverò Dioscurias in tali sita sinu, & orientem versus extremum continens punctum totius maris Euxini intimus ejus angulus dicitur, & ultima navigatio. Proverbiale enim illud dictum,

In Phasin, ultimus qua cursus navibus est:

ita accipiendum est: auctorem jambi non Phasin fluvium innuisse, aut urbem cognominem fluvio impositam; sed à parte Colchidem. Etenim à flumine & urbe recta in imum sinum navigatio restat haud minor LX. stadiis. Eadem Dioscurias etiam initium est isthmi Euxino & Caspio mari interjecti, commune emporium gentium suprà & in vicinia habitantium: ajunt quidem eo convenire LXX. nonnulli etiam CCC. gentes, quibus nulla rerum cura sit, omnes diversarum linguarum: quia sparsim & sine commerciis victitant, ob insolentiam & feritatem. Sarmatæ sunt plerique, & omnes Caucasii etiam. Hæc de Dioscuriade. Sed & reliqua Colchis majore sui parte imminet mari. Perfluit eam Phasis magnus fluvius, ex Armenia ortus, Glaucum & Hippum recipiens à vicinis profluentes montibus. Sursum navigatur Phasis usque ad Sarapana, quod est castellum, etiam urbs condi in quo possit: inde terrestre iter curribus conficitur ad Cyrum. Imposita est Phasidi

A αὐτῷ προσπίπτουσιν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, οἱ τήν τε Ἰβηρίαν περιλαμβάνουσι μέσην, καὶ τοῖς Ἀρμενίων ὄρεσι συνάπτουσι, καὶ τοῖς Μοσχικοῖς καλουμένοις· 1 ἔτι δὲ τῷ Σκοιδίσῃ, καὶ τῷ Παρυάδρῃ· ταῦτα δ᾽ ἐστὶ μέρη τοῦ Ταύρου πάντα, τοῦ ποιοῦντος τὸ νότιον τῆς Ἀρμενίας πλευρὸν, ἀπερρωγότα πως ἐκεῖθεν πρὸς ἄρκτον, καὶ προσπίπτοντα μέχρι τοῦ Καυκάσου, καὶ τῆς τοῦ Εὐξείνου παραλίας, τῆς ἐπὶ Θεμίσκυραν διατεινούσης ἀπὸ τῆς Κολχίδος. 2 Ἡ δ᾽ οὖν Διοσκουριὰς ἐν κόλπῳ τοιούτῳ κειμένη, 3 καὶ τὸ ἑωθινώτατον σημεῖον ἐπέχουσα τοῦ σύμπαντος πελάγους, μυχός τε τοῦ Εὐξείνου λέγεται, καὶ ἔσχατος πλοῦς· τὸ γὰρ παροιμιακῶς
B λεχθὲν, οὕτω δεῖ δέξασθαι·

Εἰς Φᾶσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

οὐχ ὡς τὸν ποταμὸν λέγοντος τοῦ ποιήσαντος * τὸ * Scripti, τὸ ἰάμβειον.
ἰαμβικόν· οὐδὲ δὴ ὡς τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πό- * Manuss.
λιν κειμένην * ἐπὶ τὸν ποταμόν· ἀλλ᾽ ὡς τὴν ἐπὶ τῷ ποταμῷ.
Κολχίδα ἀπὸ μέρους. ἐπεὶ ἀπό γε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς πόλεως, οὐκ ἐλάττων ἑξακοσίων σταδίων λείπεται πλοῦς ἐπ᾽ εὐθείας εἰς τὸν μυχόν· ἡ δ᾽
αὐτὴ Διοσκουριάς ἐστι καὶ ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ p. 498.
μεταξὺ τῆς * Κασπίας καὶ τοῦ Πόντου, καὶ ἐμ- * Scripti, Κασπίας θαλάσσης.
πορεῖον τῶν ὑπερκειμένων, καὶ συνέγγυς ἐθνῶν κοινόν. Συνέρχεσθαι γοῦν εἰς αὐτὴν ἑβδομήκοντα,
C 4 οἱ δὲ καὶ τριακόσια ἔθνη φασὶν, οἷς οὐδὲν
τῶν ὄντων * μέλει, πάντα δὲ ἑτερόγλωττα, * Lego, μετέσι.
διὰ τὸ σποράδην, καὶ ἀμίκτως οἰκεῖν, καὶ ὑπὸ αὐθαδίας, καὶ ἀγριότητος. Σαρμάται δ᾽ εἰσὶν οἱ πλείους· πάντες δὲ καὶ Καυκάσιοι· ταῦτα μὲν δὴ τὰ περὶ τὴν Διοσκουριάδα. Καὶ ἡ λοιπὴ δὲ Κολχὶς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ πλείων ἐστί· διαρρεῖ δ᾽ αὐτὴν 5 ὁ Φᾶσις μέγας ποταμὸς, 6 ἐξ Ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, δεχόμενος 7 τόν τε Γλαῦκον, καὶ τὸν Ἵππον ἐκ τῶν πλησίων ὀρῶν ἐκπίπτοντας· ἀναπλεῖται δὲ μέχρι Σαραπανῶν, ἐρύματος δυναμένου δέξασθαι καὶ πόλεως συνοικισμόν· ὅθεν πεζεύουσιν ἐπὶ τὸν Κῦρον ἡμέραις
D τέσσαρσι δι᾽ ἁμαξιτοῦ. Ἐπίκειται δὲ τῷ Φάσιδι

1. Ἔτι δὲ τῷ Σκοιδίσῃ) Hic mons inter Moschicos montes & Paryadrem jacet, utrumque montem contingens. Reperio autem triplicem ejus γραφὴν hoc ipso in auctore. Nam qui hîc Σκοιδίσης dicitur, paulò post Κυδίσης dicetur: idemque libro XII. pag. 548. Σκυδίσσης. *Casaub.*

2. Ἡ δ᾽ οὖν Διοσκουριὰς) Vide periplum Arriani. *Idem.*

3. Καὶ τὸ ἑωθινώτατον) Paulò aliter Arrianus, qui hanc oram lustravit. Ille enim Ablari ostia constituit terminum longitudinis Ponti, unde jam πρὸς ἄρκτον fit ὁ πλοῦς. *Idem.* V. Eustath. ad Dionys. ℣. 687.

4. Οἱ δὲ καὶ τριακόσια) οἱ δὲ Timosthenes. Plinius H. N. Lib. VI. cap. 5. de Dioscuriade loquens, *quondam adeo clara, ut Timosthenes in eam* CCC. *nationes, quæ dissimilibus linguis uterentur descendere prodiderit: Et postea à nostris.* CXXX. *interpretibus negotia ibi gesta.* Quid mirum autem tot linguas dissimiles Dioscuriadem convenire, quando in una Albania XXVI. fuisse legimus? *Idem.*

5. Ὁ Φᾶσις μέγας) Phasidis vocabulum pro rivo vel flumine merè Syrum est. Sic Psalmo Syro XLII. 2. על פצירא דמויא (*al phaside demojo*) ad rivos aquarum. Bochart. Geograph. Sacr. lib. IV. c. 31. p. 289.

6. Ἐξ Ἀρμενίας) Dionysius de Phaside, ℣. 694.

Ἀρξάμενος τὸ πρῶτον ἀπ᾽ οὔρεος Ἀρμενίοιο. i. e.

Incipiens primum è monte Armenio.

Scholiastes Apollonii ad L. II. ℣. 401. ὁ δὲ Φᾶσις φέρεται μὲν ἀπὸ τῶν Ἀρμενίας ὀρῶν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης· ἐκδίδωσι δὲ εἰς τὴν κατὰ Κόλχους θάλασσαν. Apollonius autem ex Amarantis montibus fluere canit, Plinius Lib. VI. c. 4. è Moschicis. Uterque mons est in Armenia. *Casaub.*

7. Τόν τε Γλαῦκον) Plinius. *Ex eo per Caspium in Cyrum subvectas quinque non amplius dierum terreno itinere ad Phasin in Pontum Indicas devehi merces.* Idem.

ὁμώνυμος πόλις, ἐμπορεῖον τῶν Κόλχων, τῇ A μὲν, περιβεβλημένη τὸν ποταμὸν, τῇ δὲ, λίμνην, τῇ δὲ θάλατταν· ἐντεῦθεν δὲ πλοῦς ἐπ' Ἀμισοῦ, καὶ Σινώπης, τριῶν ἡμερῶν ἢ δύο, διὰ τὸ τοὺς αἰγιαλοὺς μαλακοὺς εἶναι, [1] καὶ τὰς τῶν ποταμῶν ἐκβολάς. Ἀγαθὴ δ' ἐστὶν ἡ χώρα, καὶ καρποῖς, (πλὴν τοῦ μέλιτος· [2] πικρίζει γὰρ τὸ πλέον) καὶ τοῖς πρὸς ναυπηγίαν πᾶσι· πολλήν τε γὰρ καὶ φύει, καὶ ποταμοῖς καταχομίζει· λινόν τε ποιεῖ πολὺ, καὶ κάναβιν, καὶ κηρὸν, καὶ πίτταν· ἡ δὲ λινουργία καὶ τεθρύλληται· καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον· [3] καί τινες βουλόμενοι συγγένειάν τινα τοῖς Κόλχοις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐμφανίζειν, B ἀπὸ τούτων πιστοῦνται. Ὑπέρκειται δὲ τῶν λεχθέντων ποταμῶν ἐν τῇ Μοσχικῇ τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερὸν, Φρίξου ἵδρυμα, καὶ μαντεῖον ἐκείνου, ὅπου κριὸς οὐ θύεται, πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν, συληθὲν δὲ ὑπὸ Φαρνάκου καθ' ἡμᾶς, καὶ μικρὸν ὕστερον ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Περγαμηνοῦ, κακωθείσης γὰρ χώρας,

Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει,

[4] φησὶν Εὐριπίδης· τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν ὅσην ἐπιφάνειαν ἔσχεν ἡ χώρα αὕτη, δηλοῦσιν οἱ μῦθοι, τὴν Ἰάσονος στρατείαν αἰνιττόμενοι, C προελθόντος μέχρι καὶ Μηδίας· ἔτι δὲ πρότερον τὴν Φρίξου· μετὰ δὲ ταῦτα διαδεξάμενοι βασιλεῖς εἰς σκηπτουχίας διῃρημένην ἔχοντες τὴν χώραν μέσως πως ἔπραττον· αὐξηθέντος δὲ ἐπὶ πολὺ Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος, εἰς ἐκεῖνον ἡ χώρα περιέστη· ἐπέμπετο * δ' ἀεί τις τῶν φίλων ὕπαρχος καὶ διοικητὴς τῆς χώρας. τούτων δ' ἦν καὶ Μοαφέρνης, [5] ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεῖος πρὸς πατρός· ἦν δ' ἔνθεν ἡ πλείστη τῷ βασιλεῖ πρὸς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις ὑπουργία· καταλυθέντος δὲ Μιθριδάτου, συγκατελύθη καὶ ἡ ὑπ' αὐτῷ πᾶσα, καὶ διενεμήθη πολ- D λοῖς· ὕστατα δὲ Πολέμων ἔσχε τὴν Κολχίδα, κἀκείνου τελευτήσαντος, [6] ἡ γυνὴ Πυθοδωρὶς κρατεῖ, βασιλεύουσα καὶ Κόλχων, καὶ Τραπεζοῦντος, [7] καὶ * Φερρακίας, καὶ τῶν

p. 499.
* Scripti δὲ καί τίς.
* Manuss. Φαρνακίας.

urbs ejusdem nominis, Colchorum emporium, ab una parte fluvio, ab altera lacu, à tertia mari cincta. Inde Amisum & Sinopen est navigatio tridui aut bidui, quod mollia sunt ea litora, & lenia fluviorum ostia. Bona est regio, fructusque ejus boni, melle demto, quod plerumque amaroris aliquid habet. Rebus etiam ad naves compingendas omnibus prædita est: multam enim materiam cùm ipsa producit, tum per amnes subvehit. Linum quoque producit copiosum, & cannabin, ceram, ac picem. Linificium etiam sermonibus hominum celebratum fuit: nam evehebatur in peregrina loca: & qui Colchorum cum Ægyptiis cognationem demonstrare volunt, isto utuntur argumento. Supra dicta flumina in Moschica regione situm est Leucotheæ templum, à Phrixo conditum, ibique oraculum ejus, ubi aries non immolatur: id opulentum pridem, nostra ætate spoliavit Pharnaces, ac paulo pòst compilavit Mithridates Pergamenus. Nam regione aliqua malè mulctata,

Deûm laborant res, & honoribus carent,

inquit Euripides. Enimverò quantus antiquitus splendor ejus fuerit regionis, fabulæ ostendunt, Jasonis expeditionem sub involucro proponentes, qui usque ad Mediam processerit, ac antea etiam Phrixi. Postea temporis successerunt reges, qui in provincias (id enim sunt sceptuchiæ) divisam ditionem mediocri rerum statu tenuerunt. Tandem Mithridates Eupator magnam nactus potentiam, istis potitus est regionibus: ab eo subinde aliquis amicorum missus est præfectus & administrator provinciæ: de quibus fuit etiam Moaphernes patris mei patruus: atque hinc regi maxima fuerunt ad rem navalem subsidia. Mithridate autem everso, etiam ditio ipsius dissipata in multos est: ultimò Polemon Colchidem habuit: eoque mortuo uxor Pythodoris regnum in Colchos, Trapezuntem, Pherraciam, & supra

1. Καὶ τὰς τῶν ποτ.) Malim, διὰ τάς. *Casaub.*

2. Πικρίζει γὰρ) Sic & Sardoum mel fuisse πικρὸν legitur. *Idem.*

3. Καί τινες βουλόμενοι) Herodotum intelligit. Is L. II. c. 104. & 105. quo loco profitetur se auctorem hujus opinionis, eamque multis rationibus stabilire enititur, præter alia argumenta hoc quoque affert, quod linum soli Colchi & Ægyptii ἐργάζονται κατὰ ταυτά. *Idem.*

4. Φησὶν Εὐριπίδης) Locus est in Troadibus (vs. 26.) Pro illis κακωθείσης γὰρ χώρας, dixit Euripid. Ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακή. *Idem.*

5. Ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεῖος) Legimus μητρὸς non πατρὸς ut Xylander deceptus lectione Aldini codicis ματρός. Sed libri veteres diserte habent μητρός. *Idem.*

6. Ἡ γυνὴ Πυθοδωρὶς) De hac plura libro duodecimo. pag. 555. *Idem.*

7. καὶ Φερρακίας) Legendùm esse Φαρνακίας nimis certum est è libro duodecimo p. 547. Pherraciam nusquam reperies: quod debuit interpretes movere. *Idem.*

accolentes barbaros tenuit: de quibus postea dicemus. Moschica, in qua templum fuit, tripartita est: partem ejus Colchi, Iberes aliam, aliam Armenii tenent. Oppidulum est in Iberia, urbs Phrixi nomine, quæ nunc Ideëssa dicitur, satis munitum, in confinio Colchidis. Apud Dioscuriadem fluit [2] Charus fluvius. De gentibus, quæ Dioscuriade conveniunt, sunt etiam Phtheirophagi, à sordibus & squalore nomen habentes. His vicini Soanes, sordibus haud quicquam inferiores, potentia autem priores, qua & fortitudine reliquos fere omnes excedunt: & in orbem circum sita tenent, summa Caucasi habitantes, quæ Dioscuriadi imminent: regem habent, & concilium CCC virorum: conducunt exercitum hominum ut fertur, etiam ad ducenta millia: tota enim multitudo ut incomposita, ita bellicosa est. Ajunt apud hos etiam aurum deferri à torrentibus, idque barbaros excipere alveolis perforatis, & velleribus lanosis: unde etiam aurei velleris exstiterit fabula: nisi fortè Iberos occiduis Iberibus (*qui Hispani sunt*) cognomines vocant, ob auri utrobique metalla. Utuntur [12] Soanes etiam veneno, quo mirabiliter cuspides inungunt, & venenatis telis sauciatos fœtor admodum est molestus. Porrò cæteræ gentes vicinæ

A ὑπερκειμένων βαρβάρων, περὶ ὧν ἐροῦμεν ἐν τοῖς ὕστερον. Ἡ δ᾽ οὖν Μοσχικὴ [1] ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν, τριμερής ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἔχουσιν αὐτῆς Κόλχοι, τὸ δ᾽ Ἴβηρες, τὸ δὲ Ἀρμένιοι· ἔστι δὲ καὶ πολίχνιον ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Φρίξου πόλις, ἡ νῦν Ἰδεήσσα, εὐερκὲς χωρίον, ἐν μεθορίοις τῆς Κολχίδος· περὶ δὲ τὴν Διοσκουριάδα, [3] ῥεῖ ὁ Χάρις ποταμός. Τῶν δὲ συνερχομένων ἐθνῶν εἰς τὴν Διοσκουριάδα, [4] καὶ οἱ Φθειροφάγοι εἰσὶν, ἀπὸ τοῦ ῥύπου, καὶ τοῦ πίνου λαβόντες τοὔνομα. πλησίον δ᾽ [5] καὶ οἱ Σόανες, οὐδὲν βελτίους τούτων τῷ πίνῳ, δυνάμει δὲ B βελτίους, σχεδὸν δέ τι καὶ κράτιστοι κατ᾽ ἀλκὴν καὶ δύναμιν· δυναστεύουσι γοῦν [6] τῶν κύκλῳ τὰ ἄκρα τοῦ Καυκάσου κατέχοντες τὰ ὑπὲρ τῆς Διοσκουριάδος· βασιλέα δ᾽ ἔχουσι, καὶ συνέδριον ἀνδρῶν τριακοσίων· συνάγουσι δ᾽ ὥς φασι, στρατείαν, καὶ εἴκοσι μυριάδων· ἅπαν γάρ ἐστι τὸ πλῆθος μάχιμον, οὐ συντεταγμένον· [7] παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ [8] χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάῤῥους· ὑποδέχεσθαι δ᾽ αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρημμέναις, [9] καὶ μαλλωταῖς δοραῖς· [10] ἀφ᾽ οὗ δὴ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον * δέρας· εἰ μὴ καὶ C Ἴβηρας [11] ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις καλοῦσιν ἀπὸ τῶν ἑκατέρωθι χρυσείων. Χρῶνται δ᾽ οἱ Σόανες φαρμάκοις πρὸς τὰς ἀκίδας [12] θαυμαστῶς, καὶ τοὺς ἀφαρμάκτοις τετρωμένους βέλεσι λυπεῖ κατὰ τὴν ὀσμήν. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἔθνη

* Scripti, δέρος & δέῤῥος.

1. ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν) Leucotheæ videlicet. *Casaub.*

2. *Charos fluvius.*) Confusa hæc sunt pro ῥιόχαρος legi ῥεῖ ὁ Χάρος. Fortè est Charistus Ptolemæi. Sæpe enim dissentiunt hi duo in situ assignando. *Xyl.*

3. Ῥεῖ ὁ Χάρις ποταμὸς) Xylandro assentiòr legenti ῥεῖ. Sed de fluvii nomine parum mihi constat. Nam si ὁ Κάρος legas & de Charisto accipias, vereor ne Straboni fiat injuria. Erit enim error magnus: quum Charistus non fluat περὶ Διοσκουριάδα, quod præter Ptolem. docent Arrianus & Plinius, à quibus tamen Χαριεῖς dicitur non Charistus. Si legas ὁ Κόραξ non multum à veritate aberraveris. Ego tamen malo ἐπέχειν. *Cas.*

4. Καὶ οἱ Φθειροφάγοι) Vide Arrianum. *Idem.*

5. Καὶ οἱ Σόανες.) Ptol. & Plin. Suani. *Idem.*

6. Τῶν κύκλῳ) Legebatur τῷ κύκλῳ quod Xylandro imposuit. Prior legit ut nos. *Idem.*

7. Παρὰ τούτοις δὲ λέγεται) Vide Plin. lib. XXXIII. cap. 3. apud quem leges, *in Suanorum gente*, non Sannorum. Nam quin Soanas intelligat, dubium non est: hos autem diximus vocari à Ptol. & Plin. Suanos. Sanni alii sunt: vide infra. L. XII. p. 548. *Idem.*

8. Χρυσὸν καταφέρειν) Colchorum enim Regibus aurum fuit affatim ex fluminum ramentis, maxime apud Soanes; Et Appian. id ipsum testatur de B. Mithr. p. 242. Χρυσοφοροῦσι δὲ ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψῆγμα ἀφανὲς, *multi fontes è Caucaso fluentes auri ramenta deferunt.* Et Eustathius in Dionys. ℣. 689. Χρυσὸν παρ᾽ αὐτοῖς οἱ χείμαῤῥοι καταφέρουσιν, *aurum apud illos torrentes deferunt.* Quo auro tradit Plinius nullum esse absolutius, quia cursu ipso trituque perpolitur. Bochart. Geogr. Sacr. lib. IV. c. 31. p. 290.

9. Καὶ μαλλωταῖς δοραῖς) Appianus habet locum ita huic parem ac similem, ut videatur Strabonem sequutus quum hæc scriberet: Multi, ait, fluvii è Caucaso fluentes auri ramenta deferunt: quæ velleribus βαθυμάλλοις in aquam conjectis, ut intra villos inhæreant, captant accolæ: unde manavit de vellere aureo Æetæ fabula. Appiani verba sunt hæc de Bellis Mithridatic. p. 242. χρυσοφοροῦσι δὲ ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψῆγμα ἀφανές. καὶ οἱ περιοικοι κώδια θέντες ἐς τὸ ῥεῦμα βαθύμαλλα, τὸ ψῆγμα ἐνισχόμενον αὐτοῖς ἐκλέγουσι· καὶ τοιοῦτον ἦν ἴσως τὸ χρυσόμαλλον Αἰήτου δέρος. i. e. *In quo monte* (Caucaso) *multi fontes sunt ferentes ramenta auri minutissima, & ob id parum conspicua: accolæ vero vellera villosa in rivos demergunt, atque ita aureas arenulas his inhærentes colligunt: & fortasse tale fuit illud inclytum Æetæ tergus aureum.* Porro vocem δοραῖς Eustathius non agnoscit: quod videtur elegantius, sicut in Euangelio, ἐν μηλωταῖς περιπατεῖν: (Hebr. XI. ℣. 37.) quanquam aliud μηλωταὶ aliud μαλλωταί. *Casaub.*

10. Ἀφ᾽ οὗ δὴ) Plura vide apud Eustathium in Dionys. & Suidam. *Idem.*

11. Ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις.) Vide ad lib. pr. p. 61. *Id.*

12. Soanes) non Poanes scribendum, liquet ex epitomis & Stephano. *Xyland.* Male Θοᾶνες Eustathio in Dionys. ℣. 689. decepto forte ab ipso Strabone qui p. 497. hos etiam Θοάνες vocat ut ibi verissime Casaubonus in margine. *Scherpez.*

12. Θαυμαστῶς καὶ) Lego θαυμαστοῖς, ὃ καὶ τοὺς. *Cas.*

τὰ πλησίον τὰ περὶ τὸν Καύκασον, λυπρὰ καὶ A μικρόχωρα· τὸ δὲ τῶν Ἀλβανῶν ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Ἰβήρων, ἃ δὴ πληροῖ μάλιστα τὸν λεχθέντα ἰσθμὸν, Καυκάσια καὶ αὐτὰ λέγοιτ' ἂν, εὐδαίμονα γὰρ χώραν ἔχει καὶ σφόδρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένην.

Καὶ δὴ καὶ ἥγε Ἰβηρία οἰκεῖται καλῶς τὸ πλέον πόλεσί τε καὶ ἐποικίοις, ὥστε καὶ κεραμωτὰς εἶναι στέγας, καὶ ἀρχιτεκτονικὴν τὴν τῶν οἰκήσεων κατασκευὴν, καὶ ἀγορὰς, καὶ τ' ἄλλα κοινά· τῆς δὲ χώρας τὰ μὲν κύκλῳ τοῖς Καυ-
p. 500. κασίοις ὄρεσι περιέχεται· προπεπτώκασι γὰρ ὡς εἶπον ἀγκῶνες ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν εὔκαρποι, B περιλαμβάνοντες τὴν σύμπασαν Ἰβηρίαν, καὶ συνάπτοντες [2] πρός τε τὴν Ἀρμενίαν, καὶ Κολχίδα· [3] ἐν μέσῳ ἐστὶ πεδίον ποταμοῖς διάρρυτον, μεγίστῳ δὲ τῷ Κύρῳ· ὃς τὴν ἀρχὴν ἔχων [4] ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, εἰσβαλὼν εὐθὺς εἰς τὸ πεδίον τὸ λεχθὲν, παραλαβὼν καὶ [5] τὸν Ἀρραβῶνα κάτω τοῦ Καυκάσου ῥέοντα, καὶ ἄλλα ὕδατα, διὰ στενῆς ποταμίας εἰς τὴν Ἀλβανίαν ἐκπίπτει· μεταξὺ δὲ ταύτης τε καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐνεχθεὶς πολὺς διὰ πεδίων εὐβοτουμένων σφόδρα, δεξάμενος καὶ πλείους ποταμοὺς, ὧν ἐστιν [6] ὅ, τε Ἀλαζώνιος, καὶ ὁ Σανδοβάνης, καὶ ὁ Ῥοιτάκης, καὶ Χάνης πλωτοὶ πάντες, εἰς τὴν Κασπίαν C
* ἐμβάλλει θάλατταν. [7] Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κόρος. Τὸ μὲν οὖν πεδίον τῶν Ἰβήρων [8] οἱ γεωργικώτατοι καὶ πρὸς εἰρήνην εὐκολίᾳ οἰκοῦσιν, Ἀρμενιστί τε, καὶ Μηδιστὶ ἐσκευασμένοι· τὴν δ' ὀρεινὴν οἱ πλείους, καὶ μάχιμοι κατέχουσι Σκυθῶν δίκην ζῶντες, καὶ Σαρματῶν, ὧνπερ καὶ ὅμοροι, καὶ συγγενεῖς εἰσίν· ἅπτονται δ' ὅμως καὶ γεωργίας, πολλάς τε μυριάδας συνάγουσιν ἐξ ἑαυτῶν, καὶ ἐξ ἐκείνων, ἐπειδάν τι συμπέσῃ θορυβῶδες. Τέσσαρες δ' εἰσὶν εἰς τὴν χώραν εἰσβολαί· μία μὲν διὰ Σαραπανῶν φρουρίου Κολχικοῦ, καὶ τῶν κατ' αὐτὸ στενῶν, D

* Scripti, ἐκβάλλει. Ald. ἐμβάλλουσι.

circa Caucasum, sterilem & angustam incolunt regionem: Albani & Iberes, quæ maximè isthmum implent gentes, Caucasiæ ipsæ quoque dici possunt: solum autem tenent felix, & quod admodum commodum habitationi sit.

¶ Et quidem Iberiæ major pars probè habitatur, [1] domibus & pagis conditis, ita ut etiam latericia tecta sint, & domorum architectonica structura, ac fora & alia publica ædificia. Pars ejus Caucasiis includitur montibus: nam, ut dixi, montis ejus porriguntur versus meridiem cubiti quidam frugiferi, universam cingentes Iberiam, & pertinentes ad Armeniam & Colchidem. In medio eorum planicies est fluviis irrigua, quorum Cyrus est maximus. Is in Armenia ortus, statim in eam incidit planiciem, adsumpto etiam Arrabone è Caucaso defluente, & aliis aquis, per angustum alveum in Albaniam se effundit. Inter hanc porrò & Armeniam copiosus labens per campos optima habentes pascua, receptis etiam pluribus amnibus, Alazonio, Sandobane, Rœtace, & Chane, qui omnes sunt navigabiles, in Caspium exit mare. Olim Corus vocabatur. Campestria Iberorum agriculturæ & pacis studiosissimi facilè habitant Armenio & Medico cultu. Montana plures & bellicosi habent, Scytharum more ac Sarmatarum viventes, quorum etiam finitimi sunt atque cognati: agriculturam tamen hi quoque attingunt: multaque hominum millia è suo corpore & illis cogunt, si quis incidat tumultus. Quatuor sunt in Iberiam aditus. Unus per Sarapana Colchicum castellum, & angustias quæ ponè sunt:

1. Hopperus vertit *urbibus & habitationibus* forte concinnius *urbibus & coloniis*.

2. Πρός τε τὴν Ἀρμενίαν) Tangit Iberia Armeniam latere meridiano, Colchidem autem occiduo. *Casaub.*

3. Ἐν μέσῳ πεδίον) De hac planitie loquitur Plinius libro VI. cap. 10. *Planitiem omnem à Cyro usque, Albanorum gens tenet: mox Iberum, discreta ab aliis amne Alazone in Cyrum è Caucasiis montibus defluente.* Id.

4. Ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας) Plinius H. Nat. Lib. L. VI. c. 9. aliter: *Cyrus*, inquit, *oritur in Heniochiis montibus, quos alii Corapicos* (al. *Coraxicos*) *vocavere.* Hunc fluvium Plut. & Dio Cyrnum semper vocant, non Cyrum. Appianus de Bellis Mithridatic. pag. 242. Cyrtum. *Idem.*

5. Τὸν Ἀρραβῶνα) Non memini alibi legisse me hunc fluvium. Ἀλαβὼν Stephano est ποταμὸς καὶ πόλις: quod nescio an huc pertineat. At scripti habent Ἀρραγῶνα. *Idem.*

6. Ὅ, τε Ἀλαζώνιος) Plinio *Alazon.* Idem.

7. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κόρος) Cyrus autem est appellatus à Cyro rege quando Scythas infesto exercitu petens eum trajecit, Ammianus Marcellinus lib. XXIII. c. 6. p. 375. *Amnes has regiones prætereunt multi, quorum maximi sunt Choaspes & Gyndes & Amardus, & Charynda, & Cambises, & Cyrus, cui magno & spatioso Cyrus ille superior rex amabilis, abolito vetere, id vocabulum dedit, quum ereptum ire regna Scythica destinaret, quod & fortis esset ut ipse ferebatur, & vias sibi, ut ille, impetu ingenti molitus, in Caspium dilabitur mare.* Hæc Ammianus: à quo videtur dissentire Strabo noster lib. XV. ut ibi notavimus. *Idem.*

8. Οἱ γεωργικώτατοι καὶ πρὸς εἰρήνην ἐν εὐκολίᾳ) Libri veteres habent γεωργικώτεροι, & una voce præterea sunt auctiores. καὶ πρὸς εἰρήνην νενευκότες, ἐν εὐκολίᾳ οἰκοῦσιν. Idem.

1. Γεφυ-

per quas Phaſis pontibus CXX. junctus propter obliquitatem, aſper & violentus in Colchidem defluit, locis iſtis per imbres multis torrentibus exeſis & in convallem redactis. Oritur Phaſis ex ſuperjacentibus montibus, è multis confluens ſcaturiginibus: in campis autem alios in ſe recipit fluvios, quorum ſunt Glaucus & Hippus: ita completus, ac navigabilis factus, in Pontum exit. Urbs ei impoſita eſt, ejuſdem nominis, & lacus in vicinia. In Iberiam ergo è Colchide talis eſt aditus, ſaxis, caſtellis, & fluviis convalles facientibus interceptus. E Nomadibus autem verſus ſeptentrionem degentibus tridui eſt adſcenſus difficilis: poſt hunc anguſtiæ per quas fluvius labitur Aragus, quatuor dierum iter ad unum: munit autem extrema hujus viæ murus, haud facilè expugnabilis. Ab Albania per ſaxa principio exciſa eſt via: deinde per paludem quam fluvius è Caucaſo decidens efficit. Ab Armenia anguſtiæ ſunt ad fluvios Cyrum & Aragum: qui, antequam confluant, urbes habent munitas, ſaxis impoſitas, ad XVI. ſtadia inter ſe diſtantes: Cyro Harmozica imminet, Arago Seumara. His aditibus primum Pompejus, deinde Canidius uſi ſunt. 4 Quatuor hominum genera Iberiam incolunt. Primum è quo reges deligunt, ætate ſemper maximum de regis prioris cognatis, proximè minor natu jus dicit, exercitúſque ducit. Secundum eſt ſacerdotum, qui & jura cum finitimis communia procurant. Tertium eſt militum & agricolarum. Quartum eſt plebs, qui ſunt ſervi regii, & omnia ad uſus vitæ neceſſaria obeunt miniſteria. Communes eis ſunt poſſeſſiones ſecundum familias: imperat & gubernat quamvis earum natu maximus. Tales ſunt Iberes & eorum ſolum.

Albani magis dediti ſunt paſcendo pecori, & affiniores vago generi, non tamen alieni, eademque de cauſa etiam mediocriter bellicoſi. Habitant inter Iberos & mare Caſpium,

A δι' ὧν ὁ Φᾶσις [1] γεφύραις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι περατὸς γινόμενος διὰ τὴν σκολιότητα, καταῤῥεῖ τραχὺς, καὶ βίαιος εἰς τὴν Κολχίδα, πολλοῖς χειμάῤῥοις κατὰ τὰς ἐπομβρίας ἐκχαραδρουμένων τῶν τόπων· γίνεται δ' ἐκ τῶν ὑπερκειμένων ὀρῶν πολλαῖς συμπληρούμενος πηγαῖς· ἐν δὲ τοῖς πεδίοις καὶ ἄλλους προσλαμβάνει ποταμοὺς, ὧν ἐστιν, ὅ, τε Γλαῦκος, καὶ ὁ Ἵππος· πληρωθεὶς δὲ, καὶ γινόμενος πλωτὸς ἐξίησιν εἰς τὸν Πόντον· καὶ ἔχει πόλιν ὁμώνυμον ἐπ' αὐτῷ, καὶ λίμνην πλησίον. Ἡ μὲν οὖν ἐκ τῆς Κολχίδος εἰς τὴν Ἰβηρίαν * εἰσβολὴ τοιαύτη, πέτραις, καὶ ἐρύμασι, καὶ ποταμοῖς χαραδρώδεσι διακε-
B κλεισμένη. Ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἄρκτον Νομάδων ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀνάβασις χαλεπή· καὶ μετὰ ταύτην ποταμία στενὴ ἐπὶ τοῦ Ἀράγου ποταμοῦ τεττάρων ἡμερῶν ὁδὸν ἔχουσα ἐφ' ἕνα· φρουρεῖ δὲ τὸ πέρας τῆς ὁδοῦ τεῖχος δύσμαχον· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλβανίας, διὰ πέτρας πρῶτον * λατομητὴ εἴσοδος, εἶτα διὰ τέλματος, ὃ ποιεῖ ὁ ποταμὸς ἐκ τοῦ Καυκάσου καταπίπτων. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρμενίας τὰ ἐπὶ τῷ Κύρῳ στενὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τῷ Ἀράγῳ· καὶ γὰρ πρὶν εἰς ἀλλήλους συμπεσεῖν ἔχουσιν ἐπικειμένας πόλεις ἐρυμνὰς ἐπὶ πέτραις, * διεχούσας ἀλλήλων ὅσον ἑκκαίδεκα σταδίους· ἐπὶ
C μὲν τῷ Κύρῳ, [2] τὴν Ἁρμοζικὴν, ἐπὶ δὲ θατέρῳ * Σεύμαρα. Ταύταις δ' ἐχρήσατο ταῖς εἰσβολαῖς πρότερον Πομπήϊος, ἐκ τῶν Ἀρμενίων ὁρμηθείς· [3] καὶ μετὰ ταῦτα Κανίδιος. [5] Τέτταρα, δὲ καὶ γένη τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ τὴν χώραν, ἓν μὲν, καὶ πρῶτον, ἐξ οὗ τοὺς βασιλέας καθιστᾶσι, κατ' ἀγχιστείαν τε, καὶ ἡλικίαν τὸν πρεσβύτατον· ὁ δὲ δεύτερος δικαιοδοτεῖ, καὶ στρατηγεῖ. δεύτερον δὲ τὸ τῶν ἱερέων, οἳ ἐπιμελοῦνται καὶ τῶν πρὸς τοὺς ὁμόρους δικαίων· τρίτον δὲ τὸ τῶν στρατευομένων καὶ γεωργούντων· τέταρτον δὲ τὸ τῶν λαῶν, οἳ βασιλικοὶ δοῦλοί εἰσι, καὶ πάντα διακονοῦνται τὰ πρὸς τὸν βίον· κοιναὶ δ' εἰσὶν * αὐτῶν αἱ κτήσεις κατὰ συγγένειαν· ἄρχει
D δὲ καὶ ταμιεύει ἑκάστην ὁ πρεσβύτατος· τοιοῦτοι μὲν οἱ Ἴβηρες, καὶ ἡ χώρα αὐτῶν.

Ἀλβανοὶ δὲ ποιμενικώτεροι, καὶ τοῦ νομαδικοῦ γένους ἐγγυτέρω, πλὴν οὐκ ἀλλότριοι· ταύτῃ δὲ καὶ [6] πολεμικοὶ μετρίως· οἰκοῦσι δὲ μεταξὺ τῶν Ἰβήρων, καὶ τῆς Κασπίας θαλάττης,

* Scripti, ἐμβολή.
* Scripti λατομητῆς.
p. 501.
* Scripti, διεχούσαις.
* Scripti, Σευσάμορα.
* Manuſſ. αὐτοῖς.

1. Γεφύραις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι) Illa καὶ εἴκοσι non agnoſcit Euſtathius locum citans. *Caſaub.*
2. Τὴν Ἁρμοζικὴν) Ptolemæus Ἁρμάκτικαν vocat. *Idem.*
3. Καὶ μετὰ ταῦτα Κανίδιος) Hic eſt Canidius Baſſus, de cujus rebus geſtis in Iberia & Albania, vide Dionem libro XLIX. *Idem.*
4. *Quatuor.*) In Græco καὶ δέκα eſt, ut non quatuor, ſed XIV. ſint. Sed quatuor duntaxat recenſentur. Sed & in Albania multa non cohærent, ego in vertendo ſecutus ſum ſenſum. *Xyland.*
5. Τέτταρα δὲ καὶ γένη) Sic eſt legendum: Ait καὶ, quaſi diceret: ſicuti ſunt quatuor εἰσβολαὶ, ita quatuor ſunt γένη ἀνθρώπων. Hoc qui non animadvertebant, locum corrupêre. *Caſaub.*
6. Πολεμικοὶ μετρίως) Et tamen Dionyſio ψ. 731. dicuntur ἀρήϊοι. Plutarchus Iberes ait Albanis eſſe πολεμικωτέρους. Idem.

1. Πρὸς

[1] πρὸς ἕω μὲν ἁπτόμενοι τῆς θαλάττης, πρὸς δύσιν A δὲ ὁμοροῦντες τοῖς Ἴβηρσι· τῶν δὲ λοιπῶν πλευρῶν τὸ μὲν βόρειον, φρουρεῖται τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι· ταῦτα γὰρ ὑπέρκειται τῶν πεδίων, καλεῖται δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ μάλιστα Κεραύνια, τὸ δὲ νότιον ποιεῖ ἡ Ἀρμενία παρήκουσα· πολλὴ μὲν πεδιάς, πολλὴ δὲ καὶ ὀρεινή, καθάπερ ἡ [2] Καμβυσήνη· καθ' ἣν ἅμα, καὶ τοῖς Ἴβηρσι καὶ τοῖς Ἀλβανοῖς οἱ Ἀρμένιοι συνάπτουσιν. Ὁ δὲ Κῦρος ὁ διαρρέων τὴν Ἀλβανίαν, καὶ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ οἱ πληροῦντες ἐκεῖνον, [3] ταῖς μὲν τῆς γῆς ἀρεταῖς προσλαμβάνουσι, τὴν δὲ θάλατταν ἀλλοτριοῦσιν· ἡ γὰρ χοῦς, προσπίπτουσα πολλή, πληροῖ τὸν πόρον, ὥστε καὶ τὰς ἐπικειμένας νησίδας ἐξηπειροῦσθαι, B καὶ τενάγη ποιεῖν ἀνώμαλα, καὶ δυσφύλακτα· τὴν δ' ἀνωμαλίαν ἐπιτείνουσιν αἱ ἐκ τῶν πλημμυρίδων ἀνακοπαί· καὶ δὴ καὶ [4] εἰς στόματα δώδεκα φασὶ μεμερίσθαι τὰς ἐκβολάς, τὰ μὲν τυφλά, τὰ δέ, [5] παντελῶς ἐπιγελῶντα, καὶ μηδὲν ὕφορμον ἀπολείποντα· ἐπὶ πλείους γοῦν, ἢ ἑξήκοντα σταδίους ἀμφικλύστου τῆς ἠϊόνος οὔσης τῇ θαλάττῃ, καὶ τοῖς ποταμοῖς, ἅπαν [6] εἶναι μέρος αὐτῆς ἀπροσπέλαστον· τὴν δὲ χοῦν καὶ μέχρι πεντακοσίων παρήκειν σταδίων. θινώδη ποιοῦσαν τὸν αἰγιαλόν· [7] πλησίον δὲ καὶ ὁ Ἀράξης ἐμβάλλει, τραχὺς ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐκπίπτων· ἣν δὲ ἐκεῖνος προωθεῖ χοῦν, πορευτὸν ποιῶν τὸ ῥεῖθρον, ταύτην ὁ C Κῦρος ἀναπληροῖ· τάχα μὲν οὖν τῷ τοιούτῳ γένει τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν δεῖ θαλάττης· οὐδὲ γὰρ τῇ γῇ
p. 502. χρῶνται κατ' ἀξίαν· [8] πάντα μὲν γὰρ ἐκφέρουσι καρπόν, καὶ τὸν ἡμερώτατον, πᾶν δὲ φυτόν·

hos ortum, illos versus occasum attingentes: de cæteris lateribus septentrionale munitur Caucasiis montibus, qui planiciei imminent, & quà ad mare pertinent Ceraunii vocantur: austrinum efficit Armenia juxta porrecta, partim planicie magna, partim etiam montana: qualis est Cambysena, qua Armenii & Iberos & Albanos attingunt. Cyrus verò Albaniam perfluens, reliquique eum implentes fluvii, soli quidem ubertatem adjuvant, sed mare alterant. Multum enim cœni ingestum, implet trajectum, adeo ut insulæ quoque exiguæ propinquæ adjungantur continenti, fiantque paludes inæquales & observatu difficiles. Augent hanc inæqualitatem æstuum relisiones. Et quidem ferunt duodecim eum ostiis exire, partim cæcis, partim omnino fluctum refringentibus, nullamque navibus stationem relinquentibus: cumque litus ad plura LX. stadia mari & fluviis undique alluatur: totam ejus partem istam esse inaccessam: limum autem etiam ad IO. stadia promoveri, & quasi aggerem quendam litori præstruere. Haud procul inde Araxes etiam influit, asper ex Armenia se proruens. Quod limi ille protrudit alveum faciens pervium, Cyrus aqua opplet. Fortasse huic hominum generi nihil opus est mari, cùm ne terra quidem ut par erat utantur. Etenim ea omnis generis fructum, etiam mitissimum, profert, omnes plantas,

1. Πρὸς ἕω μὲν ἁπτόμενοι) Ptol. sic, Albania περιορίζεται à septentrionibus, τῇ Σαρματίᾳ, ab occidente, τῇ Ἰβηρίᾳ, à meridie parte τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, usque ad mare Hyrcanium, κατὰ τὰς ἐκβολὰς Κυρροῦ ποταμοῦ. ab oriente parte Caspii maris, quæ est inter duorum fluminum ostia, Cyri & Soanorum. *Cas.*

2. Καμβυσήνη) Sic videtur appellata regio, per quam fluit Cambyses fluvius: cujus meminere Plinius, Dio, Marcellinus, alii. Apud Stephanum scribimus, Καμβυσήνη, καθὰ Ξερξήνη, ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου. Verum quod addit Stephanus Περσικαὶ χῶραι, dubito quàm sit verum: nisi Persicam regionem intelligas, quæ Persarum regi paruit. *Idem.* Vid. Berkel. in Steph. in voce Καμβυσήνη.

3. Ταῖς μὲν τῆς γῆς ἀρεταῖς προσλαμβάνουσι) In MS. Cod. meo ἀνεκδότῳ inscripto, παλαιῶν πάνυ λέξεων. in dict. Ἀλβανοί, hæc notantur, ὄνομα ἔθνους Γαλατῶν. τούτων φασὶ τὴν γῆν εὐδαίμονα καὶ καρποὺς ἐνεγκοῦσαν ἀγαθούς. οἶνον πολὺν καὶ ἡδὺν ἔχουσαν. h.e. *Albani, nomen gentis Galatarum, horum ajunt terram felicem esse, & fructuum bonorum feracem: ac vini suavis copiam proferentem.* Statius Papin. lib. IV. Syl. ad Jul. Men. ℣. 35.
Albanoque cadum sordentem promere fumo. Morel.

4. Εἰς στόματα δώδεκα φασὶ μεμερίσθαι) Appianus de Cyro de Bellis Mithridatic. p. 242. Ὃς δυόδεκα στόμασι πλωτοῖς ἐς τὴν Κασπίαν θάλασσαν ἐρεύγεται, πολλῶν ἐς αὐτὸν ἐμβαλόντων ποταμῶν, καὶ μεγίστου πάντων Ἀράξου. Vide Plutarchi Pompej. p. 637. T.I. ed. FFurt. *Casaub.*

5. Παντελῶς ἐπιγελῶντα) Interpretes elegans hoc loquendi genus non intellexere: γελᾶν sive ἐπιγελᾶν mare dicitur, quando ita diffunditur, ut solent, qui vehementius rident, unde etiam κῦμα apud Platonem pro vehementiore risu positum esse norunt eruditi. Æschylus Prometheo δεσμώτῃ. ℣. 89.

--- ποντίων τε κυμάτων
ἀνήριθμον γέλασμα.
--- *Marinorumque fluctuum*
Crispatio innumerabilis.

D Ad quem locum vide scholiasten (& Stanlejum.) sic Oppianus Ἁλιευτικῶν lib. IV. vs. 333.

--- μάλα πάντες ἀολλέες ἐγγὺς ἕπονται
Κύματος ἀκροτάτοιο γέλως ὅθι χέρσον ἀμείβει.
--- *Admodum omnes densi pone sequuntur*
Fluctus extremi visus ubi terram attingit.

Στόματα igitur ἐπιγελῶντα sunt, quæ latissime diffunduntur. *Idem.* Lucretio mare dicitur ridere. I. ℣. 8.
Tibi rident æquora ponti.
Cachinnare Accio in Phœnissis:
Cum crepitu clangentes cachinnant. Adde Passeratum in Catullum p. 59. La Cerd. ad Virg. Æn. VII. 9.

6. Εἶναι μέρος αὐτῆς) Puto deesse post hæc verba, συμβέβηκε τοῦτο. *Idem.*

7. Πλησίον δὲ καὶ ὁ Ἀράξης) Hæc quorundam fuit sententia: alii hunc quoque volunt Cyrum ingredi, vide Plutarch. in Pompejo. *Idem.*

8. Πάντα μὲν γὰρ ἐκφέρουσιν) Puto per parenthesin hæc dici, & γὰρ deleto ἐκφερούσῃ scriptum. Homerica ex Homero correxi de vita Cyclopica. *Xyland.*

adeoque semper quoque virentes: cum tamen ne exiguus quidem cultus adhibeatur.

Nam sine semente hac, & duri vomeris usu

Omnia proveniunt. —

sicut dixerunt nobis qui eam administraverunt provinciam, Cyclopicam quondam enarrantes vivendi rationem: nam consitum ibi agrum ferunt semel, bis proferre aut etiam ter frugem: & sanè primò quinquagechum & quæ non renovetur. cùm quidem non ferro, sed prorsus ligneo aratro terra proscindatur. Rigatur tota planicies fluminibus, aliisque aquis magis etiam quàm Babylonia aut Ægyptia. Itaque cùm semper herba viret, tum pascuis est admodum apta: aëris quoque est melior quam isthic temperies. Vites nunquam omnino fodiuntur, quinquennio exacto demum putantur: novellæ secundo jam anno statim fructum ferunt: adultæ tantum, ut magna pars in palmitibus relinquatur. Vegeta sunt etiam apud eos animalia tam mansueta quàm fera. Ipsi forma & magnitudine aliis præstant hominibus, moribus simplices, & à cauponando alieni: ut qui ne numismate quidem utantur plerunque, neque ultra centenarium numerare noverint, ac permutatione mercium utantur. Cætera quoque ad vitæ usum pertinentia negligenter tractant, imperiti ponderum & mensurarum exactarum: quin & bellum, ac rem civilem, & agriculturam improvidè obeunt. Tamen & pedites, & ex equis pugnant, levi gravique armatura, ut Armenii. Majorem quàm Iberi exercitum ducunt. Armant enim etiam LX. millia virorum, equitumque XXII. millia, quantis copiis adversus Pompejum decertaverunt. His quoque in bello auxiliantur Nomades adversum exteros, ut & Iberis eadem de causa. aliàs sæpe adoriuntur homines, adeoque agricultura prohibent. Albani jaculis utuntur & sagittis:

A καὶ γὰρ τὰ ἀειθαλῆ φέρει· τυγχάνει δ' ἐπιμελείας * οὐδὲ μικρᾶς, * [1] ἀλλὰ τ' ἀγαθὰ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα ἄπαντα φύεται, καθάπερ * οἱ στρατηγήσαντές φασι, Κυκλώπειόν τινα διηγούμενοι βίον· πολλαχοῦ γοῦν σπαρεῖσαν ἅπαξ, δὶς ἐκφέρειν καρπὸν, ἢ καὶ τρίς· τὸν δὲ πρῶτον, καὶ * πεντηκοντάχουν [2] ἀνέαστον· [3] καὶ ταῦτα οὐδὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν· [4] ἀλλ' αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ. Ποτίζεται δὲ πᾶν τὸ πεδίον, τοῦ Βαβυλωνίου, καὶ τοῦ Αἰγυπτίου μᾶλλον τοῖς ποταμοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ὕδασιν· ὥστ' ἀεὶ ποώδη φυλάττειν τὴν ὄψιν· διὰ δὲ τοῦτο
B καὶ εὔβοτόν ἐστι· πρόσεστι δὲ καὶ τὸ εὐαέρον ἐκείνῳ μᾶλλον· ἄσκαφοι δὲ ἄμπελοι μένουσι διὰ τέλους, τεμνόμεναι διὰ πενταετηρίδος· νέαι μὲν διετεῖς ἐκφέρουσιν ἤδη καρπόν. τέλειαι δ' ἀποδιδόασι τοσοῦτον, ὥστε ἀφιᾶσιν ἐν τοῖς κλήμασι πολὺ μέρος· εὐερνῆ δ' ἐστὶ καὶ τὰ βοσκήματα παρ' αὐτοῖς, τά τε ἥμερα, καὶ τὰ ἄγρια· καὶ οἱ ἄνθρωποι κάλλει, καὶ μεγέθει διαφέροντες· ἁπλοῖ δὲ καὶ οὐ καπηλικοί· οὐδὲ γὰρ νομίσματι τὰ πολλὰ χρῶνται, οὐδὲ ἀριθμὸν ἴσασι μείζω τῶν ἑκατόν· ἀλλὰ φορτίοις τὰς ἀμοιβὰς ποιοῦνται· καὶ πρὸς τἄλλα δὲ
C τὰ τοῦ βίου ῥαθύμως ἔχουσιν· ἄπειροι δ' εἰσὶ καὶ μέτρων τῶν ἐπ' ἀκριβὲς, καὶ σταθμῶν· καὶ πολέμου δὲ, καὶ πολιτείας, καὶ γεωργίας ἀπερινοήτως ἔχουσιν· ὅμως δὲ καὶ πεζοὶ, καὶ ἀφ' ἵππων ἀγωνίζονται, ψιλοί τε καὶ κατάφρακτοι καθάπερ Ἀρμένιοι· στέλλουσι δὲ μείζω τῆς Ἰβήρων στρατιᾶς· ὁπλίζουσι γὰρ καὶ ἓξ μυριάδας ἀνδρῶν· ἱππέας δὲ [5] δισμυρίους, καὶ δισχιλίους, ὅσοις πρὸς Πομπήϊον ἐκινδύνευσαν. Καὶ τούτοις δὲ συμπολεμοῦσιν οἱ Νομάδες πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ὥσπερ τοῖς Ἴβηρσι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· ἄλλως δ' ἐπιχει-
D ροῦσι τοῖς ἀνθρώποις πολλάκις, ὥστε καὶ γεωργεῖν κωλύουσιν· ἀκοντισταὶ δέ εἰσι καὶ τοξόται,

* Manuss. οὐ μικρᾶς. & οὐδεμιᾶς. Odyss. ι. 109.

* Sic scripserat Strabo: ut ex vett. lib. apparet: In q. tamen legitur φύονται.

* Scripti, στρατεύσαντες.

* Vett. q. πεντάχουν.

1. Ἀλλὰ τ' ἀγαθὰ) Eruditus vir quum rectè agnovisset hic Homeri verba, rursus in eo gravissimè peccavit, locumque adeo totum corrupit, dum ipsum poëtæ carmen ascripsit, ad quod respexerat tantum Strabo: non autem ipsum usurpaverat integrum: quod & bonis scriptoribus familiare est, & confirmant veteres codices. Nos igitur locum in integrum restituimus. *Casaub.*

2. Ἀνέαστον) Videtur aliquid deesse. Sensus est perspicuus. *Idem.*

3. Καὶ ταῦτα οὐδὲ σιδήρῳ τμηθ.) Pertinet hoc quoque ad laudem boni agri. Sic libro XV. dicit terram ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν, tamen ἐκφέρειν καρπὸν καλόν. Ita enim ille locus legi debet. *Idem.*

4. Ἀλλ' αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ.) Pro ὁλόξυλον dixit αὐτόξυλον. Sic Thucydid. libro quinto cap. 20. αὐτοδεκαετῶν διελθόντων, hoc est, ὅλων δέκα ἐτῶν. Cicero aliquando Græcos imitatur, ut ad Atticum Lib. V. Ep. 11. *Decem ipsos dies Athenis fui*, hoc est, integros. *Idem.*

5. Δισμυρίους καὶ δισχιλίους) Legendum μυρίους, ex Plutarcho T. I. p. 638. ed. FFurt, κατέλαβε, inquit de Pompejo cum Albanis bellum gerente, πρὸς Ἄβαντι ποταμῷ παρατεταγμένους, ἑξακισμυρίους πεζοὺς, καὶ δισχιλίους ἱππεῖς ἐπὶ μυρίοις. Appianus in hac parte negligentior fuit. Verumtamen etiam ex eo probari potest locum ita esse emendandum. Non dubito autem ego, quin & Strabo & Plutarchus eundem secuti essent auctorem, Theophanem Mitylenæum, qui Pompejo in hac expeditione comes postea res gestas ab eo conscripserat. *Idem.*

A θώρακας ἔχοντες καὶ θυρεούς· [1] περίκρανα δὲ θήρεια παραπλησίως τοῖς Ἴβηρσιν. Ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν χώρας, καὶ ἡ Κασπιανὴ τοῦ Κασπίου ἔθνους * ὁμώνυμος, οὗπερ καὶ ἡ θάλαττα, ἀφανοῦς ὄντος νυνί· ἡ δὲ ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἀλβανίαν εἰσβολὴ διὰ τῆς Καμβυσηνῆς ἀνύδρου τε καὶ τραχείας ἐπὶ τὸν Ἀλαζώνειον ποταμόν. [2] Θηρευτικοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ [3] καὶ οἱ κύνες αὐτῶν εἰς ὑπερβολήν, οὐ τέχνῃ μᾶλλον, ἢ σπουδῇ τῇ περὶ * τοῦτο. Διαφέρουσι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς. Νυνὶ μὲν οὖν εἷς ἁπάντων ἄρχει· πρότερον δὲ καὶ καθ' ἑκάστην γλῶτταν ἰδίᾳ B ἐβασιλεύοντο ἕκαστοι· γλῶτται δ' εἰσὶν ἓξ καὶ εἴκοσι αὐτοῖς, διὰ τὸ μὴ εὐεπίμικτον πρὸς ἀλλήλους. Φέρει δ' ἡ γῆ καὶ τῶν ἑρπετῶν ἔνια τῶν θανασίμων, καὶ σκορπίους, καὶ φαλάγγια· τῶν δὲ φαλαγγίων τὰ μὲν, ποιεῖ γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ, κλαίοντας πόθῳ τῶν οἰκείων. Θεοὺς δὲ τιμῶσιν· Ἥλιον καὶ Δία καὶ Σελήνην· διαφερόντως δὲ τὴν σελήνην· ἔστι δ' αὐτῆς τὸ ἱερὸν τῆς Ἰβηρίας πλησίον· ἱερᾶται δ' ἀνὴρ ἐντιμότατος, μετά γε τὸν βασιλέα προεστὼς τῆς ἱερᾶς χώρας, πολλῆς καὶ εὐάνδρου, καὶ αὐτῆς, καὶ τῶν ἱεροδούλων, ὧν ἐνθουσιῶσι πολλοὶ, καὶ προφητεύουσιν· ὃς δ' ἂν αὐτῶν ἐπὶ πλέον κατάσχετος γενόμενος C πλανᾶται κατὰ τὰς ὕλας μόνος, τοῦτον συλλαβὼν ὁ ἱερεὺς, ἁλύσει δήσας ἱερᾷ τρέφει πολυτελῶς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον· ἔπειτα προαχθεὶς εἰς τὴν θυσίαν τῆς θεοῦ, σὺν ἄλλοις ἱερείοις [4] θύεται μυρισθείς. Τῆς δὲ θυσίας ὁ τρόπος οὗτος· ἔχων τις ἱερὰν λόγχην ᾗ περ ἐστὶ νόμος ἀνθρωποθυτεῖν, παρελθὼν ἐκ τοῦ πλήθους, παίει διὰ τῆς πλευρᾶς εἰς τὴν καρδίαν, οὐκ ἄπειρος τοιούτου· πεσόντος δὲ σημειοῦνται μαντεῖά τινα ἐκ τοῦ πτώματος, καὶ εἰς τὸ κοινὸν ἀποφαίνουσι· κομισθέντος δὲ τοῦ σώματος εἴς τι χωρίον, ἐπιβαίνουσιν ἅπαντες καθαρσίῳ χρώμενοι. Ὑπερβαλλόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβανοὶ, καὶ D τὸ τῶν ἄλλων [5] καὶ τὸ τῶν γονέων μόνων· τεθνηκότων δὲ οὐχ ὅσιον φροντίζειν οὐδὲ μεμνῆσθαι· συγκατορύττουσι μέντοι τὰ χρήματα αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο πένητες ζῶσιν· οὐδὲν πατρῷον ἔχοντες· ταῦτα μὲν περὶ Ἀλβανῶν. Λέγεται δ' Ἰάσονα μετ' Ἀρμενίου τοῦ Θετταλοῦ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ τοὺς

* Manuss. ἐπώνυμος.

* Scripti τούτων.

p. 503.

A thoraces gestant ac clypeos, & galeas ferinas itidem ut Iberi. Ad Albaniam pertinet etiam Caspiana, nomen à Caspia gente gerens, unde & mari appellatio: ea gens nunc obscura prorsus est. Ex Iberia in Albaniam aditus per Cambysenam aqua carentem & asperam est ad fluvium Alazonium. Excellunt venatione cùm Albani tum eorum canes, non arte magis quam studio, quod ei rei impendunt. Præstant etiam aliis reges. Nunc quidem unus universis imperat: quondam singuli eadem utentes lingua populi, suum quisque habuerunt regem. Linguæ sunt iis XXVI, quia non multis inter B se commerciis devinciuntur. Fert ea regio lethalia animalia quædam: scorpios etiam & phalangia. Phalangiorum alia cum risu necant, alia flentes suorum ob desiderium. Deos colunt: Solem, Jovem, Lunam, atque hanc quidem præcipuè. templum hujus est Iberiæ vicinum. ei præficitur sacerdos, primo secundum regem honore, præestque amplæ & viris abundanti ditioni, cùm quæ ad sacerdotium, tum quæ ad sacros ministros pertinent. Horum multi divino instinctu correpti vaticinantur: qui verò eorum furore vehementiore agitatus solus per C sylvas vagatur, hunc comprehensum sacerdos sacra vincit catena, & sumptuose per illum alit annum: productus deinde ad rem sacram deæ faciendam, unà cum aliis victis mactatur unguentis delibutus. Sacrificii ritus hic est. Quidam sacram tenens hastam, qua fas est homines sacrificandi causa interficere, comminus accedens latus hasta trajecti cor ferit, rei hujus non imperitus. Collapso isto, è cadavere divinationes quasdam concipiunt, inque publicum enunciant: & cadaver in certum locum deferentes, id lustrandi causa universi calcant pedibus. Summopere senectutem Albani venerantur, cùm D aliorum, tum parentum. Mortuorum autem curam gerere aut mentionem facere nefas putant. Pecunias quidem unà cum defunctis sepeliunt, ideoque pauperes vivunt, nihil paternorum possidentes. Hæc de Albanis. Ferunt Iasonem cum Armenio Thessalo in navigatione ad

1. *Περίκρανα δὲ θήρεια*) Plutarchus ait Albanos qui cum Pompejo sunt congressi, fuisse *φαύλως ὡπλισμένους, καὶ δέρμασι θηρίων τοὺς πολλούς*. *Cas.*

2. *Θηρευτικοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ κύνες αὐτῶν εἰς ὑπερβολήν. Excellunt venatione tam ipsi quam canes eorum*) Non minus ad Iberos quam Albanos referenda esse videntur. Vlitius in Comment. ad Nemesian. Cyneg. vs. 127.

Ne quorum proles de sanguine manat Ibero.

3. *Καὶ οἱ κύνες αὐτῶν*) Albanorum canes opinor intelligebat Oppianus cum Iberes commendabat, nisi & horum canes excelluere. *Casaub.*

4. *Θύεται μυρισθείς*) Aldi codex *μυριαθείς*. Libri veteres habent *μερισθείς*, alii rectius *μυρισθείς*. *Idem.*

5. *Καὶ τὸ τῶν γονέων μόνων*) Lego cum priore interprete & libris sctiptis *οὐ τὸ τῶν γονέων μόνων*. Alioquin vox *μόνων* tollenda fuerit. *Idem.*

Colchos instituta profectum fuisse usque ad mare Caspium, & Iberiam, Albaniamque peragrasse, magnamque Armeniæ & Mediæ partem. quod & Jasonea, & alii testantur commentarii. Armenium porrò ferunt oriundum fuisse Armenio, urbe juxta Bœbeidem paludem inter Larissam & Pheras, & quos ille secum duxit, eos incoluisse Acilesinam, & Syspiertidem usque ad Calachanam & Adiabenam: & quidem Armeniæ nomen à se reliquisse. ¶ In montibus, qui supra Albaniam sunt siti, Amazonibus quoque sedes fuisse perhibent. Sanè Theophanes qui Pompeji castra secutus in Albania fuit, inter Amazonas & Albanos ait habitasse Gelas & Legas Scythicos populos: indeque Mermadalin amnem profluere inter hos & Amazones medio spacio. Alii, atque inter hos Metrodorus Scepsius & Hypsicrates, ne ipsi quidem locorum ignari, Gargarensibus confines eas habitasse asserunt in radicibus Caucasiorum montium septentrioni obversorum, quæ Ceraunia dicuntur. Eas reliquum tempus ita exigere, ut plantandi, arandi, pascendique, equos maxime, operas ipsæ navent: fortissimæ etiam equis venatui sedent, & bellicam rem exercent, omnibus etiamnum infantibus dextram aduri mammam, ut ad quosvis usus expeditè brachium suo fungatur munere, ad jaculandum uti eas & arcu, & sagari (*quod gladii genus est*) & pelta: è pellibus ferarum cassides conficere, tegumenta,

A Κόλχους, ὁρμῆσαι μέχρι τῆς Κασπίας θαλάττης, καὶ τήν τε Ἰβηρίαν καὶ τὴν Ἀλβανίαν ἐπελθεῖν, καὶ πολλὰ τῆς Ἀρμενίας, καὶ τῆς Μηδίας· ὡς μαρτυρεῖ [1] τά τε Ἰασόνεια, καὶ ἄλλα * ὑπομνήματα. [2] Τὸν δὲ Ἀρμένιον εἶναι ἐξ Ἀρμενίου πόλεως τῶν περὶ τὴν Βοιβηίδα λίμνην μεταξὺ Φερῶν, καὶ Λαρίσης· τοὺς σὺν αὐτῷ τε οἰκῆσαι τήν τε Ἀκιλησινὴν, καὶ τὴν * Συσπιειρῆτιν ἕως Καλαχάνης, * καὶ Ἀδιαβανῆς· καὶ δὴ, καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἐπώνυμον καταλιπεῖν. Ἐν δὴ τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἀλβανίας ὄρεσι, καὶ τὰς Ἀμαζόνας οἰκεῖν φασί. Θεοφάνης μὲν οὖν ὁ συστρατεύσας τῷ Πομπηΐῳ, B καὶ γενόμενος ἐν τοῖς Ἀλβανοῖς, μεταξὺ τῶν Ἀμαζόνων, καὶ τῶν Ἀλβανῶν φησὶ [4] Γήλας οἰκεῖν, καὶ Λήγας Σκύθας· καὶ ῥεῖν ἐνταῦθα [5] τὸν Μερμάδαλιν ποταμὸν, τούτων τε καὶ τῶν Ἀμαζόνων ἀνὰ μέσον. Ἄλλοι δὲ, ὧν καὶ ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος, καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες, [6] Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτὰς φασὶν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον καθ' αὑτὰς αὐτουργούσας ἕκαστα, τά τε πρὸς ἄροτον, καὶ φυτουργίαν, καὶ τὰ πρὸς τὰς νομὰς, καὶ μάλιστα τῶν ἵππων· τὰς δ' ἀλκιμωτάτας ἐφ' C ἵππων [7] κυνηγεσίαις πλεονάζειν, καὶ τὰ πολέμια ἀσκεῖν· ἁπάσας δ' ἐπικεκαῦσθαι τὸν δεξιὸν * μασὸν ἐκ νηπίων, ὥστε εὐπετῶς χρῆσθαι τῷ βραχίονι πρὸς ἑκάστην χρείαν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις πρὸς ἀκοντισμόν· χρῆσθαι δὲ καὶ τόξῳ, καὶ σαγάρει, καὶ πέλτῃ· δορὰς δὲ θηρίων ποιεῖσθαι, * δορύκρανά τε, καὶ σκεπάσματα,

* Scripti, ὑπομνήματα πλείω.
* Lego, Συσπειρῆτιν.
* Scripti καὶ Διαβ.
p. 504.
* Scripti μαζόν.
* Scripti περίκρανα τό.

1. Τά τε Ἰασόνεια) ἡρῷα videlicet ut alibi loquitur. Justinus libro XLII. cap. 3. *Itaque Jasoni totus ferme oriens, ut conditori divinos honores, templaque constituit.* Casaub.

2. Τὸν δὲ Ἀρμένιον εἶναι ἐξ Ἀρμενίου πόλεως τῶν περὶ τὴν Βοιβηΐδα λίμνην μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσσης. *Armenium porro ferunt oriundum fuisse Armenio, urbe juxta Bœbeidem paludem inter Larissam & Pheras.*) Eustathius videtur legisse hoc loco Ὁρμενίου πόλεως, non enim dubito, quin à nostro Geographo acceperit, quæ dixit de ejus urbis situ ad Iliad. β. versu 734. οἵ τ' ἔχον Ὀρμένιον, utitur enim ipsis Strabonis verbis: πόλις Θεσσαλικὴ μεταξὺ φασὶ Φερῶν καὶ Λαρίσσης, *Urbs Thessalica inter Pheras & Larissam, ut ajunt*, & eam idem Strabo supra pag. 434. & 436. septies Ὀρμένιον vocat: tamen ex Armeniæ regionis nomine, quæ numquam Ormenium dicta est, videtur hoc loco scripsisse Ἀρμένιον, sed non ex sua mente, nam ait λέγεται δὲ Ἰάσονα &c. Ex quodam igitur Mythographo accepit Ἀρμένιον urbem & non ex sua mente asserit. Mos fuit Græcorum, ut omnes gentes à suis Heroïbus denominatas fingerent. Sic, si diis placet, Media à Medeæ & Jasonis filio Medo. Armeniam fuit cum putabam dictam ab Aram, quasi Arameniam, nam Padan Aram, id est, fluviorum Aram dicebatur, quæ ad Armeniam usque extenditur, & ideo sic dictam putabam ad differentiam alterius Aram, Armeniæ nempe. Sed docuit me doctissimus Bochartus in suo Phaleg, dictam ab *Har Minui*, id est, à monte Minui, natione vicinæ Ararat sic vocata ab Hieremia; eum vide Lib. I. c. 3. *Palmer.*

3. Ἐξ Ἀρμενίου πόλεως) Vide sub finem libri. De D Armenio dictum est lib. IX. p. 438. ubi tamen Ormenium vocabatur & Orminium. *Casaub.*

4. Γήλας οἰκεῖν, καὶ Λήγας) Plutarchus (in Pompejo T. I. p. 638. ed. FFurt.) quoque docet Gelas & Legas Amazonibus esse vicinos. Sic enim scribit de Amazonibus loquens, νέμονται δὲ τοῦ Καυκάσου τὰ καθήκοντα πρὸς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν, οὐχ ὁμοροῦσαι τοῖς Ἀλβανοῖς, ἀλλὰ Γέλαι καὶ Λῆγες οἰκοῦσι διὰ μέσου. *Caucasum incolunt, qua ad mare Hyrcanum spectat, non contermina Albanis, sed interveniunt Gelæ & Leges.* Pertinere hûc puto quod Steph. annotat. Γηλὺς ait, gens est, cujus meminit Quadratus de reb. Parth. primo. Plinius H. Nat. Lib. VI. c. 16. notat Gelas esse, quos Græci Cadusios vocant. *Idem.*

5. Τὸν Μερμάδαλιν) Mox dicitur ὁ Μερμόδας. *Idem.*

6. Γαργαρεῦσιν) Vide Stephanum Γαργαρεῖς. *Id.*

7. Κυνηγεσίαις πλεονάζειν) Malim σχολάζειν. *Id.*

A καὶ διαζώματα· [1] δύο δὲ μῆνας ἐξαιρέτους ἔχειν τοῦ ἔαρος, καθ' οὓς ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ πλησίον ὄρος τὸ διορίζον αὐτάς τε, καὶ τοὺς Γαργαρέας· ἀναβαίνουσι δὲ κἀκεῖνοι κατὰ ἔθος τι παλαιὸν, συνθύσοντές τε, καὶ συνεσόμενοι ταῖς γυναιξὶ, τεκνοποιίας χάριν, ἀφανῶς τε καὶ ἐν σκότει, ὁ τυχὼν τῇ τυχούσῃ· ἐγκύμονας δὲ ποιήσαντες ἀποπέμπουσιν· αἱ δ' ὅ, τι μὲν ἂν θῆλυ τέκωσι κατέχουσιν αὐταὶ, τὰ δ' ἄρρενα κομίζουσιν ἐκείνοις ἐκτρέφειν· ᾠκείωται δ' ἕκαστος πρὸς ἕκαστον νομίζων υἱὸν διὰ τὴν ἄγνοιαν. Ὁ δὲ Μερμόδας καταῤῥάττων ἀπὸ τῶν ὀρῶν διὰ τῆς τῶν Ἀμαζόνων, καὶ τὴν Σι-

B ρακήνης, καὶ ὅση μεταξὺ ἔρημος, εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐκδίδωσι. Τοὺς δὲ Γαργαρέας συναναβῆναι μὲν ἐκ Θεμισκύρας φασὶ ταῖς Ἀμαζόσιν εἰς τούσδε τοὺς τόπους· εἶτ' ἀποστάντας αὐτῶν, πολεμεῖν μετὰ Θρᾳκῶν, καὶ Εὐβοέων τινῶν πλανηθέντων μέχρι δεῦρο πρὸς αὐτάς· ὕστερον δὲ καταλυσαμένους τὸν πρὸς αὐτὰς πόλεμον ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι ποιήσασθαι συμβάσεις, ὥστε τέκνων συγκοινωνεῖν μόνον, ζῆν δὲ καθ' αὑτοὺς ἑκατέρους. Ἴδιον δέ τι συμβέβηκε τῷ λόγῳ περὶ τῶν Ἀμαζόνων· Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μυθῶδες, καὶ τὸ ἱστορικὸν διωρισμένον ἔχουσι· τὰ γὰρ παλαιὰ, καὶ ψευδῆ, καὶ τερατώδη, μῦθοι κα-

C λοῦνται· ἡ δ' ἱστορία βούλεται τἀληθὲς αὖτε παλαιὸν αὖτε νέον· καὶ τὸ τερατῶδες, ἢ οὐκ ἔχει, ἢ σπάνιον. Περὶ δὲ τῶν Ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται, [2] καὶ νῦν, καὶ πάλαι, τερατώδη τ' ὄντα, καὶ πίστεως πόῤῥω. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος [3] συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν; καὶ οὐ μόνον γε συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους * ποιήσαι ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ κρατήσειεν οὐ τῶν ἐγγὺς μόνον, ὥστε, καὶ μέχρι τῆς νῦν Ἰωνίας προελθεῖν· ἀλλὰ καὶ διαπόντιον * στεῖλαι στρατιὰν [4] μέχρι τῆς Ἀττικῆς; τοῦτο γὰρ ὅμοιον ὡς ἂν εἴτις λέγοι, τοὺς μὲν ἄνδρας γυναῖκας * γινο-

D μένους τοὺς τότε, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας. Ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε αὐτὰ καὶ νῦν λέγεται περὶ αὐτῶν·

* Scripti, ποιήσαιτο.

p. 505.

* Scripti, lib. στείλαιντο.

* Manuss. γεγονέναι.

A & subligacula. Duos autem veris menses habere eximios, quibus adscendant in montem vicinum: eas à Gargarensibus dividentem. Hos quoque adscendere tum, vetere quodam instituto, ibique unà peractis sacrificiis cum Amazonibus corpora eos miscere prolis procreandæ caussa: idque in occulto, & promiscue quemvis cum quavis ut casus obtulit. Postquam prægnantes fecerunt, domum eas dimittere. Has si femellam pariunt, ipsas enutrire: si marem, illis educandum mittere. Quemvis Gargarensium puero oblato se familiarem præbere, quem nimirum ob ignorantiam suum deputet fi-

B lium. Mermodas autem é montibus per Amazones se præcipitans, & Siracenam, ac deserta in medio sita, in Mæotidem effluit. Memoriæ proditum est Gargarenses e Themiscyra in ista loca cum Amazonibus commigrasse: inde ab iis defecisse, adjutosque à Thracibus & Euboënsibus quibusdam qui eò usque vagati essent, bellum iis intulisse. Postea composito bello pactos esse communitatem de qua diximus liberorum duntaxat, vita cætera seorsim transigenda. Peculiare aliquid narrationi de Amazonibus accidit. Reliquæ enim fabulas à vera historia separatas habent: etenim

C antiqua, falsa, & portentosa, fabulæ vocantur: historia veritatem requirit, sive prisca ea, sive nova sit: monstrosa aut nulla admittit, aut rarò. De Amazonibus verò eadem & nunc, & antiquitus traduntur, prodigiosa quidem, & à fide procul remota. Quis enim crediderit mulierum exercitum, aut civitatem, aut gentem constare absque viris posse? ac non constare modò, sed expeditiones etiam fecisse in aliorum ditionem ac non viciniam modo subegisse & usque ad eam, quæ nunc est, Jonia progressum; sed & trans mare ad Atticam usque copias emisisse? Perinde enim hoc est,

D ac si quis diceret, viros ea tempestate mulieres, mulieres viros fuisse. Enimvero isthæc etiamnum de iis prædicantur:

1. Δύο δὲ μῆνας) Plutarchus (in Pompejo p. 638. T. I. ed. FFurt.) loquens de Amazonibus, & Gelis, Legisque quos diximus, Τούτοις ἔτους ἑκάστου δύο μῆνας εἰς ταυτὸ φοιτῶσαι περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν ὁμιλοῦσιν, εἶτα καθ' αὑτὰς ἀπαλλαγεῖσαι βιοτεύουσιν, i. e. *Cum his menses binos quoquo anno ad amnem Thermodontem congrediuntur & concumbunt, inde digressæ seorsim degunt.* [Morem hunc Amazonum fusius describit Cæsarius apud Johannem Siculum & Cedrenum pag. 127. qui ex eo auctore integras paginas transcripsit.] *Casaub.*

2. Καὶ νῦν) Nam omnes auctores, qui Pompeji res gestas scripsere, de ejus cum Amazonibus pugna mentionem faciunt. Plutarchus, Appianus alii. *Id.*

3. Συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν) Hoc tamen vulgo creditum, & iis probatum qui Amazonas ἐτυμολογοῦσι, quasi dicas ἅμα ζώσας, quod simul vivant sine viris. Alii aliam afferunt rationem: sic enim volunt dictas, quod unam mammam exustam haberent, quasi ἄνευ μάζου. Servius ad Virgil. Æn. L. 1. ℣. 494. & alii. *Idem.* Diodor. Sicul. L. III. pag. 187. T. I. ed. 1604.

4. Μέχρι τῆς Ἀττικῆς) Nam mediis Athenis pugnatum est olim cum Amazonibus, ut multa diu testata sunt monumenta apud Athenienses. Vide Plutarchum in Theseo (T. I. pag. 12. ed. FFurt.) Pausaniam in Atticis (L. I. c. 41.) & omnium maximè Diodorum Siculum libro quarto. *Idem.*

1. Περὶ

augetque rei ſingularis admirationem, quod antiquis quam recentibus fides faciliùs adhibetur: Urbes quidem ab iis conditæ denominatæque feruntur Epheſus, Smyrna, Cuma, Myrina, Paphus: aliaque exſtant monumenta. Themiſcyram verò & campos juxta Thermodontem, monteſque ſupra poſitos, omnes Amazonibus adſcribunt: ajuntque inde eas expulſas fuiſſe: ubi nunc ſunt, pauca de iis, & ſine demonſtratione feruntur. Quale eſt etiam de Thaleſtria, quam Amazonibus imperantem cum Alexandro ferunt prolis concipiendæ cauſa in Hyrcania coiviſſe. non enim in confeſſo hoc eſt: ſed è tanto ſcriptorum numero, qui maximè veritatis habuerunt rationem, nihil ea de re dicunt, nullaque fit mentio ejus ab his quibus plurimum fidei habetur: qui tradiderunt, non conſentiunt. Clitarchus ait, Thaleſtriam à Caſpiis portis & Thermodonte profectam ad Alexandrum veniſſe: ſunt autem à Caſpiis portis ad Thermodontem ſtadia amplius ꝇↃ CIↃ. Quæ autem probabiliter vulgata ſunt, etſi in iis conſentiant omnes, tamen qui confinxere, adulandi quàm veritatis fuerunt ſtudioſiores. Quale eſt quod Caucaſum in montes Indicos, eiſque vicinum mare orientale tranſtulerunt à montibus qui ſupra Colchidem & Euxinum mare ſiti ſunt, quos Græci Caucaſum nominant, amplius XXX. ſtadiorum millibus ab India diſtantes: ibique Prometheum vinctum fabuloſè tradunt, cum nihil ulterius verſus ortum Solis cognoviſſent. Bacchi enim & Herculis in Indos expeditio poſterius tempore commentum præ ſe ferunt: quippe cum Hercules Prometheum mille pòſt annis dicatur ſolviſſe. Fuit ſanè glorioſius, Alexandrum uſque ad Indicos montes, quam uſque ad intimum Euxini ſinum & Caucaſum ſubegiſſe Aſiam: ſed gloria montis nomenque, & quòd Iaſon cum ſuis longiſſimam creditus eſt expeditionem feciſſe, progreſſus uſque ad

A ἐπιτείνει δὲ τὴν ἰδιότητα, καὶ τὸ πιστεύεσθαι τὰ παλαιὰ μᾶλλον, ἢ τὰ νῦν. Κτίσεις γοῦν πόλεων, καὶ ἐπωνυμίαι λέγονται, καθάπερ Ἐφέσου, καὶ Σμύρνης, καὶ Κύμης, καὶ Μυρίνης, καὶ * Πάφου, καὶ ἄλλα ὑπομνήματα· τὴν δὲ Θεμίσκυραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη, ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι, καὶ φασὶν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε· ὅπου δὲ νῦν εἰσὶν, ὀλίγοι τὲ καὶ ἀναποδείκτως, καὶ ἀπίστως ἀποφαίνονται· καθάπερ καὶ [1] περὶ Θαληστρίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμίξαι φασὶν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ, καὶ συγγενέσθαι [2] τεκνοποιΐας χάριν, δυναστευούσαν τῶν
B Ἀμαζόνων· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται τοῦτο· ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, [3] οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν· * οὐ δ᾽ οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται * τούτων· οὐ δ᾽ οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι. Κλείταρχος φησὶ τὴν Θαληστρίαν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν, καὶ Θερμώδοντος ὁρμηθεῖσαν ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον· εἰσὶ δ᾽ ἀπὸ * Κασπίων εἰς Θερμώδοντα στάδιοι πλείους ἑξακισχιλίων· καὶ τὰ πρὸς τὸ ἔνδοξον θρυλληθέντα κἂν ὁμολογεῖται παρὰ πάντων, οἱ δὲ πλάσαντες ἦσαν, οἱ κολακείας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας φροντίζον-
C τες· [4] οἷον τὸ τὸν Καύκασον μετενεγκεῖν εἰς τὰ Ἰνδικὰ * ὄρη, καὶ τὴν πλησιάζουσαν ἐκείνοις ἑῴαν θάλατταν, ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων τῆς Κολχίδος, καὶ τοῦ Εὐξείνου ὀρῶν· ταῦτα γὰρ οἱ Ἕλληνες Καύκασον ὠνόμαζον, διέχοντα τῆς Ἰνδικῆς πλείους, ἢ * τρισμυρίους σταδίους· καὶ ἐνταῦθα ἐμυθεύσαντο τὰ περὶ Προμηθέως, καὶ τῶν δεσμῶν αὐτοῦ· ταῦτα γὰρ τὰ ὕστατα πρὸς ἕω ἐγνώριζον οἱ τότε. Ἡ δὲ ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατεία Διονύσου, καὶ Ἡρακλέους, ὑστερογενῆ τὴν μυθοποιΐαν ἐμφαίνει· ἅτε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τὸν Προμηθέα λύ-
D σαι λεγομένου χιλιάσιν ἐτῶν ὕστερον· καὶ ἦν μὲν * ἐνδοξότερον τὸ τὸν Ἀλέξανδρον μέχρι τῶν Ἰνδικῶν ὀρῶν καταστρέψασθαι τὴν Ἀσίαν, ἢ μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Εὐξείνου, καὶ τοῦ Καυκάσου· ἀλλ᾽ ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα, καὶ τὸ τοὺς περὶ Ἰάσονα δοκεῖν μακροτάτην στρατείαν

* Scripti, q. Πάφας.
* Manuſſ. οὐδ᾽ ὅσα πιστεύομεν.
* Scripti, τοιούτου.
* Scripti, Κασπίας.
* Manuſſ. μέρη.
* Scripti, τριακοσίους. perperam.
* Vulgo, ἐνδοξότερα.

1. Περὶ Θαληστρίας) Lego Θαλήστριος. Nam ita Diodorus aliique omnes. *Caſaub.*

2. Τεκνοποιΐας χάριν) Diodorus (L. XVII. p. 549. T. II. ed. 1604.) refert interrogatam Thaleſtrin ab Alexandro, τίνα χρείαν ἔχουσα πάρεστιν, reſpondiſſe, παιδοποιΐας ἕνεκεν ἥκειν. *Idem.*

3. Οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντ.) Cujuſmodi fuêre Ariſtobulus & Ptolemæus: quos negat Arrianus L. VII. c. 13. de Amazonibus quicquam ſcripſiſſe quum res Alexandri diligenter conſcriberent: ſed neque alius quiſquam inquit Arrianus, ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τηλικούτων τεκμηριῶσαι tale quicquam tradidit. *Idem.*

4. Οἷον τὸ τὸν Καύκασον) Ridiculi ſane homines, qui iſta ſcripſerunt, ac digniſſimi, quorum ſilentium quamvis magno pretio redimeret Alexander. Dum enim mentiri non dubitant, ut etiam præter rei veritatem Alexandrum laudent, ſuis mendaciis id efficiunt, ut Alexandri expeditio multò minus nova ac mira videri meritò poſſet, quam re eſſet ipſa. Adeo tutius ſemper eſt ἀληθεύειν quàm ψεύδεσθαι. Cæterum de adventu Alexandri ad montem Caucaſum, vide Arrianum L. III. c. 28. *Idem.*

πλέσαι τὴν μέχρι τῶν πλησίον Καυκάσου, καὶ τὸ τὸν Προμηθέα παραδεδόσθαι δεδεμένον A ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, χαριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον, [1] τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες εἰς τὴν Ἰνδικήν.

p. 506.

* Lego, οἱ τοὔνομα.

Τὰ μὲν οὖν ὑψηλότατα τοῦ ὄντως Καυκάσου, τὰ νοτιώτατά ἐστι, τὰ πρὸς * Ἀλβανία, καὶ Ἰβηρία, καὶ Κόλχοις, καὶ Ἡνιόχοις· οἰκοῦσι δὲ οὓς εἶπον, τοὺς συνερχομένους εἰς τὴν Διοσκουριάδα. συνέρχονται δὲ τὸ πλεῖστον ἁλῶν χάριν. τούτων δ' οἱ μὲν, τὰς ἀκρωρείας κατέχουσιν· οἱ δὲ, ἐν νάπαις αὐλίζονται· καὶ ζῶσιν ἀπὸ θηρίων σαρκῶν τὸ πλέον, καὶ καρπῶν ἀγρίων, καὶ γάλακτος. αἱ δὲ κορυφαὶ, χειμῶνος B μὲν ἄβατοι· θέρους δὲ προσβαίνουσιν, ὑποδούμενοι κεντρωτὰ ὠμοβόϊνα δίκην τυμπάνων πλατέα, διὰ τὰς χιόνας, καὶ τοὺς κρυστάλλους· καταβαίνουσι δ' ἐπὶ δορᾶς κείμενοι σὺν τοῖς φορτίοις, καὶ κατολισθαίνοντες· ὅπερ καὶ κατὰ τὴν Ἀτροπατηνὴν Μηδίαν, καὶ κατὰ τὸ Μάσιον ὄρος τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ συμβαίνει· ἐνταῦθα δὲ καὶ τροχίσκοι ξύλινοι κεντρωτοὶ τοῖς πέλμασιν ὑποτίθενται. Τοῦ γοῦν Καυκάσου τὰ μὲν ἄκρα, τοιαῦτα. Καταβαίνοντι δ' εἰς τὰς ὑπωρείας· ἀρκτικώτερα μέν ἐστι κλίματα, ἡμερώτερα δέ· ἤδη γὰρ συνάπτει τοῖς πεδίοις τῶν Σιράκων. C

* Manuscr. Ἀλβανίαν, καὶ Ἰβερίαν, καὶ Κόλχους.

[2] Εἰσὶ δὲ καὶ Τρωγλοδύται τινες, ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες διὰ τὰ ψύχη· παρ' οἷς ἤδη καὶ ἀλφίτων ἐστὶν εὐπορία. Μετὰ δὲ τοὺς Τρωγλοδύτας, [3] καὶ Χαιανοῖται καὶ Πολυφάγοί τινες καλούμενοι, καὶ αἱ τῶν Εἰσαδίκων κῶμαι δυναμένων γεωργεῖν, διὰ τὸ μὴ παντελῶς ὑποπεπτωκέναι ταῖς ἄρκτοις· οἱ δ' ἐφεξῆς ἤδη νομάδες, οἱ μεταξὺ τῆς Μαιώτιδος, καὶ τῆς Κασπίας, Ναβιανοὶ καὶ Πανξανοί· καὶ ἤδη τὰ τῶν Σιράκων, καὶ Ἀόρσων φῦλα. Δοκοῦσι δ' οἱ Ἄορσοι, καὶ οἱ Σίρακες φυγάδες εἶναι τῶν ἀνωτέρω, καὶ προσάρκτιοι μᾶλλον Ἀόρσων. D Ἀβέακος μὲν ὁ τῶν Σιράκων βασιλεὺς, ἡνίκα Φαρνάκης τὸν Βόσπορον εἶχε, δύο μυριάδας ἱππέων ἔστελε. Σπαδίνης δ' ὁ τῶν Ἀόρσων, καὶ εἴκοσιν· οἱ δὲ ἄνω Ἄορσοι, καὶ πλείονας· καὶ γὰρ ἐπεκράτουν πλείονος γῆς, καὶ σχεδόν τι τῆς Κασπίων παραλίας τῆς πλείστης ἦρχον·

Caucaso vicina loca, quodque traditum fuit Prometheum in extremis terræ finibus ad Caucasum fuisse alligatum: hæc inquam fecerunt ut gratiam regis se inituros putarent, si nomen Caucasi in Indiam transportassent.

¶ Porrò autem ejus, qui re vera est Caucasi, excelsissimæ partes sunt quæ maximè versus meridiem tendunt ad Albaniam, Iberiam, Colchos, & Heniochos. Habitantur ab iis, quos Dioscuriadem convenire dixi: conveniunt autem feré salis causa. Horum alii summa montium incolunt: alii in saltibus degunt. Vivunt potissimum carnibus ferinis, frugibus sylvestribus & lacte. Vertices hyeme conscendi non possunt. Aestate scandunt, pedibus subligantes calceos aculeatos è tergore bovis crudo confectos, latos instar tympanorum, propter nives & glaciem. Delabuntur pelli insidentes una cum fasciculis suis: quod idem fit etiam in Atropatia Media, & Masio Armeniæ monte: ibi etiam rotulæ ligneæ aculeatæ plantis pedum subduntur. Summa ergo Caucasi sic sunt. Cùm descenditur ad radices montium, magis versus septentrionem jam loca inclinant: sed leniora sunt, jam campis Siracorum appropinquantia. Troglodytæ etiam ibi quidam sunt in speluncis habitantes frigoris causa: apud quos etiam farinæ jam est copia. Post Troglodytas sunt Chæanoetæ & Polyphagi, quasi voraces dicti, & Eisadicorum pagi, agriculturæ gnarorum, quia non omnino subjacent septentrionibus. Hos sequuntur Nomades deinceps usque ad Mæotidem, Nabiani & Panxani, ac Siracum jam nunc & Aorsorum nationes. Videntur Siraces & Aorsi patria superiore ejecti, Siracesque magis quam Aorsi ad septentrionem accedunt. Equidem Abeacus Siracum rex, cum Pharnaces Bosporum teneret, xx. equitum millia mittebat: Spadines Aorsorum rex etiam ducenta: plures his Aorsi superiùs habitantes, ut qui terræ plus obtinerent, ac ferè maximam partem oræ maris Caspii:

1. Τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες) Lego οἱ τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες. *Casaub.*

2. Εἰσὶ δὲ καὶ Τρωγλοδύται) Troglodytas etiam alii inter Scythas & gentes septentrionales constituunt. Quod autem auctor scholiorum in Æschylum poëtam conatur excusare Arabiam in Caucaso collocantem & hunc locum profert, ubi Strabo Troglodytas prope Mæotin statuit, errat: dum perperam Troglodytas istos cum aliis notioribus, qui sunt ad sinistrum maris rubri sinum, confundit. *Idem.*

3. Καὶ Χαιανοῖται) An sunt Χαινίδες Ptolemæi? Nescio etiam an Polyphagi, quos ait, ii sint, quos Ptolemæus vocat Hippophagos. Nam ἵππος in compositione, τὸ πολὺ significat. Siraces, quorum toties isto libro fit mentio, sunt quos Ptolemæus Σηρακηνοὺς vocat. Aorsos multi è veteribus nominant. *Idem.*

1. Κα-

itaque negociabantur etiam, camelis Indicas & Babylonicas merces à Medis & Armeniis excipientes: aurum quoque ob divitias gestabant. Aorsi Tanain accolunt, Siraces Achardeum: is è Caucaso fluens in Mæotin exit.

Secunda Asiæ pars à Caspio mari incipit, in quod prior desinebat. Mare hoc etiam Hyrcanum nominatur. Est autem de eo priùs dicendum, & accolentibus gentibus. Sinus est mare illud, ab Oceano versus meridiem editus: ab initio satis angustus, intus autem dum progreditur, in latum se pandit, maximè in intimo ad stadia etiam alicubi ꟾↃↃ. Introitus usque ad intimum recessum fortasse aliquanto est major, jam quodammodo terram habitatoribus carentem attingens. Eratosthenes profitetur maris hujus circumnavigationem, ut Græcis nota est, apud Albanos & Cadusios, stadiorum ꟾↃↃ. cccc. juxta Anariacam, Mardos & Hyrcanos usque ad ostia Oxi fluminis, ꟾↃↃ. demtis cc. hinc ad Jaxartem CꟾↃ CꟾↃ cccc.

A ὥστε καὶ ἐνεπορεύοντο καμήλοις τὸν Ἰνδικὸν φόρτον, καὶ τὸν Βαβυλώνιον παρά τε Ἀρμενίων, καὶ Μήδων διαδεχόμενοι· ἐχρυσοφόρουν δὲ διὰ τὴν εὐπορίαν. Οἱ μὲν οὖν Ἄορσοι τὸν Τάναϊν παροικοῦσιν· οἱ Σίρακες δὲ τὸν Ἀχαρδέον· ὃς ἐκ τοῦ Καρκάσου ῥέων, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν Μαιῶτιν.

Ἡ δὲ δευτέρα μερὶς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης, εἰς ἣν κατέπαυεν ἡ προτέρα· [1] καλεῖται δὲ * αὕτη ἡ θάλαττα καὶ Ὑρκανία· δεῖ p. 507.
δὲ περὶ τῆς θαλάττης εἰπεῖν πρότερον ταύτης, καὶ τῶν προσοίκων ἐθνῶν· [2] ἔστι δ' ὁ κόλπος [3] ἀνέχων ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ πρὸς μεσημβρίαν· [4] κατ' ἀρχὰς μὲν ἱκανῶς στενός· ἐνδοτέρω δὲ πλατυνόμενος προϊὼν καὶ
B μάλιστα κατὰ τὸν μυχὸν, ἐπὶ σταδίους που καὶ πεντακισχιλίους· ὁ δὲ εἴσπλους μέχρι τοῦ μυχοῦ, [5] μικρῷ πλείων ἂν εἴη· συνάπτων πως ἤδη τῇ ἀοικήτῳ· [6] Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γνώριμον περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης, τὸν μὲν παρὰ τοὺς Ἀλβανοὺς, καὶ τοὺς Καδουσίους, εἶναι πεντακισχιλίων, καὶ τετρακοσίων· τὸν δὲ [7] παρὰ τῶν * Ἀναριάκων [8] καὶ Μάρδων, καὶ Ὑρκανῶν, μέχρι τοῦ στόματος [9] τοῦ Ὤξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων· ἔνθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἰαξάρτην [10] δισχιλίων τετρακοσίων.

* Vulgo, αὐτὴ θαλ.

* Scripti q. Ἀριάκων.

1. Καλεῖται δ' αὕτη ἡ θαλ.) Imo ejus tantum pars, Pomponius Mela L. III. c. 5. *In tres sinus diffunditur, contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum quem propriè & totius nomine Caspium appellant.* Casaub.

2. Ἔστι δ' ὁ κόλπος ἀνέχ.) Sequitur Strabo vulgatam suorum temporum de hoc mari opinionem: Putabant enim plerique omnes mare Caspium nihil aliud esse, quàm sinum Oceani Cronii sive septentrionalis, ut sinus Persicus ex Oceano meridiano ἀνέχει. Hæc est Dionysii Afri sententia: qui sinum Oceani secundum ita describit ℣. 47.

Δεύτερος αὖτ' ὀλίγος μὲν, ἀτὰρ προφερέστατος ἄλλων
Ὅς τ' ἀποκιδνάμενος κρονίης ἁλὸς ἐκ βορέαο
Κασπίη αἰπὺ ῥέεθρον ἐπιπροΐησι θαλάσσῃ
Ἥντε καὶ Ὑρκανίην ἕτεροι διεφημίξαντο. i. e.
Secundus autem, exiguus quidem, sed potissimus aliorum,
Qui separatus à Cronio (Saturnio) mari, à borea,
Caspio profundum fluentum intro mittit mari,
Quod etiam Hyrcanium alii nuncuparunt.

Hæc Pomponii Melæ, hæc Plinii sententia. At non eorum, qui nostra ætate de eo mari accuratius scripserunt, qui affirmant esse id per se, nec ullo modo, aut cum Oceano, aut cum alio mari misceri. Falluntur verò è recentioribus plerique dum totam antiquitatem hujus erroris insimulant. Nam quid illi novi docent, quod non jam pridem ab Herodoto Lib. I. cap. 203. sit traditum? Sic ille, Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶν ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. Diodorus quoque Sicul. ait τὴν Ὑρκανίαν esse καθ' αὑτήν. Et maximus philosophorum Aristoteles non mare, sed lacum ideo appellat: mare tamen ab accolis appellari tradit. *Idem.*

3. Ἀνέχων ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ.) Hæc verba hoc videntur innuere, ex Oceano sinum hunc effundi, quod falsissimum esse constat, quantumvis Strabonis fuisse ætate creditum liquet. Nam infra etiam ait, Caspium mare ab Oceano impleri. Suprà multa correxi in Græco ex conjectura, cujus ratio è versione & ipsa grammatica repeti potest. Hîc autem
C pro Clusiis Cadusios ex ipsa re correxissem, etsi epitomæ me destituissent, quarum mendum in voce Ἀριακῶν vel Stephanus tollere possit. Mox de Cadusiis ipse Strabo. *Xyland.*

3. Ἀνέχων ἐκ τοῦ Ὠκ.) ἀνέχειν hîc dicit, quod εἰσέχειν alibi, libro duodecimo p. 563. τῷ δ' Ἀστακηνῷ κόλπος ἄλλος συνεχής ἐστιν, εἰσέχων μάλιστα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον. Sic Pausanias Achaicis, Κατὰ τὴν Μυουσίαν χώραν θαλάσσης κόλπος ἐσεῖχεν. *Casaub.*

4. Κατ' ἀρχὰς μὲν ἱκανῶς στενός) Mela III. cap. 5. *Mare Caspium ut angusto, ita longo etiam freto, primùm terras, quasi fluvius, irrumpit.* Idem.

5. Μικρῷ πλείων ἂν εἴη) Stadiorum videlicet sex mille. Vide lib. II. pag. 74. *Idem.*

6. Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης) Plinius eundem locum Eratosthenis retulit, his verbis H. Nat. VI. cap. 13. *Eratosthenes ponit & mensuram: ab exortu ad meridiem per Cadusiæ & Albaniæ oram quinquies M. CCCC.*
D *stad. Inde per Aratiaticos, Amardos* (sic legendum, non *Amarbos*) *Hyrcanos, ad ostium Zoni fluminis, quatuor M. DCCC. stad. Ab eo ad ostium Jaxartis M. CCCC. Quæ summa efficit quindecies centena LXXV. M. pass.* Idem.

7. Παρὰ τῶν Ἀναριάκων) Apud Plinium malè *Aratiaticos.* Nam Strabonis lectionem confirmat Stephanus. *Idem.*

8. Καὶ Μάρδων) Lego hîc Ἀμάρδων ut alibi. Sic Stephanus & Plinius. Mardos tamen etiam apud Stephan. & Diodorum aliosque leges. *Idem.*

9. Τοῦ Ὤξου ποταμοῦ) Cum constet sic rectè legi, constat etiam apud Plinium malè *Zoni* legi pro Oxi. Idem.

10. Δισχιλίων τετρακοσίων) Si Plinium sequimur legendum potius χιλίων τριακοσίων. Utra autem lectio sit verior potes si vacat ex Pliniana summa intelligere. *Idem.*

1. Ἀπαι-

A Δεῖ δὲ περὶ τῶν ἐν τῇ μερίδι ταύτῃ, καὶ τοῖς ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτετοπισμένοις ἁπλούστερον ἀκούειν, καὶ μάλιστα περὶ τῶν διαστημάτων. Εἰσπλέοντι δ' ἐν δεξιᾷ μὲν τοῖς Εὐροπαίοις, οἱ συνεχεῖς Σκύθαι νέμονται, καὶ Σαρμάται, οἱ μεταξὺ τοῦ Ταναΐδος, καὶ τῆς θαλάσσης ταύτης, νομάδες οἱ πλείους· περὶ ὧν εἰρήκαμεν· ἐν ἀριστερᾷ δ' οἱ πρὸς ἕω Σκύθαι νομάδες, καὶ οὗτοι μέχρι τῆς πρὸς ἕω θαλάττης, καὶ τῆς Ἰνδικῆς παρατείνοντες. [1] Ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβόῤῥους, κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς, Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν. Οἱ δ' ἔτι πρότερον διελόντες, B τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ Εὐξείνου, καὶ Ἴστρου, καὶ Ἀδρίου κατοικοῦντας, Ὑπερβορέους ἔλεγον, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Ἀριμασπούς· τοὺς δὲ πέραν τῆς Κασπίας θαλάττης, τοὺς μὲν, Σάκας, τοὺς δὲ, Μασσαγέτας ἐκάλουν, οὐκ ἔχοντες ἀκριβῶς λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδὲν, * [2] καίπερ πρὸς Μασσαγέτας τὸν Κύρου πόλεμον ἱστοροῦντες. Ἀλλ' οὔτε περὶ τούτων [3] οὐδεὶς ἠκρίβωτο * πρὸς ἀλήθειαν, οὔτε τὰ παλαιὰ τῶν Περσικῶν, οὔτε τῶν Μηδικῶν, ἢ Συριακῶν, ἐς πίστιν ἀφικνεῖτο μεγάλην, διὰ τὴν τῶν συγγραφέων ἁπλότητα, [4] καὶ τὴν C φιλομυθίαν. Ὁρῶντες γὰρ τοὺς φανερῶς μυθογράφους εὐδοκιμοῦντας, ᾠήθησαν καὶ αὐτοὶ παρέξεσθαι τὴν γραφὴν ἡδεῖαν, ἐὰν ἐν ἱστορίας σχήματι λέγωσιν, ἃ μηδέποτε εἶδον μήτε ἤκουσαν, ἢ οὐ παρά γε εἰδότων σκοποῦντες· δι' αὐτὸ δὲ μόνον τοῦτο, ὅτι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ θαυμαστήν. Ῥᾴδιον δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ, καὶ Ὁμήρῳ πιστεύσειεν ἡρωολογοῦσι, καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς, ἢ Κτησίᾳ τε, καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Ἑλλανίκῳ, καὶ ἄλλοις τοιούτοις. [5] Οὐδὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου δὲ συγγράψασιν ῥᾴδιον πιστεύειν τοῖς πολλοῖς· καὶ γὰρ οὗτοι ῥᾳδιουργοῦσι D διά τε τὴν δόξαν * τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ διὰ τὸ τὴν στρατείαν πρὸς τὰς ἐσχατιὰς γεγονέναι τῆς Ἀσίας πόῤῥω ἀφ' ἡμῶν· [6] τὸ δὴ πόῤῥω δυσέλεγκτον.

* Malim, καίπερ τὸν π. Μ. Κυρ.

* Scripti πρὸς, ἀλήθειαν οὐδὲν, οὔτε.

p. 508.

* Scripti, τὴν Ἀλ.

Verùm de his, quæ in hac parte sita sunt, & tam longè à nobis remota, cautè adhibenda est fides maximè ubi distantiæ locorum recitantur. Cum ad dextram intrò navigatur, Europæis continui Scythæ habitant, & Sarmatæ qui inter Tanaidem sunt & hoc mare, incertis plerique vagantes sedibus, de quibus disseruimus. Ad lævam sunt Scythæ nomades versus orientem, qui usque ad mare orientale & Indiam porriguntur. Veteres Græcorum scriptores, universas gentes Septentrionales Scytharum & Celtoscytharum nomine affecerunt. Iis autem antiquiores ita diviserunt eas, ut qui supra Euxinum, Istrum, & Adriam incolerent: eos omnes Hyperboreòs, Sauromatas, & Arimaspos appellarent: qui trans mare Hyrcanum, Sacas & Massagetas. Neque verò de iis quicquam potuerunt accuratè scribere, quantumvis Cyri adversus Massagetas bellum narrarent. Sed neque de his quisquam veritatem exactè perhibuit, neque de priscis Persarum, Medorum, Syrorum rebus, fidem admodum magnam invenerunt scriptores: idque ob ipsorum simplicitatem, & fabulas edendi studium. Cùm enim viderent in honore esse eos, qui è professo fabulas scriberent, existimaverunt suam quoque scriptionem lectoribus jucundam fore, si sub narrationis veræ specie ea dicerent, quæ neque vidissent neque audivissent, saltem ex iis, quibus cognita ista essent. id unum spectantes, ut auditio amoena fieret atque admirabilis. Equidem facilius Hesiodo & Homero aliquis fidem adhibuerit cùm de heroibus verba faciunt, itemque tragicis poëtis: quàm Ctesiæ, Herodoto, Hellanico, & eorum similibus. Plerisque etiam eorum, qui de Alexandro scripserunt, credere non est satis tutum. Nam & isti facilè verba dant, cùm ob Alexandri gloriam, tum quòd expeditio procul à nobis in extremos Asiæ fines facta fuit. difficulter autem redarguuntur, quæ de longè dissitis narrantur.

1. Ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβόῤῥους) Vide lib. I. ubi non semel id notavit. *Casaub.*

2. Καίπερ πρὸς Μασσαγέτας τὸν Κύρου πόλεμον ἱστοροῦντες) Legerem potius, καίπερ τὸν πρὸς Μασσαγέτας Κύρου πολ. ἱστορ. *Idem.*

3. Οὐδεὶς ἠκρίβωτο πρὸς ἀλήθειαν) Lege cum scriptis, οὐδεὶς ἠκρίβωτο οὐδέν. *Idem.*

4. Καὶ φιλομυθίαν) Fabulis delectati sunt veteres non poëtæ tantum, & historici, sed & philosophi, ut ex antiquissimorum reliquiis apparet. *Idem.*

5. Οὐδὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου δὲ συγγράψασι) quos omnes fuisse ψευδολόγους non semel dixit Strabo. *Idem.*

6. Τὸ δὴ πόῤῥω δυσέλεγκτον) Facilius verba dant qui res longinquas narrant, ut qui Indica scribebant, aut res Alexandri in Oriente gestas. Ratio autem est, quia τὸ πόῤῥω δυσέλεγκτον, hoc est, difficile est mendacium eorum palam facere qui narrant τὰ πόῤῥω: plerique autem ita natura sunt comparati, ut libentissimè mentiantur quando sciunt, non esse παρὰ πόδας τὸν ἔλεγχον ut elegantissimè ait Ptolemæus: quod non minus eleganter quam vero simile idem esse ait, ut si quis εἰ μὴ κατάφωρος ἔσοιτο μὴ δικαιοπραγοίη κατὰ τὸν οἰκεῖον τῇ φιλοσοφίᾳ τρόπον. *Idem.*

1. Τοὺς

Romanorum & Parthorum imperium magis aperuit iſtarum rerum cognitionem, quàm antè tradita. qui enim iſta deſcripſerunt, cum gentes, tum res geſtas fidelius deſcripſerunt quàm priores: pleniùs enim perſpexerunt. ¶ Qui ad ſiniſtram in Caſpium mare intranti offeruntur Nomades, à noſtris hodie appellantur Daæ, & cognomento [4] Parni: pòſt ſolitudo eſt, ſequitur Hyrcania. Exinde mare altum jam fit, donec Medicos & Armenios attingat montes. Horum montium radices in lunæ formam curvantur, quæ ad mare deſinentes, intimum maris iſtius receſſum conficiunt. Hanc autem ad ima montium porrectam regionem, ſi ab extremis mare verſus ; rgas, non ita multum pars Albanorum & Armeniorum: majorem partem Gelæ, & Docuſini, Amardi, ac Quintii, & Anariacæ. Ferunt quoſdam de Parrhaſiis habitaſſe cum Anariacis, & nunc eos Parrhaſios vocari. Aenεianes autem in Vitia muniviſſe urbem, quæ nunc dicatur Aeneiana. ubi Græcanica oſtenduntur arma, & vaſa ærea, ac ſepulcra. Eſt & in Anariaca urbs Navarce ubi ajunt monſtrari oraculum dormientium. Sunt & aliæ gentes ibi latrociniis & militiæ magis deditæ quam agriculturæ. in cauſa eſt locorum aſperitas.

A Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτεια καὶ ἡ τῶν Παρθυαίων πλεῖόν τι προσεκκαλύπτει τῶν παραδεδομένων πρότερον· οἱ γὰρ περὶ ἐκείνων συγγράφοντες, καὶ τὰ χωρία καὶ τὰ ἔθνη ἐν οἷς αἱ πράξεις, πιστότερον λέγουσιν, ἢ οἱ πρὸ αὐτῶν, μᾶλλον γὰρ κατωπτεύκασι. [1] Τοὺς δ' οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας, [2] Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι, [3] τοὺς ἐπονομαζομένους * Πάρνους [5] ἥ τε ἔρημος * πρόκειται μεταξύ, καὶ ἐφεξῆς ἡ Ὑρκανία, καθ' ἣν ἤδη πελαγίζει μέχρι τοῦ συνάψαι τοῖς Μηδικοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς Ἀρμενίων. Τούτων δ' ἐστὶ μηνοειδὲς τὸ σχῆμα κατὰ τὰς ὑπωρείας, B αἱ τελευτῶσαι πρὸς θάλατταν, ποιοῦσι τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου. Οἰκεῖ δὲ τὴν παρωρείαν ταύτην μέχρι τῶν ἄκρων ἀπὸ θαλάττης ἀρξαμένοις, ἐπὶ μικρὸν μὲν τῶν Ἀλβανῶν τὸ μέρος, καὶ τῶν Ἀρμενίων· τὸ δὲ πλέον [6] Γέλαι, καὶ Δοκουσῖνοι, καὶ Ἄμαρδοι [7] καὶ * Κουῖντοι, καὶ Ἀναριάκαι· Φασὶ δὲ [8] Παρρασίων τινὰς συνοικῆσαι τοῖς Ἀναριάκαις, [9] οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρρασίους· Αἰνιᾶνας δ' ἐν τῇ Οὐιτίᾳ τειχίσαι πόλιν ἣ νῦν Αἰνιᾶνα καλεῖται· καὶ δείκνυται ὅπλα τε Ἑλληνικὰ ἐνταῦθα, καὶ σκεύη χαλκᾶ, καὶ ταφαί· ἐνταῦθα δὲ [10] καὶ πόλιν Ναβάρκην· ἐν ᾗ C φησὶ [11] δείκνυται μαντεῖον * ἐν κοιμωμένων, καὶ ἄλλα τινὰ ἔθνη λῃστρικὰ καὶ μάχιμα μᾶλλον, ἢ γεωργικά· ποιεῖ δὲ τοῦτο ἡ τραχύτης τῶν τόπων.

* Aldi cod. Σπάρνους. Legimus Ἀπάρνους ex aliquot ſequentibus locis.

* Manuſſ. πρόσκειται.

* Manuſſ. Κουΐτιοι. infra Οὐΐτιοι.

* Lege, ἐγκοιμωμένων.

1. Τοὺς δ' οὖν ἐν ἀριστερᾷ) Hoc eſt, partem Caſpii maris orienti obverſam: quæ pars erit ad ſiniſtram ingredientibus id mare fictitio illo oſtio, de quo modo dictum. *Caſaub.*

2. Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι) Plinius inter Scytharum gentes Daas refert ſimul cum Sacis & Maſſagetis. Ptolemæus accolas Oxi fluminis facit Derbiccas, infra quos ſunt Maſſagetæ, quos ſequuntur Parni & Daæ. Herodotus autem inter Perſarum gentes νομάδας refert Daos. *Idem.*

3. Τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους) Vult Parnos Daharum eſſe partem: ſecus reliqui Geographi. At Strabo paulò poſt Daharum plura facit genera: alios enim cognominari Aparnos, alios Xanthios, alios D Piſſuros. Legendum autem hic quoque ut ibi Ἄπαρνοι. Nam Aldi codex habet Σπάρνοι: manifeſto pro Ἄπαρνοι: ſed & Πάρνοι hi vocabantur, & ita legi poteſt, ut infra dicemus. *Idem.*

4. *Parni*) Parni infrà, & Ptolemæo 6. 10. itaque σ ante π abjeci. Quintios autem & Vitiam non dubito eſſe mendoſa vocabula, tametſi hoc infrà repetitur. Confer tertiam Aſiæ tabulam apud Ptolemæum. *Xyland.*

5. Ἧτε ἔρημος πρόκειται μεταξὺ) Sic planè Ptolemæus, in deſcriptione Margianæ, Κατέχουσιν αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῷ Ὤξῳ ποταμῷ Δερβίκκαι· τὰ δ' ἀπὸ τούτου Μασσαγέται μεθ' οὓς Πάρνοι, καὶ Δᾶαι. ὑφ' οὓς ἥτε ἔρημος αὐτῆς, καὶ ἀνατολικώτεροι αὐτῆς Τάπυροι. *Caſaub.*

6. Γέλαι) poſt Γῆλαι ſcribuntur. rectius hoc, ut è Stephano conjicio. *Xyland.*

6. Γέλαι καὶ Δοκουσῖνοι) Docuſinos nuſquam reperies. Peritus lector videbit num ſit legendum tranſpoſitis mutatiſque paucis literis Καδούσιοι. Perſuadet id mihi hic locus Strabonis qui paulò poſt ſequitur p. 514. Κύκλῳ δὲ περὶ τὴν θάλατταν μετὰ τοὺς Ὑρκανοὺς Ἀμάρδους τε καὶ Ἀναριάκας, καὶ Καδουσίους, καὶ Ἀλβανοὺς. καὶ Κασπίους, καὶ Οὐιτίους. Sed eſt alius locus longè aptior. Nam ita ſcribit mox p. 510. Προσοικοῦσι δ' αὐτῷ καὶ τὰ προσάρτια μέρη, πρῶτοι μὲν οἱ Γῆλαι, καὶ Καδούσιοι, καὶ Ἄμαρδοι καθάπερ εἴρηται: quum dicit καθάπερ εἴρηται, docet nos, ſic eſſe legendum, ut nos emendavimus. Nam hunc locum reſpicit. *Caſaub.*

7. Καὶ Κουΐντιοι) Lego καὶ Οὐΐτιοι ut in modò relato Strabonis loco: Οὐιτία autem quæ mox ſequitur, regionis iſtorum nomen eſt. Herodotus videtur Οὐτίους appellare. *Idem.*

8. Παρρασίων τινὰς) Parrhaſii gens Arcadiæ *Idem.* Pauſan. VI. c. 8. & VIII. 27.

9. Οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρρασίους) Nihil variant hîc libri. Mirum tamen eſt quàm diverſam lectionem hujus loci habuerint libri Stephani: quem vide in voce Αἰνία. Miraberis hominis oſcitantiam. Plinius *Parrhaſinos* vocat. *Idem.*

10. Ναβάρκην) Pro Ναβάρκη lego cum Stephano ἐν Ἀναριάκῃ. Etſi locus eſt heic lacer. *Xyland.*

10. Καὶ πόλιν Ναβάρκην) Rectè Xylander emendat Ἀναριάκην ex Stephano quem vide. *Caſaub.*

11. Δείκνυται μαντεῖον ἐν κοιμωμένων) Legendum, μαντεῖον ἐγκοιμωμένων. Nunquam enim reperies κοιμωμένων μαντεῖα, nec dormientium: ſed ἐγκοιμωμένων, & *incubantium*: quorum apud Plautum, Virgilium, & alios Græcos Latinoſque ſcriptores paſſim eſt mentio. Nec movearis quod in Stephano quoque legitur κοιμωμένων. *Idem.*

Τὸ μὲν τοι πλέον τῆς περὶ τὴν ὀρεινὴν [1] παραλίας Καδούσιοι νέμονται· σχεδόν δ' ἔτι ἐπὶ πεντακισχιλίους σταδίους ὥς φησι Πατροκλῆς· ὃς καὶ [2] πάρισον ἡγεῖται τὸ πέλαγος τοῦτο τῷ Ποντικῷ· ταῦτα μὲν οὖν τὰ χωρία λυπρά. Ἡ δ' Ὑρκανία σφόδρα εὐδαίμων καὶ πολλή, καὶ τὸ πλέον πεδιάς, πόλεσί τε ἀξιολόγοις *διειλημμένη [3] ὧν ἐστι Ταλαβρόκη, καὶ Σαμαριανή, καὶ Κάρτα, καὶ τὸ βασίλειον Τάπη· ὅ φασι μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένον, διέχειν τῶν Κασπίων πυλῶν σταδίους χιλίους τετρακοσίους· * καὶ διὰ τὸ μὲν εἶδος τῆς εὐδαιμονίας σημεῖα ἡγοῦνται. [4] ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος μετρητὴν οἴνου φέρει· ἡ δὲ συκῆ μεδίμνους ἑξήκοντα· ὁ δὲ σῖτος ἐκ τοῦ ἐκπεσόντος καρποῦ τῆς καλάμης φύεται· ἐν δὲ τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖται· καὶ τῶν φύλλων ἀπορρεῖ μέλι· τοῦτο δὲ γίνεται καὶ τῆς Μηδείας ἐν τῇ Ματιανῇ καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ Σακασηνῇ, καὶ τῇ Ἀραξηνῇ· τῆς μέντοι προσηκούσης ἐπιμελείας οὐκ ἔτυχεν, οὔτε αὐτή, οὔτε ἡ ἐπώνυμος αὐτῇ θάλαττα. ἄπλους τε οὖσα καὶ ἀργός· νῆσοί τέ εἰσιν, οἰκεῖσθαι δυνάμεναι, ὡς δ' εἰρήκασί τινες καὶ χρυσῖτιν ἔχουσαι γῆν· Αἴτιον δ' ὅτι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἵ τ' ἐξ ἀρχῆς ἐτύγχανον βάρβαροι ὄντες οἱ τῶν Ὑρκανῶν, Μῆδοί τε καὶ Πέρσαι, καὶ οἱ ὕστατοι Παρθυαῖοι, χείρους ἐκείνων ὄντες· καὶ ἡ γείτων ἅπασα χώρα λῃστῶν, καὶ νομάδων μεστή, καὶ ἐρημίας. Μακεδόνες δ' *ὀλίγον ὑπῆρξαν, καὶ ἐν πολέμοις ὄντες, καὶ τὰ πόρρω σκοπεῖν οὐ δυνάμενοι. Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος ὑλώδη οὖσαν τὴν Ὑρκανίαν, δρῦν ἔχειν· πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ φύειν· τὴν δ' Ἰνδικὴν πληθύειν τούτοις. [5] Τῆς δὲ Ὑρκανίας ἐστὶ καὶ ἡ Νησαία· τινὲς δὲ καὶ καθ' αὑτὴν τιθέασι τὴν Νησαίαν. [6] Διαιρεῖται δὲ καὶ ποταμοῖς ἡ Ὑρκανία τῷ τε Ὤχῳ, καὶ τῷ Ὤξῳ, μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς, ὧν ὁ Ὦχος διὰ τῆς Νησαίας ῥεῖ· [7] ἔνιοι δὲ τὸν Ὦχον εἰς τὸν Ὦξον ἐμβάλλειν φασίν. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ μέγιστον ἀποφαίνει τὸν Ὦξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν, πλὴν τῶν Ἰνδικῶν· φησὶ δὲ καὶ εὔπλουν εἶναι (καὶ οὗτος καὶ Ἐρατοσθένης παρὰ Πατροκλέους λαβὼν) [8] καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν *φορτία

* Manuſſ. περιειλημμένοι.

* Locus eſt corruptus. In vett. lib. legitur, Καὶ τοῦ εἴδους.

p. 509.

* Manuſſ. ὀλίγον μὲν χρόνον ὑπ'.

* Manuſſ. φορτίων.

A Majorem partem oræ montoſæ Cadufii tenent, fere ad IↃↃ. ſtadia: ut ait Patrocles, qui etiam putat hoc mare ab Euxino æquale eſſe. Atque hæc quidem loca ſterilia ſunt. ¶ Hyrcania fertilis admodum eſt & ampla, urbibuſque memorabilibus prædita. de quibus ſunt Talabroca, Samariana, Carta, & regia Tape, quam paululum ſupra mare ſitam, abeſſe ajunt à Caſpiis portis ſtadia CIↃ CCCC. & propter felicitatis ſpeciem, oſtenta exiſtimant. Nam vitis metretam vini fert, ficus medimnos LX. frumentum è ſemine, quod ex ariſta excidit, naſcitur. B in arboribus apiaria exſtant, & mel de foliis defluit. Idem fit in Matiana Mediæ, & in Armeniæ Sacaſena & Araxena. Tamen neque Hyrcania, neque mare ejuſdem nominis eo modo coluntur, quo par erat. Mare enim non navigatur, neque exercetur. & inſulas habet, quæ habitari poterant: ſunt qui dicant etiam auriferam eas habere terram. Culpa eſt penes primos, qui eò venerunt ductores barbari: utpote Hyrcani, Medi, Perſæ, & ultimi iſtis deteriores Parthi: tum vicinia prædonum fuit plena, ac ſolitudinum. Macedones eam non diu tenuerunt, & bellis occupati, C & qui longè diſſita non poſſent inſpicere. Ariſtobulus ait Hyrcaniam ſylvoſam eſſe: & quercum ferre. picea, abiete, ac pinu carere: quibus tamen India abundet. Pars Hyrcaniæ etiam Neſæa eſt: quam tamen alii ab ea ſeparant. Fluminibus quoque dividitur Hyrcania, Ocho, & Oxo, uſque ad oſtia eorum, quibus in mare exeunt, de his Ochus per Neſæam fluit. quidam Ochum in Oxum illabi affirmant. Ariſtobulus ſcribit nullum ſibi in Aſia majorem fluvium viſum, Indicis exceptis. Navigationi etiam commodum inquit (quod & ipſe & D Eratoſthenes à Patrocle ſumſerunt.) multaſque Indicas merces per eum

1. Παραλίας Καδούσιοι) Verborum horum etiam meminit Dionyſius Periegeta, ad cujus verba Euſtathius ex Strabone ita commentatur ℣. 730. Ἐκεῖ δὲ καὶ οἱ Καδούσιοι, κατὰ τὸν Διονύσιον, ὧν τραχεῖα ἡ γῆ· ἄνδρες δεινοὶ πετροβατεῖν, καὶ ἀκοντισαὶ ἄριστοι, ὡς ὁ Γεώγραφος ἱστορεῖ, καὶ οἷοι ἐν τοῖς τραχέσι πεζοὶ ἀντὶ ἱππέων διαμάχεσθαι. Hæc verba ideo in medium adduco, quia in Strabone non invenitur hodie illud δεινοὶ πετροβατεῖν, quo fortaſſis Strabo eſt ſupplendus. *Berkelius in Stephan. pag.* 434. *num.* 24.

2. Πάρισον) Fortè voluit intelligi παράλληλον. Sed res non planè reſpondet. *Xyland.*

3. Ὧν ἐστι Ταλαβρόκη) Mirum eſt harum urbium nullam à Ptolemæo nominari, niſi valde hodie ſunt depravati noſtri codices. Polyb. Tambr. & Tagas nominat. *Ca.*

4. Ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος) Planè eadem dixit lib. II. Vide Diodor. lib. XVII. *Idem.*

5. Τῆς δ' Ὑρκανίας ἐστὶ καὶ ἡ Νησαία) Ptolemæo auctore Ariæ τὰ ἀρκτικὰ μέρη obtinent Νισαῖοι. Idem & Νισαίαν refert inter urbes Margianes. *Idem.*

6. Διαιρεῖται δὲ καὶ ποταμοῖς ἡ Ὑρκανία) Lego διαῤῥεῖται, cum priore interprete. *Idem.*

7. Ἔνιοι δὲ τὸν Ὦχον εἰς τὸν Ὦξον ἐμβάλλον φασίν) Ochum in Oxum ingredi cenſet Ptolemæus: quem vide in deſcriptione Bactrianæ & Plin. *Idem.*

8. Καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν) Plinius libro ſexto c. 17. *Adjicit idem*, Varro, *Pompeji ductu exploratum, in Bactros VII. diebus ex India perveniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat: & ex eo per Caſpium in Cyrum ſubvectas quinque non amplius dierum terreno itinere, ad Phaſin in Pontum Indicas poſſe devehi merces.* Idem.

1. Καὶ

devehi in mare Hyrcanum: indeque in Albaniam tranſportatas, per Cyrum & loca quæ deinceps ſunt in pontum Euxinum perferri. Non multa eſt hujus *Ochi* apud veteres mentio. Apollodorus tamen, is qui Parthica conſcripſit, identidem eum nominat, ut proxime Parthos labentem. Multa etiam de hoc mari mendacia opinio multorum pro veris accepit propter Alexandri ambitionem. Quando enim in confeſſo eſt, Aſiam ab Europa dividi omnino Tanai fluvio: ac magna Aſiæ portio, quæ inter Tanain eſt & mare, non paruit Macedonibus: decreverant autem aliqua id arte conficere, ut ſaltem fama jactaret iſtas quoque partes ab Alexandro fuiſſe ſubactas. His inducti rationibus, in unum conduxerunt Mæotidem paludem, quæ Tanain haurit, & Caſpium mare: hanc quoque paludem nuncupantes, dicenteſque meatu quodam effoſſo eas inter ſe conjungi, & unam eſſe alterius partem. Polycletus etiam argumenta profert, quibus fidem faciat mare hoc paludem eſſe: quia & ſerpentes educet, & aquam habeat dulcem. Porrò eandem cum Mæotide eſſe inde colligit, quia Caſpius lacus Tanaim recipiat. etenim ex iiſdem Indicis montibus, unde Ochus & Oxus aliique complures profluunt, labitur Jaxartes, utque reliqui in Caſpium mare exit, de omnibus ſeptentrioni proximus. Hunc ergo Iaxarten Tanaidis nomine inſigniverunt. atque hoc ipſum confirmare aggreſſi ſunt eum eſſe Tanain, quem Polycletus dixit. Nam cis ſitam regionem ferre abietem, ibique degentes Scythas abiegnis uti ſagittis: quod certiſſimum ſit indicium, eam Europæ eſſe, non Aſiæ partem: nam Aſiam ſuperiorem & orientalem non producere abietes. At Eratoſthenes ait in India quoque naſci abietem, indèque claſſem conſtructam ab Alexandro. multaque id genus alia conatur congerere Eratoſthenes. Nobis hæc ſatis ſit de iſta re dixiſſe. Id quoque unum eſt de iis, quæ in

A καταίγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν, ἐντεῦθεν δ' εἰς τὴν Ἀλβανίαν περαιοῦσθαι· καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἑξῆς τόπων εἰς τὸν Εὔξεινον καταφέρεσθαι. Οὐ πάνυ δ' ὑπὸ τῶν παλαιῶν ὁ Ὦχος ὀνομάζεται. Ἀπολλόδωρος μέντοι ὁ τὰ Παρθικὰ γράψας, συνεχῶς αὐτὸν ὀνομάζει, ὡς ἐγγυτάτω τοῖς Παρθυαίοις ῥέοντα. Προσεδοξάσθη δὲ καὶ περὶ τῆς * θαλάττης πολλὰ ψευδῆ διὰ τὴν Ἀλεξάνδρου φιλοτιμίαν· ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγητο, * ὅτι ἐκ πάντων διείργει τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὁ Τάναϊς ποταμός, τὸ δὲ μεταξὺ τῆς θαλάττης, καὶ τοῦ Ταναΐδος πολὺ μέρος τῆς Ἀσίας ὄν, οὐχ ὑπέ-
B πιπτε τοῖς Μακεδόσι· στρατηγεῖν * δ' ἐγνώριστο, ὥς τε τῇ φήμῃ γε κἀκείνων δόξαι τῶν μερῶν κρατεῖν τὸν Ἀλέξανδρον. εἰς ἓν οὖν συνῆγον τήν τε Μαιῶτιν λίμνην τὴν δεχομένην τὸν Τάναϊν, καὶ τὴν Κασπίαν θάλατταν, λίμνην καὶ ταύτην καλοῦντες, καὶ συντετρῆσθαι φάσκοντες πρὸς * ἀλλήλας ἀμφοτέρας, ἑκατέραν δὲ εἶναι μέρος τῆς ἑτέρας. Πολύκλειτος δὲ καὶ πίστεις προσφέρεται περὶ τοῦ λίμνην εἶναι τὴν θάλατταν ταύτην. ὄφεις τέ γὰρ ἐκτρέφειν, p. 510.
[1] καὶ ὑπόγλυκυ εἶναι τὸ ὕδωρ· ὅτι δὲ καὶ οὐχ ἑτέρα τῆς Μαιώτιδός ἐστι, τεκμαιρόμενος
C ἐκ τοῦ Τάναϊν εἰς αὐτὴν ἐμβάλλειν· ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν ὀρῶν τῶν Ἰνδικῶν ἐξ ὧν ὅτε Ὦχος, καὶ ὁ Ὦξος φέρεται καὶ ἄλλοι πλείους, καὶ ὁ Ἰαξάρτης ἐκδίδωσί τε ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ Κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκτικώτατος. τοῦτον οὖν ὠνόμασαν Τάναϊν καὶ προσέθεσαν τούτῳ πίστιν, ὥστ' εἴη Τάναϊς ὃν εἴρηκεν ὁ Πολύκλειτος· τὴν γὰρ περαίαν τοῦ ποταμοῦ τούτου φέρειν ἐλάτην· καὶ οἰστοῖς ἐλατίνοις χρῆσθαι τοὺς ταύτῃ Σκύθας· τοῦτο δὲ καὶ τεκμήριον τοῦ τὴν χώραν τὴν πέραν τῆς Εὐρώπης εἶναι μὴ τῆς Ἀσίας· τὴν γὰρ Ἀσίαν τὴν
3. Ὡς Παλαίφατος φησὶν ἐξ Ἀμαζόνων τῶν ἐν τῇ Ἀλόπῃ οἰκούντων, νῦν δὲ ἐν Ζελείᾳ τὸν Ὀδίον. *Palæphatus ait ex Amazonibus Alopen tunc, nunc Zeleiam habitantibus Odium.)* Ex præcedentibus patet legendum Ἀλαζώνων vel Ἀλιζώνων, ut quadret cum Hecatæo vel Menecrate. Cæterum cum apud Palæphatum habeamus caput de Amazonibus, hæc verba, quæ citantur à Strabone, ibi non inveniuntur. *Palmer.*

1. Τὰ

contradixit, qui putant legendum, è Chalyba. Concedens enim quòd etsi nunc non exstent argenti metalla apud Chalybes, tamen potuerint aliquando fuisse: id non concedit, ea nobilia fuisse, & digna memoratu, item ut ferri venas. Quid obstat, diceret aliquis, ut ferri, ita etiam argenti metalla celebrentur? aut potest ferri copia locum nobilitare, argenti nequeat? nisi fortè non heroum, sed Homeri demum ætate in honorem venerit argentum: ut reprehendendus sit poëta, qui eo nomine celebrem facere voluerit Alybam. Quomodo ergo fama hæc & opinio ad Homerum pervenit? quomodo æris in Temesa Italica? quomodo divitiarum Thebis Ægyptiis, quæ duplo ferè tantum aberant, quantum Chaldæi? Immò ne cum his quidem consentit, quibus patrocinatur. Nam de Scepsi patria sua scribens, prope eam & Æsepum ait esse Eneam pagum, & Argyriam, & Alaziam. quæ si sunt, utique ad fontes Æsepi sunt. At Hecatæus ultra ejus ostia ponit: & Palæphatus Amazones priùs Alopam, pòst Zelejam incoluisse dicens, nihil cum istis concordans dicit. Ac ne Menecrates quidem: qui Allope ista, aut Allobe, aut quocunque modo scribi velint, quæ sit non explicat. Acne ipse etiam Demetrius. Is enim hac de re adversus Apollodorum in Trojani exercitus recensione (diximus quidem jam multa, sed & hoc dicendum est) statuit non esse Halizonas extra Halyn intelligendum: nulla enim auxilia Trojanis venisse ex iis, quæ sunt trans Halyn, regionibus. Primùm ergo ex ipso quæremus quinam sint intra Halyn Halizones, & quid sit,

Ex Alyba procul, argenti quà vena secatur.

Non enim habebit quod dicat. Causam deinde jubebimus reddere, cur non concedat suppetias ex ulteriore regione missas fuisse. Nam ut reliqui omnes, Thracibus exceptis, intra Halyn sedes habuerint: nihil tamen impedit, quo minùs vel soli Leucosyri trans Halyn profecti auxilio Trojanis venerint. Nisi forte belligerantes transire ex istis locis in citeriora potuerunt, (quod de Amazonibus, Treribus, & Cimmeriis traditum est) opitulatum venire non potuerunt? Atque Amazones quidem auxilium non tulerunt: quia Priamus Trojanos adjuvans contra illas in bello fuerat. sic enim ait:

A δεῖν ἀκούειν τηλόθεν ἐκ Χαλύβης πιθανῶς ἀντείρηκε. Συγχωρήσας γὰρ, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἔστι νῦν ἐν τοῖς Χάλυψι τὰ ἀργύρεια, ὑπάρξαι γε ἐνεδέχετο. ἐκεῖνο οὐ συγχωρεῖ, ὅτι καὶ ἔνδοξα ἦν καὶ ἄξια μνήμης, καθάπερ τὰ σιδήρεια * [τί δὲ κωλύει, φαίη τις ἂν ἢ καὶ ἔνδοξα εἶναι, καθάπερ καὶ τὰ σιδήρεια;] ἢ σιδήρου μὲν εὐπορία τόπον ἐπιφανῆ δύναται ποιεῖν, ἀργύρου δ' οὔ; εἰ μὴ κατὰ τοὺς Ἥρωας, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον εἰς δόξαν ἀφῖκτο τὰ ἀργύρεια· ἆρα μέμψαιτ' ἄν τις τὴν ἀπόφασιν τοῦ ποιητοῦ; πῶς οὖν εἰς τὸν ποιητὴν ἡ δόξα ἀφίκετο; πῶς δ' ἡ τοῦ ἐν Τεμέσῃ χαλκοῦ τῇ Ἰταλιώτιδι; πῶς δ' ἡ τοῦ Θηβαϊκοῦ
B πλούτου τῶν κατ' Αἴγυπτον; καίτοι διπλάσιον σχεδόν τι διέχοντα τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν, ἢ τῶν Χαλδαίων. Ἀλλ' οὐδ' οἷς * συνηγορεῖ, τούτοις ὁμολογεῖ. [1] Τὰ γὰρ περὶ τὴν Σκῆψιν νομοθετῶν τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, πλησίον τῆς Σκήψεως, καὶ τοῦ Αἰσήπου, Ἐνέαν κώμην καὶ Ἀργυρίαν λέγει, καὶ Ἀλαζίαν· ταῦτα μὲν οὖν εἰ καὶ ἔστι πρὸς ταῖς πηγαῖς ἂν εἴη τοῦ Αἰσήπου. Ὁ δὴ Ἑκαταῖος λέγει ἐπέκεινα τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ· ὅ, τε Παλαίφατος πρότερον μὲν Ἀλόπην οἰκεῖν φήσας, νῦν δὲ Ζέλειαν, οὐδὲν ὅμοιον λέγει τούτοις. Εἰ δ' ἄρα ὁ Μενεκράτης, καὶ οὐδ' οὗτος τὴν Ἀλλόπην, ἢ Ἀλλόβην, ἢ ὅπως ποτὲ βούλονται γράφειν, φράζει ἥ
C τις ἐστίν· οὐδ' αὐτὸς ὁ Δημήτριος. Πρὸς Ἀπολλόδωρον δὴ περὶ τῶν αὐτῶν [2] ἐν τῷ Τρωϊκῷ διακόσμῳ διαλεγόμενος, πολλὰ μὲν εἴρηται πρότερον, καὶ νῦν δὲ λεκτέον· οὐ γὰρ οἴεται δεῖν δέχεσθαι τοὺς * Ἀλιζῶνας ἐκτὸς τοῦ Ἅλυος. μηδεμίαν γὰρ συμμαχίαν ἀφῖχθαι τοῖς Τρωσὶν ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἅλυος· πρῶτον τοίνυν ἀπαιτήσομεν αὐτὸν, τίνες εἰσὶν οἱ ἐντὸς τοῦ Ἅλυος οἱ * Ἀλιζῶνες, καὶ

Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Οὐ γὰρ ἕξει λέγειν. Ἔπειτα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ συγχωρεῖ καὶ ἐκ τῆς περαίας ἀφῖχθαί τινα συμμαχίαν. Καὶ γὰρ εἰ τὰς ἄλλας ἐντὸς εἶναι τοῦ
D ποταμοῦ πάσας συμβαίνει πλὴν τῶν Θρακῶν, μίαν γε ταύτην οὐδὲν ἐκώλυε πέραθεν ἀφῖχθαι ἐκ τῆς ἐπέκεινα τῶν Λευκοσύρων. Ἢ πολεμήσοντας μὲν ἦν δυνατὸν διαβαίνειν ἐκ τῶν τόπων τούτων καὶ τῶν ἐπέκεινα, καθάπερ τὰς Ἀμαζόνας, καὶ Τρῆρας, καὶ Κιμμερίους φασί· συμμαχήσοντας δ' ἀδύνατον; [3] Αἱ μὲν οὖν Ἀμαζόνες οὐ συνεμάχουν, διὰ τὸ τὸν Πρίαμον πολεμῆσαι πρὸς αὐτὰς συμμαχοῦντα * τοῖς Τρωσίν·

* Inclusa in tribus exemplaribus desiderabantur.
Odyss. α. 184.
Iliad. ι. 381.
* Scripti, συνεργεῖ.
P. 552.
* Scripti, Ἀλυζῶνας.
* Scripti, Ἀλύζωνοι, Ald. & Hopper.
Ιλ. Β. Ἀλυζῶνες. 857.
* Manuss. τοῖς Ἴωσι.

1. Τὰ γὰρ περὶ τὴν Σκῆψιν νομοθετῶν) Postrema vox mihi est suspecta. An legi potest τοποτετῶν? *Casaub.*

2. ἐν τῷ Τρωϊκῷ διακόσμῳ διαλεγόμενος) Scribendum διαλεγόμενον. *Idem.*

3. Αἱ μὲν οὖν Ἀμαζόνες οὐ συνεμάχουν) Atqui illas ajunt συμμαχῆσαι. Vide Q. Smyrnæi Paralipomena. *Idem.*

Iliad. γ. 187.

Ἤματι τῷ ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. A
(Φησὶν ὁ Πρίαμος,)
Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν, μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην.

* Scripti, εἴθ' ὁμ.
* Vulgò, χαλεπὸν ita Cod. Ald. & Hopper.

* Οὔθ' ὁμοροῦντες αὐταῖς, οὐδ' οὕτως ἄπωθεν ὄντες, ὥστε * χαλεπὴν εἶναι τὴν ἐκεῖθεν μετάπεμψιν, οὐδ' ἔχθρας ὑποκειμένης, οὐδὲν ἐκωλύοντο οἶμαι συμμαχεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ δόξαν ἔχει τοιαύτην τῶν παλαιῶν εἰπεῖν, ὡς συμφωνούντων, ἁπάντων, μηδένας ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἅλυος κοινωνῆσαι τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου. Πρὸς τοὐναντίον δὲ μᾶλλον εὕροι τις ἂν μαρτυρίας. Μαιάνδριος γοῦν ἐκ τῶν Λευκοσύρων φησὶ τοὺς Ἑνετοὺς ὁρμηθέντας συμμαχῆσαι τοῖς Τρωσίν· B ἐκεῖθεν δὲ μετὰ τῶν Θρᾳκῶν ἀπᾶραι, καὶ οἰκῆσαι περὶ τὸν τοῦ Ἀδρίου μυχόν· τοὺς δὲ μὴ μετασχόντας τῆς στρατείας Ἑνετοὺς, Καππάδοκας γενέσθαι. Συνηγορεῖν δ' ἂν δόξειε τῷ λόγῳ τούτῳ διότι πᾶσα ἡ πλησίον τοῦ Ἅλυος Καππαδοκία ὅση παρατείνει τῇ Παφλαγονίᾳ, ταῖς δυσὶ χρῆται * διαλέξεσι, καὶ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζει τοῖς Παφλαγονικοῖς, Βάγας καὶ Βιάσας, καὶ Αἰνιάτης, καὶ Ῥατώτης, [2] καὶ Ζαρ', Δώκης [3] καὶ Τίβηρος, καὶ Γάσυς καὶ * Ὀλόγασυς, καὶ Μάνης· ταῦτα γὰρ ἔντι τῇ Βαμωνίτιδι, καὶ Πημολίτιδι, καὶ τῇ * Ζαγιλλουΐτιδι, καὶ Γαζακηνῇ, καὶ ἄλλαις C πλείσταις χώραις ἐπιπολάζει τὰ ὀνόματα. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἀπολλόδωρος παρατίθησι τὸ τοῦ Ζηνοδότου, ὅτι γράφει

p. 553.
* Manuſſ. διαλέκτοις.
* Manuſſ. Ὀλίγασις.
* Manuſſ. Γαζαλουίτιδι.

Ἐξ Ἑνετῆς, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Ταύτην δέ φησιν Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον δέχεσθαι τὴν Ἀμισόν. Ἡ δ' Ἀμισὸς εἴρηται διότι τῶν Λευκοσύρων ἐστὶ καὶ ἐκτὸς τοῦ Ἅλυος. Εἴρηται δ' αὐτῷ που καὶ διότι ὁ ποιητὴς ἱστορίαν εἶχε τῶν Παφλαγόνων τῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ, παρὰ τῶν πεζῇ διελθόντων τὴν χώραν· τὴν παραλίαν δ' ἠγνόει καθάπερ καὶ τὴν ἄλλην τὴν Ποντικήν· ὠνόμαζε γὰρ ἂν αὐτήν. D Τοὐναντίον δ' ἐστὶν ἀναστρέψαντα εἰπεῖν ἐκ τῆς περιοδείας ὁρμηθέντα τῆς ἀποδοθείσης νυνὶ, ὡς τὴν μὲν παραλίαν πᾶσαν ἐπελήλυθε, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων τότε ἄξιον μνήμης παραλέλοιπεν. Εἰ δ' Ἡράκλειαν καὶ Ἄμαστριν, καὶ Σινώπην οὐ λέγει, τὰς μήπω συνῳκισμένας οὐδὲν θαυμαστόν· τῆς δὲ μεσογαίας οὐδὲν ἄτοπον εἰ μὴ εἴρηκε. Καὶ τὸ μὴ ὀνομάζειν δὲ πολλὰ τῶν γνωρίμων, οὐκ ἀγνοίας ἐστὶ σημεῖον,

Inter quos ſocia arma tuli tunc fœdere junctus,
Tempore Amazonides quo ſe ingeſſere feroces.

[1] Neque contermini iſtis mulieribus, neque ita longè remoti, ut inde arceſſendi incideret difficultas, neque hoſtili diſſidio interveniente: nihil puto impedivit quin auxilio venirent. Sed ne hoc quidem probabile eſt, omnes veteres in id conſentire, neminem eorum, qui trans Halyn habitarent, Trojanis in belli ſocietatem ſe adjunxiſſe. Et veró in contrariam ſententiam invenire licet teſtimonia. Nam Mæandrius Henetos è Leucoſyris profectos Trojanis in bello opem tuliſſe ait: inde cum Thracibus avectos, ſedes poſuiſſe in Adriæ ſinus angulo: eos Henetos, qui expeditioni non interfuerint, Cappadoces eſſe factos. Ac videtur adſtipulari huic ſententiæ id, quod, omnis Cappadocia quæ appropinquat ad Halyn, & ponè Paphlagoniam porrigitur: ea utroque ſermonis utitur genere, vocabuliſque Paphlagonicis abundat: quod genus ſunt Bagas, Biaſas, Æniates, Ratotes, Zar, Tiberus, Gaſys, Ologaſys, Manes: quæ in Bamonitide, Pemolitide, Zagiluitide, Gazacena, aliiſque multis partibus in frequentiſſimo ſunt uſu. Ipſe adeò Apollodorus Zenodoti iſthuc adducit, quòd ſcribat.

Ex Heneta, mulas regio quæ gignit agreſtes.

Et aſſerit, Henetam ab Hecatæo Mileſio accipi urbem Amiſum. Demonſtravimus autem Leucoſyrorum eſſe Amiſum, & extra Halyn. ¶ Idem alicubi dicit, poëtæ Paphlagonum mediterranem tantùm cognita fuiſſe de narratione eorum, qui iſta peragraſſent: maritimam æquè ut & reliquam Ponticam ignotam ei fuiſſe: alioqui nomina editurum nimirum fuiſſe. Contrà hoc invertere licet, deſcriptione oræ maritimæ quam nunc explicavimus principii loco ſumta: & pronunciare, fuiſſe ab eo totum litus deſcriptum, nihilque eorum, quæ iſta tempeſtate mentionem merebantur, præteritum. Quòd autem Heracleam, Amaſtrin, & Sinopen haud nominavit, nondum conditas, mirum non eſt: neque abſurdum, quod etiam mediterraneorum quædam non appellavit. Jam quod multa eorum non nominavit, quæ valde ſunt nota, id non ſtatim ignorationis ſignum eſt:

1. *Neque contermini*) Lacer eſt locus, loquitur autem de Chalybibus haud dubiè. itaque aſteriſco oſtendi deeſſe, quòd ſupplere meliores poſſunt codices. *Xyland.*

2. Καὶ ζὰρ δώκης) Manifeſto legendum cum veteribus libris Σαρδώκης. *Caſaub.*

3. Καὶ Τίβηρος) Lego καὶ Τίβιος ex ipſo Strabone, libro octavo. *Idem.* Scribe ſeptimo pag. 304.

qua

qua de re etiam suprà monuimus. Ait eum multa nobilia ignorasse, de iis quæ sunt circa Pontum: utpote flumina & populos: quos alioqui fuerit nominaturus. Hoc de quibusdam concedi potest, quorum signa sunt admodum evidentia: ut Scythis, Mæotide, Istro. Non enim per notas descripsisset Nomades lacte vescentes, opibus carentes, & justissimos homines, & claros equimulgos: & Scytharum, Sauromatarum, sive Sarmatarum nomen obticuisset: si tamen tum ita appellabantur à Græcis. Neque Thracum facta & Mysorum mentione, qui ad Istrum accolunt: ipsius fluvii nomen suppressisset, fluminum maximi: præsertim alioqui multus in distinguendis amnium notatione regionibus. Neque de Cimmeriis loquens, Mæotim omisisset & Bosporum. Quæ verò adeò insignia aut non sunt, aut ipsius ætate non fuerunt, ea si omisit, quis eum culpet? Verbi gratia, Tanais aliam nullam ob causam, quam quòd limes Europæ & Asiæ est, innotuit: at neque Europam neque Asiam nominabat Homero vivente, necdum divisus erat in tres continentes orbis terrarum, alioqui enim ut nimis insignes nominasset reliquas itidem, ut Africam nominavit, & ab occidua ejus spirantem parte Africum. continentibus reliquis nondum divisis, ne Tanaidis quidem opus habuit mentione. Sunt porrò multa commemoratione digna, sed de quibus ei nihil succurrebat. nam & in actionibus, & in sermonibus multa sunt de eorum genere, quæ subitò ad animum accidunt. Proinde ex hisce omnibus liquet vitioso duci indicio, quicunque ex eo, quod prætеritum ab Homero est aliquid, ignotum id ei fuisse colligit. Estque in rem, pluribus exemplis demonstrare quam pravum sit hoc signum, cum eo multi sint frequenter usi: qui hoc modo ratiocinantes refutandi sunt: etiam si videri possimus eadem sæpius inculcare. Exempli causa, si quis dicat ignoratum aliquem ab Homero esse fluvium, eo argumento quia nomen ejus non retulerit: fatuè eum loqui affirmabimus: quando ne Meleten quidem nominavit, qui amnis labitur præter Smyrnam, quæ à plurimis poëtæ patria assignatur. Hermum & Hyllum nominavit, Pactolum non item, qui tamen è Tmolo delapsus, cujus meminit, in eundem incidat alveum. Smyrnæ quoque nomen obticuit, & aliarum Ionicarum urbium: cùm nominet Æolicas, Miletum, Samnum, Lesbum, Tenedum.

A ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεσημηνάμεθα. Ἀγνοεῖν γὰρ αὐτὸν πολλὰ τῶν ἐνδόξων ἔφη περὶ τὸν Πόντον, οἷον ποταμοὺς καὶ ἔθνη· ὀνομάσαι γὰρ ἄν. Τοῦτο δ' ἐπὶ μὲν τινων σφόδρα σημειωδῶν δοίη τις ἄν, οἷον Σκύθας, καὶ Μαιῶτιν καὶ Ἴστρον· οὐ γὰρ διὰ σημείων μὲν τοὺς Νομάδας εἴρηκε γαλακτοφάγους, ἀβίους τε καὶ δικαιοτάτους ἀνθρώπους, καὶ ἔτι ἀγαυοὺς ἱππημολγούς. Σκύθας δὲ οὐκ ἂν εἶπεν ἢ Σαυρομάτας, ἢ Σαρμάτας· εἰ δὴ οὕτως ὠνομάζοντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. Οὐδ' ἂν Θρακῶν τε, καὶ Μυσῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ, αὐτὸν παρεσίγησε, μέγιστον (Iliad. ν. initio.)
B τῶν ποταμῶν ὄντα· καὶ ἄλλως ἐπιφόρως ἔχων πρὸς τὸ τοῖς ποταμοῖς ἀφορίζεσθαι τοὺς τόπους. οὐδ' ἂν Κιμμερίους λέγων παρῆκε τὸν Βόσπορον ἢ τὴν Μαιῶτιν· Ἐπεὶ δὲ τῶν μὴ οὕτω σημειωδῶν, ἢ μὴ τότε, ἢ μὴ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, τί ἄν τις μέμφοιτο, Οἷον τὸν Τάναϊν δι' οὐδὲν ἄλλο γνωριζόμενον, ἢ διότι τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Εὐρώπης ὅριόν ἐστιν. ἀλλ' οὔτε τὴν (p. 554.) Ἀσίαν, οὔτε τὴν Εὐρώπην ὠνόμαζόν πω οἱ τότε, οὐδὲ διῄρητο οὕτως εἰς τρεῖς ἠπείρους ἡ οἰκουμένη· ὠνόμασε γὰρ ἄν που διὰ τὸ λίαν σημειῶδες, ὡς καὶ τὴν Λιβύην, καὶ τὸν Λίβα
C τὸν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τῆς Λιβύης πνέοντα· τῶν δ' ἠπείρων μή πω διωρισμένων, μηδὲ τοῦ Τανάϊδος ἔδει, καὶ τῆς μνήμης αὐτοῦ. Πολλὰ δὲ καὶ ἀξιομνημόνευτα μὲν, οὐχ ὑπέδραμε δέ· πολὺ γὰρ δὴ καὶ τὸ ἐπελευστικὸν εἶδος ἔν τε τοῖς λόγοις, καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐστίν. Ἐκ πάντων δὲ τῶν τοιούτων δῆλον ἐστιν, ὅτι μοχθηρῷ σημείῳ χρῆται πᾶς ὁ ἐκ τοῦ μὴ λέγεσθαί τι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, ἀγνοεῖσθαι ἐκεῖνο ὑπ' αὐτοῦ τεκμαιρόμενος, καὶ δεῖ διὰ πλειόνων παραδειγμάτων ἐξελέγχειν αὐτὸ μοχθηρὸν ὄν· πολλῷ γὰρ αὐτῷ κέχρηνται πολλοί·
D ἀνακρουστέον οὖν αὐτοὺς προφέροντας τὰ τοιαῦτα, εἰ καὶ ταυτολογήσομεν τὸν λόγον. Οἷον (Iliad. υ. 391.) ἐπὶ τῶν ποταμῶν εἴ τις λέγοι * τὸ μὴ ὀνομάζεσθαι, ἀγνοεῖσθαι εὐήθη φήσομεν τὸν λόγον· ὅπου γε οὐδὲ Μέλητα τὸν παρὰ τὴν Σμύρναν ῥέοντα ὠνόμακε ποταμὸν τὴν ὑπὸ τῶν πλείστων λεγομένων αὐτοῦ πατρίδα. Ἕρμον ποταμὸν καὶ Ὕλλον ὠνόμαζεν, οὐδὲ Πακτωλὸν τὸν εἰς ταὐτὸ τούτοις ῥεῖθρον ἐμβάλλοντα, τὴν δ' ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Τμώλου ἔχοντα, οὗ μέμνηται. Οὐδ' αὐτὴν Σμύρναν λέγει, οὐδὲ τὰς ἄλλας τῶν Ἰώνων πόλεις καὶ τῶν Αἰολέων τὰς πλείστας, Μίλητον λέγων, καὶ Σάμον, καὶ Λέσβον, καὶ Τένεδον.

* Lego, τῷ.

οὐδὲ Ληθαῖον τὸν παρὰ Μαγνησίαν ῥέοντα. οὐδὲ A δὴ Μαρσύαν, τοὺς εἰς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδόντας· ἐκεῖνον ὀνομάζων, καὶ πρὸς * τούτοις,

* Scripti, τούτῳ.

Iliad. ε. 669. Iliad. μ. 20.

Ῥῆσόν θ', Ἑπτάπορόν τε, Κάρησόν τε, Ῥόδιόν τε,

καὶ τοὺς ἄλλους, ὧν οἱ πλείους ὀχετῶν οὐκ εἰσὶ μείζους. Πολλάς τε χώρας ὀνομάζων καὶ πόλεις, ποτὲ μὲν, καὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ ὄρη συγκαταλέγει, τοτὲ δ' οὔ· τοὺς γοῦν κατὰ τὴν Αἰτωλίαν καὶ τὴν Ἀττικὴν οὐ λέγει, οὐδ' ἄλλους πλείους· ἐπεὶ καὶ τῶν πόῤῥω μεμνημένος, τῶν ἐγγὺς σφόδρα οὐ μέμνηται· οὐ δή που ἀγνοῶν αὐτοὺς γνωρίμους τοῖς ἄλλοις ὄντας· οὐδὲ δὲ τοὺς ἐγγὺς ἐπίσης, B ὧν τοὺς μὲν ὠνόμαζε, τοὺς δὲ οὔ. οἷον Λυκίους μὲν καὶ Σολύμους, Μίλυας δ' οὔ, οὐδὲ Παμφύλους, οὐδὲ Πισίδας. Καὶ Παφλαγόνας μὲν καὶ Φρύγας, καὶ Μυσούς· Μαριανδυνοὺς δ' οὔ, οὐδὲ Θυνοὺς οὐδὲ Βιθυνοὺς, οὐδὲ Βέβρυκας· Ἀμαζόνων τε μέμνηται, Λευκοσύρων δ' οὔ, οὐδὲ Σύρων, οὐδὲ Καππαδόκων, οὐδὲ Λυκαόνων, Φοίνικας, καὶ Αἰγυπτίους, καὶ Αἰθίοπας θρυλλῶν·

p. 555. καὶ Ἀλήϊον μὲν πεδίον λέγει καὶ Ἀρίμους· τὸ δὲ ἔθνος, ἐν ᾧ ταῦτα, σιγᾷ. Ὁ μὲν δὴ τοιοῦτος [1] ἔλεγχος ψευδής ἐστιν· ὁ δ' ἀληθὴς, ὅταν δείκνυται ψεῦδος λεγόμενόν τι· [2] ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ τοιούτῳ κατορθῶν ἐδείχθη, οὔτε γε ἐθάῤῥησε πλάσματα C λέγειν, τοὺς ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς γαλακτοφάγους· τοσαῦτα καὶ πρὸς Ἀπολλόδωρον· ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν ἑξῆς περιήγησιν.

Ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν περὶ Φαρνακίαν, καὶ Τραπεζοῦντα τόπων οἱ Τιβαρηνοὶ, καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας εἰσίν· αὕτη δ' ἐστὶν εὐδαίμων ἱκανῶς χώρα· δυνάσται δ' αὐτὴν κατεῖχον ἀεὶ, καθάπερ τὴν Σωφηνήν· τοτὲ μὲν φίλοι τοῖς ἄλλοις Ἀρμενίοις ὄντες, τοτὲ δὲ ἰδιοπραγοῦντες. ὑπηκόους δ' εἶχον καὶ τοὺς Χαλδαίους, καὶ τοὺς Τιβαρηνοὺς, ὥστε μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας διατείνειν τὴν ἀρχὴν αὐτῶν. Αὐξηθεὶς δὲ Μιθριδάτης ὁ Εὐ- D πάτωρ, καὶ τῆς Κολχίδος κατέστη κύριος, καὶ τούτων ἁπάντων, Ἀντιπάτρου τοῦ Σίσιδος παραχωρήσαντος αὐτῷ. Ἐπεμελήθη δὲ οὕτω τῶν τόπων τούτων, ὥστε πέντε καὶ ἑβδομήκοντα φρούρια ἐν αὐτοῖς κατεσκευάσατο, οἷσπερ τὴν πλείστην γάζαν ἐνεχείρησε. * Τούτων δ' ἦν ἀξιολογώτατα ταῦτα, Ὕδαρα, καὶ Βασγοιδάριζα, καὶ Σινορία, ἐπιπεφυκὸς τοῖς ὁρίοις τῆς μεγάλης

* Vulgò Τούτοις.

A Non nominat Lethæum qui Magnesiam præterfluit, neque Marsyam, qui in Mæandrum ab ipso nominatim dictum influunt: cùm tamen retulerit flumina,

Rhesúmque, Heptaporúmque, Caresúmque, Rodiúmque,

& alia, quorum pleraque, rivi modum non superant. Multas etiam regiones urbesve nominans, aliquando simul fluvios & montes refert, aliquando omittit. nam Aetoliæ quidem & Atticæ non exprimit, itémque plures alios: quando longinquorum etiam facta mentione, admodum propinqua præte- B rit: non utique quod ignoraret ea, nota aliis. Quin & ex æquo propinqua, alia nominans, alia reticet. Ita Lycios & Solymos refert: Milyas non, neque Pamphylos, neque Pisidas: item Paphlagonas habet, & Phryges, & Mysos: Mariandynos, Bithynos, Bebryces non habet. Amazonum meminit, tacitis Leucosyris. Syros, Cappadocas, Lycaones omisit, de Phœnicibus, Ægyptiis, & Aethiopibus sæpe loquens. Alejum campum & Arima nominat: regionem, in qua sunt, dissimulat. Hæc ergo falsa est reprehensio: vera, si quid ostendat poëtam falsi di- C xisse. At nihil tale præstitit ille, neque ausus est commentum vocare claros illos equimulgos lactivoros. Hæc ergo Apollodoro sint responsa: nos ad historiam institutam revertamur.

Supra Pharnaciam ergo & Trapezuntem sunt Tibareni & Chaldæi usque ad parvam Armeniam. Ea est satis felix regio, quam, ut & Sophenam reguli tenuerunt, aliquando fœdere Armeniis juncti, aliquando rem suam privatim administrantes: paruerunt eis & Tibareni & Chaldæi: ita ut Trapezuntem usque & Phar- D naciam eorum se ditio proferret. Mithridates Eupator potentia auctus, cùm Colchidem sibi subjecit, tum isthæc omnia, Antipatro Siside dominium ei cedente. Eam autem curam istorum locorum gessit, ut LXXV castella in iis exstruxerit, inque iis maximam gazam recondiderit, de quibus præcipua sunt Hydara, Basgœdariza, Sinoria, finibus majoris

1. Ἔλεγχος ψευδής ἐστιν) Sic habent libri veteres, vulgò, ψεῦδός ἐστιν. quomodo sæpe Græci loquuntur. *Casaub.*

2. ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ τοιούτῳ κατορθῶν ἐδείχθη) Sic restituimus secuti veteres libros, & ipsum Aldinum. Sensus est demonstratum alio loco fuisse, etiam hac in partè peccare Apollodorum, quando videlicet vult ostendere Homerum aliquid dixisse quod sit falsum. *Idem.*

Armeniæ inhærens castellum, unde & Synoriam Theophanes O magno appellavit, hoc est bigas. Nam totus mons Paryadres multas tales habet opportunitates: cùm aquæ dives sit & sylvosus, ac præruptis convallibus & præcipitiis passim divellatur. Itaque hîc plurima suorum gazophylaciorum condidit: atque etiam ad extremum in hanc ultimam Pontici regni marginem confugit ingruente Pompejo Mithridates, montem in Acilisena aqua præditum apud Dastira occupans. haud procul Euphrate, qui dividit minorem Armeniam ab Acilisena: ibi tantisper duravit, dum Pompejo obtinente coactus fuit per montes in Colchidem, atque inde in Bosporum fugere. Pompejus ibi locorum, in ipsa minore Armenia condidit Nicopolin, quæ etiamnum constat, & commodè habitatur. Enimverò minorem Armeniam cùm aliâs alii Romanorum arbitratu habuissent, ultimo loco Archelaus tenuit: Tibarenos, Chaldæos, usque ad Colchidem & Pharnaciam ac Trapezuntem possidet Pythodoris, prudens mulier & præesse rebus gnara. Filia est Pythodori Tralliani. Uxor fuit Polemonis, & cum eo regnavit per aliquod tempus: marito autem apud barbaros mortuo in Aspurgianis, qui sunt circa Sindicam, ipsa in regnum successit. cumque haberet duos è Polemone filios, & unam filiam: hæc nuptum data fuit Cotyi Sapæo, & per insidias eo necato vidua permansit, cùm liberos ex eo haberet: de quibus natu maximus rerum potitur, Pythodoridis filiorum alter cum matre privatus

A Ἀρμενίας χωρίον· 1 διόπερ Θεοφάνης * συνωρίαν παρωνόμασεν. Ἡ γὰρ τοῦ Παρυάδρου πᾶσα ὀρεινὴ τοιαύτας ἐπιτηδειότητας ἔχει πολλὰς, εὔυδρός τε οὖσα καὶ ὑλώδης, καὶ ἀποτόμοις φάραγξι, καὶ κρημνοῖς διειλημμένη * πολλαχόθεν· ἐτετείχιστο γοῦν ἐνταῦθα τὰ πλεῖστα τῶν γαζοφυλακίων· καὶ δὴ καὶ τὸ τελευταῖον, εἰς ταύτας κατέφυγε τὰς ἐσχατιὰς τῆς Ποντικῆς βασιλείας ὁ Μιθριδάτης ἐπιόντος Πομπηΐου, καὶ τῆς Ἀκιλισηνῆς κατὰ Δάσειρα, εὔυδρον ὄρος καταλαβόμενος· πλησίον δ' ἦν καὶ ὁ Εὐφράτης ὁ διορίζων τὴν Ἀκιλισηνὴν
B ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας· διετρίψε τε τέως, ἕως πολιορκούμενος, ἠναγκάσθη φυγεῖν διὰ τῶν ὀρῶν εἰς Κολχίδα, κἀκεῖθεν εἰς Βόσπορον. Πομπήϊος δὲ περὶ τὸν τόπον τοῦτον 2 πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ αὐτῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ Νικόπολιν, καὶ νῦν συμμένει, καὶ οἰκεῖται καλῶς. Τὴν μὲν οὖν μικρὰν Ἀρμενίαν ἄλλοτ' ἄλλων ἐχόντων ὡς ἐβούλοντο Ῥωμαῖοι, τὸ τελευταῖον εἶχεν ὁ Ἀρχέλαος. Τοὺς δὲ Τιβαρηνοὺς, καὶ Χαλδαίους, μέχρι Κολχίδος καὶ Φαρνακίας, καὶ Τραπεζοῦντος, ἔχει 3 Πυθοδωρὶς, γυνὴ σώφρων καὶ δυνατὴ προΐστασθαι
C πραγμάτων· Ἔστι δὲ θυγάτηρ Πυθοδώρου τοῦ Τραλλιανοῦ· γυνὴ δ' ἐγένετο Πολέμωνος, καὶ συνεβασίλευσεν ἐκείνῳ χρόνον τινά· εἶτα διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, 4 τελευτήσαντος ἐν τοῖς Ἀσπουργιανοῖς καλουμένοις τῶν περὶ τὴν Σινδικὴν βαρβάρων· δυεῖν δ' ἐκ τοῦ Πολέμωνος ὄντων υἱῶν καὶ θυγατρὸς, ἡ μὲν ἐδόθη 5 Κότυϊ τῷ Σαπαίῳ· δολοφονηθέντος δὲ ἐχήρευσε, παῖδας ἔχουσα ἐξ αὐτοῦ· 6 δυναστεύει δ' ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν· τῶν δὲ τῆς Πυθοδωρίδος υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιοικεῖ τῇ μητρὶ

* Scripti, Συνέδραν.

* Scripti, πολλαχόθεν πολλά.

p. 556.

1. Διόπερ Θεοφάνης συνωρίαν παρωνόμασε) ait διόπερ, hoc est, quia erat ἐν τοῖς ὁρίοις, sive in confinio minoris majorisque Armeniæ. Ergo legendum συνορίαν per ο non per ω. Si quis tamen vulgatam lectionem retinendam contendat, non valde repugnabo. In veteribus locus est corruptus & legitur συνέδραν: mihi de hoc loco nondum planè liquet: maximè propter vocem ἐπιπεφυκός. *Casaub.*

2. Πόλιν ἔκτισεν ἐν τῇ αὐτῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ Νικόπολιν) Dio ait Cappadocibus attribui Nicopolitas. Plinio convenit cum Strabone, lib. VI. cap. 9. *Oppida celebrantur in minore Cæsarea, Aza, Nicopolis.* Sic & Ptolem. *Idem.*

3. Πυθοδωρὶς, γυνὴ σώφρων) Hujus Strabo non semel meminit, de Polemone ejus marito vide Dionem. *Idem.*

4. Τελευτήσαντος ἐν τοῖς Ἀσπουρ.) Lego τελευτήσαντος τ' ἀνδρὸς ἐν. *Idem.*

5. Κότυϊ τῷ Σαπαίῳ) Cotyïs nomen quum audis intellige aliquem Thraciæ regem. Nam id fere per-
D petuum est, apud Thucydidem, Diodor. Dionem, Livium, Tacitum ac reliquos historicos. Porrò Cotys hic est ille Rhæmetalcis filius, quem narrat Tacitus libro secundo Annalium c. 67. dolo catenis primum oneratum, deinde interfectum à Rhescuporide patruo, qui postea accusatus ab hac Polemonis & Pythoridis filia, damnatus est. Non enim aliam Tacitus illo loco intelligit, quam hanc nostram. Habes autem hoc loco apud Strabonem paucissimis verbis comprehensam historiam, quam copiosè Tacitus refert. *Idem.*

6. Δυναστεύει δ' ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν) Tacitus paullò aliter narrare videtur, *Thracia*, inquit L. II. Ann. c. 67. *in Rhæmetalcem filium Racusporidi, quem paternis consiliis adversatum constabat, inque liberos Cotyis dividitur: iisque nondum adultis Trebellienus Rufus Prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo quo majores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorem, in Ægyptum miserant.* Idem.

τὴν ἀρχήν, ¹ ὁ δὲ νεωστὶ καθίσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς· αὐτὴ δὲ συνῴκησεν Ἀρχελάῳ, καὶ συνέμεινεν ἐκείνῳ μέχρι τέλους. νῦν δὲ χηρεύει, τά τε λεχθέντα ἔχουσα χωρία, καὶ ἄλλα ἐκείνων χαριέστερα, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐροῦμεν. Τῇ γὰρ Φαρνακίᾳ συνεχής ἐστιν ἡ Σιδήνη, καὶ ἡ Θεμίσκυρα, τούτων δ' ἡ Φανάροια ὑπέρκειται μέρος ἔχουσα τοῦ Πόντου τὸ κράτιστον· καὶ γὰρ ἐλαιόφυτός ἐστι καὶ εὔοινος, καὶ τὰς ἄλλας ἔχει πάσας ἀρετάς· ἐκ μὲν τῶν ἑῴων μερῶν προβεβλημένη τὴν Παρυάδρην, παράλληλον αὐτῇ κατὰ μῆκος· ἐκ δὲ τῶν πρὸς δύσιν τὸν Λίθρον, καὶ τὸν Ὄφλιμον· ἔστι δ' αὐλὼν, καὶ μῆκος ἔχων ἀξιόλογον καὶ πλάτος· διαρρεῖ δ' αὐτὴν ἐκ μὲν τῆς Ἀρμενίας ὁ Λύκος· ἐκ δὲ τῶν περὶ Ἀμάσειαν στενῶν ὁ Ἶρις· ² συμβάλλουσι δ' ἀμφότεροι κατὰ μέσον που τὸν αὐλῶνα· ἐπὶ τῇ συμβολῇ δ' ἵδρυται πόλις, ἣν ³ ὁ μὲν πρῶτος ὑποβεβλημένος Εὐπατορίαν ἀφ' αὑτοῦ προσηγόρευσε. Πομπήιος δ' ἡμιτελῆ καταλαβὼν, προσθεὶς χώραν, καὶ οἰκήτορας, ⁴ Μαγνόπολιν προσεῖπεν· αὕτη μὲν οὖν ἐν μέσῳ κεῖται τῷ πεδίῳ. Πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ παρωρείᾳ τοῦ Παρυάδρου, Κάβειρα ἵδρυται, * σταδίοις ἑκατὸν καὶ πεντήκοντά που, νοτιωτέρα αὐτῆς ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς Καβείροις τὰ βασίλεια Μιθριδάτου κατεσκεύαστο, ⁵ καὶ ὁ ὑδραλέτης, καὶ τὰ ζωγρεῖα, καὶ αἱ πλησίον θῆραι, καὶ τὰ μέταλλα· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Καινὸν χωρίον προσαγορευθέν, ἐρυμνὴ καὶ ἀπότομος πέτρα, διέχουσα τῶν Καβείρων ἔλαττον, ἢ διακοσίους σταδίους· ἔχει δ' ἐπὶ τῇ κορυφῇ πηγὴν ἀναβάλλουσαν πολὺ ὕδωρ, * περί τε τῇ ῥίζῃ ποταμὸν, καὶ φάραγγα βαθεῖαν· τὸ δ' ὕψος ἐξαίσιον τῆς πέτρας ἐστὶ αὐχένος, ὥστ' ἀπολιόρκητός ἐστι· τετείχισται δὲ θαυμαστῶς, πλὴν ὅσον οἱ Ῥωμαῖοι κατέσπασαν· οὕτω δ' ἐστὶν ἅπασα ἡ κύκλῳ

* Scripti, σταδίοις δέ.

* Scripti, περί τε τὴν ῥίζαν.

regnum adminiſtrabat, alter recens Armeniæ majoris rex eſt creatus. Ipſa Archelao nupſit, & cum eo, dum is in vivis permanſit, vitam exegit. Nunc vidua eſt; & poſſidet quæ diximus loca, iiſque alia etiam venuſtiora, de quibus deinceps dicemus. Eſt enim Pharnaciæ contigua Sidena & Themiſcyra. ſupra hæc jacet Phanarœa, Ponti partem occupans optimam. nam & olei ferax eſt, & boni vini, & reliquas omnes habet dotes: verſus ortum ei prætenditur Paryadres mons in longitudinem æquis ſpaciis porrectus: ab occaſu Lithrus & Ophlimus; convallis eſt juſtæ longitudinis & latitudinis, quam perfluunt ex Armenia Lycus, ex anguſtiis apud Amaſiam Iris, & coëunt in media ferè convalle: ad eorum confluentes urbs ſita eſt, quam primus conditor à ſe vocavit Eupatoriam: eam Pompejus cum ſemiperfectam offendiſſet, agro & civibus additis Magnopolim appellavit. Atque hæc quidem in media jacet planicie. Ad ipſum autem montis Paryadris latus Cabeira ſita ſunt, ab iſta verſus meridiem ſtadiis circiter CL diſtantia. In Cabiris regia Mithridatis fuit exſtructa, & mola aquaria, & vivaria, & in vicinia venationes ac metalla. Ibi etiam locus cui nomen Novus, edita & prærupta petra minus quàm CC ſtadiis à Cabiris: habet in vertice fontem, qui multum aquæ ſurſum ejicit: in radice fluvium, & convallem profundam. altitudo colli ejus petræ immenſa eſt: itaque expugnari nequit: mirabiliter muris cincta eſt, niſi qua eos Romani dejecerunt: quicquid in orbem

1. Ὁ δὲ νεωστὶ καθίσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς) Hic Zeno vocabatur. Tacitus lib. II. Annalium c. 56. de Armeniis *Regem illa tempeſtate non habebant, amoto Vonone: ſed favor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia inſtituta & cultum Armeniorum æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque juxta devinxerat.* Caſ.

2. Συμβάλλουσι δὲ ἀμφότεροι) Plinius H. N. VI. 3. *Iris flumen, deferens Lycum.* Idem.

3. Ὁ μὲν πρῶτος ὑποβεβλημένος Εὐπατορίαν ἀφ' αὑτοῦ προσηγόρευσε) Eupatoriam condidit Mithridates Eupator, eaque regia eſt uſus. Appianus. Λούκουλλος δ' Ἀμισόν τε καὶ Εὐπατορίαν ἥν τινα τῇ Ἀμισῷ παρῳκοδόμησεν ὁ Μιτριδάτης, Εὐπατορίαν τὸ ὀνόμαζεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ βασίλεια ἡγεῖτο παρακαθήμενος ἐπολιόρκει. *Idem.*

4. Μαγνόπολιν προσεῖπε) Plinius paullò aliter H. N. c. 2. *Amiſo junctum fuit oppidum Eupatoria: a Mithridate conditum. Victo eo, Pompejopolis utrumque appellatum eſt.* Niſi tamen & Plinius & Appianus de alia Eupatoria loquantur, quæ non ad confluentem Iris & Lyci poſita eſſet, ſed Amiſo juncta, quod verum eſt. Nam Plinius alio loco Magnopolin iſtam commemorat. *Idem.*

5. Καὶ ὁ ὑδραλέτης) Sic vocat aquariam molam, id eſt quæ vi aquæ movetur: quales ferè ſunt quibus hodie utimur. Apparet autem ex hoc loco hydraletarum olim non frequentem fuiſſe uſum: fere enim jumentorum opera in eam rem utebantur, aut ſervorum nequam, qui in piſtrinum dedi dicebantur. Anemaletis autem quorum hodie frequens uſus, non videntur uſi veteres. *Idem.*

5. Καὶ ὁ ὑδραλέτης. *Et mola aquaria.*) Antiquiſſima mentio machinarum aquatilium, quibus molæ verſantur, & moluntur fruges. Ergo Mithridati debetur beneficium inventionis talis machinæ, nec fruſtra eſt Salmaſius in notis ad Lampridii Heliogabalum, c. 24. qui ait tempore Ciceronis inventas fuiſſe eas machinas ex epigrammate Antipatri cujuſdam, nam Cicero ea tempeſtate vivebat. *Palm.* De molis aquariis qui plura deſiderat ei adeundus eſt Joan. Heringius de Molendinis Quæſt. 2. §. 70. & ſeq. p. 53. 54. 55.

1. Καὶ

circa petram eam jacet, id sylvosum omne, montosum, & aquæ expers est: ut intra CXX. stadia non liceat castra ponere. Ibi Mithridates preciosissima quæque habebat deposita, quæ nunc in Capitolio jacent, à Pompejo dedicata. Hanc ergo regionem omnem possidet Pythodoris, contiguam barbaricæ quam obtinuit, & Zelitin præterea, ac Magnopolitidem. Cùm autem Cabira Pompejus in urbis formam adornasset, ac Diopolin nominasset: addidit ipsa operi aliquid & Augustam nuncupavit, eaque loco regiæ utitur. Habet etiam templum Mensis, quod Pharnacis dicitur: nempe pagum oppido similem Ameriam, quæ multos continet hierodulos, atque agrum sacrum, cujus fructus pontifex percipit. Usque adeò autem id fanum reges sunt venerati, ut jusjurandum quod regium dicitur, pronunciarent regis fortunam, & mensem Pharnacis. Est autem hoc quoque templum Lunæ, ut & quod in Albanis est, & quod in Phrygia, & mensis aliud in loco cognomine, & Ascæi apud Antiocheam Pisidiæ, & quod est in agro Antiocheno. Super Phanarœam sunt Comana Ponti, ejusdem nominis cum his, quæ in magna sunt Cappadocia, eidemque deæ consecrata, atque adeò inde imitata: sed & iisdem ferè utuntur ritibus sacrorum, divinorum instinctuum, & honoribus sacerdotum: quòd maximè factum est sub prioribus regibus, cum bis quotannis in exitu quem vocabant deæ, diadema pontifex gestaret, & honore secundus à rege esset. Fecimus etiam suprà mentionem Dorylai tactici, qui proavus fuit matris nostræ: tum alterius Dorylai, qui ipsius sorore natus, Philetæri fuit F. & quòd hic cum aliis maximis honoribus ab Eupatore affectus, tum etiam Comanensi sacerdotio, deprehensus fuerit, ut qui regnum ad Romanos solicitatione defectionis cuperet traducere. Eo dejecto, nostrum quoque male audivit genus. Serò tandem Moaphernes matris nostræ patruus illustris evasit jam sub regni Mithridatis interitum: tum rursus una cum rege adversam senserunt fortunam & ipse & amici ejus: nisi qui à rege maturiùs defecerunt: de quibus fuit avus noster maternus,

[A] κατάδρυμος καὶ ὀρεινὴ, καὶ ἄνυδρος, ὥστ' ἐντὸς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων μὴ εἶναι δυνατὸν στρατοπεδεύσασθαι· ἐνταῦθα μὲν ἦν τῷ Μιθριδάτῃ τὰ τιμιώτατα τῶν κειμηλίων, ἃ νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κεῖται Πομπηΐου ἀναθέντος· p. 557. ταύτην δὴ τὴν χώραν ἔχει πᾶσαν ἡ Πυθοδωρὶς προσεχῆ οὖσαν τῇ βαρβάρῳ τῇ ὑπ' αὐτῆς κατεχομένῃ, [1] καὶ τὴν Ζελῖτιν, καὶ τὴν Μεγαλοπολῖτιν. Τὰ δὲ Κάβειρα Πομπηΐου σκευάσαντος εἰς πόλιν, καὶ καλέσαντος Διόπολιν, ἐκείνη προσκατεσκεύασε, [2] καὶ Σεβαστὴν μετωνόμασε, βασιλείῳ τε τῇ πόλει χρῆται. Ἔχει δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Μηνὸς, Φαρνάκου καλού- [B] μενον, τὴν Ἀμερίαν κωμόπολιν, πολλοὺς ἱεροδούλους ἔχουσαν, καὶ χώραν ἱερὰν, ἣν ὁ ἱερώμενος ἀεὶ καρποῦται· ἐτίμησαν δ' οἱ βασιλεῖς τὸ ἱερὸν τοῦτο οὕτως εἰς ὑπερβολὴν, ὥστε τὸν βασιλικὸν καλούμενον ὅρκον τοῦτον ἀπέφηναν τύχην βασιλέως καὶ Μῆνα Φαρνάκου· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς Σελήνης τὸ ἱερὸν, καθάπερ τὸ ἐν Ἀλβανοῖς, καὶ τὸ ἐν Φρυγίᾳ, τό, τε τοῦ Μηνὸς ἐν τῷ ὁμωνύμῳ τόπῳ, καὶ τὸ τοῦ * Ἀσκαίου τὸ πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ τῇ πρὸς Πισιδίαν καὶ τὸ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀντιοχέων. Ὑπὲρ δὲ τῆς Φαναροίας ἐστὶ τά τε Κόμανα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, ὁμώνυμα τοῖς ἐν τῇ μεγάλῃ [C] Καππαδοκίᾳ, καὶ τῇ αὐτῇ θεῷ καθιερωμένα, ἀφιδρυθέντα ἐκεῖθεν· σχεδὸν δέ τι καὶ τῇ ἀγωγῇ παραπλησίᾳ κεχρημένα τῶν τε ἱερουργιῶν, καὶ τῶν θεοφοριῶν, καὶ τῆς περὶ τοὺς ἱερέας τιμῆς· καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων· ἡνίκα δὶς τοῦ ἔτους κατὰ τὰς ἐξόδους λεγομένας τῆς θεοῦ, διάδημα ἐτύγχανε φορῶν ὁ ἱερεὺς καὶ ἦν δεύτερος κατὰ τιμὴν μετὰ τὸν βασιλέα. [3] Ἐμνήσθημεν δὲ πρότερον Δορυλάου τε τοῦ τακτικοῦ, ὃς ἦν πρόπαππος τῆς μητρὸς ἡμῶν· καὶ ἄλλου Δορυλάου, ὃς ἦν ἐκείνου ἀδελφιδοῦς, υἱὸς δὲ Φιλεταίρου· καὶ διότι ἐκεῖνος τῶν ἄλλων τιμῶν παρὰ τοῦ Εὐπάτορος [D] τῶν μεγίστων τυχὼν, καὶ δὴ καὶ τῆς ἐν Κομάνοις ἱερωσύνης, ἐφωράθη τὴν βασιλείαν ἀφιστὰς Ῥωμαίοις· καταλυθέντος δ' ἐκείνου συνδιεβλήθη καὶ τὸ γένος· ὀψὲ δὲ Μοαφέρνης ὁ θεῖος τῆς μητρὸς ἡμῶν εἰς ἐπιφάνειαν ἦλθεν ἤδη πρὸς καταλύσει τῆς βασιλείας, καὶ πάλιν τῷ βασιλεῖ * συνητύχησαν, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἐκείνου φίλοι. πλὴν εἴ τινες ἔφθησαν προαποστάντες αὐτοῦ, καθάπερ ὁ πάππος ἡμῶν πρὸς πατρὸς αὐτῆς,

* Legitur infra Ἀρκαίου.

* Scripti quidam συνηντήχησαν quod non probo.

1. Καὶ τὴν Ζελῖτιν) Scribe Σηλῆτιν ut infra. Cas.
2. Καὶ Σεβαστὴν μετωνόμασε) Plinius H. N. VI. c. 3. in isto tractu & Sebastiam & Sebastopolin refert. Ptolem. quoque in Cappadociæ descriptione Sebastopolin & Σεβάστειαν agnoscit. Idem.
3. Ἐμνήσθημεν δὲ πρότερον) Libro decimo p. 477. 478. in Creticis. Idem.

A ὃς ἰδὼν τὰ τοῦ βασιλέως κακῶς φερόμενα ἐν τῷ πρὸς Λεύκουλλον πολέμῳ, καὶ ἅμα ἠλλοτριωμένος αὐτοῦ δι᾽ ὀργήν, ὅτι ἀνεψιὸν αὐτοῦ Τίβιον καὶ υἱὸν ἐκείνου Θεόφιλον ἐτύγχανεν ἀπεκτονὼς νεωστὶ, ὥρμησε τιμωρεῖν ἐκείνοις τε καὶ ἑαυτῷ· καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ Λευκούλλου πίστεις, ἀφίστησι σὺν αὐτῷ πεντεκαί-
p. 558. δεκα φρούρια· καὶ ἐπαγγελίαι μὲν ἐγένοντο ἀντὶ τούτων μεγάλαι. Ἐπελθὼν δὲ Πομπήϊος ὁ διαδεξάμενος τὸν πόλεμον, πάντας τοὺς ἐκείνῳ τι χαρισαμένους ἐχθροὺς ὑπέλαβε, διὰ τὴν γενομένην αὐτῷ πρὸς ἐκεῖνον ἀπέχθειαν· διαπολεμήσας δὲ καὶ ἐπανελθὼν οἴκαδε ἐξενίκησεν, B ὥστε τὰς τιμὰς ἃς ὑπέσχετο ὁ Λεύκουλλος τῶν Ποντικῶν τισὶ, μὴ κυρῶσαι τὴν σύγκλητον· ἄδικον γὰρ εἶναι κατορθώσαντος ἑτέρου τὸν πόλεμον, τὰ βραβεῖα ἐπ᾽ ἄλλῳ γενέσθαι, καὶ τὴν τῶν ἀριστείων διανομήν. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν βασιλέων οὕτω τὰ Κόμανα διῳκεῖτο, ὡς εἴρηται· παραλαβὼν δὲ Πομπήϊος τὴν ἐξουσίαν, Ἀρχέλαον ἐπέστησεν ἱερέα, καὶ προσώρισεν αὐτῷ χώραν δίσχοινον κύκλῳ· τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἑξήκοντα στάδιοι πρὸς τῇ ἱερᾷ, προστάξας τοῖς ἐνοικοῦσι πειθαρχεῖν αὐτῷ· τούτων μὲν οὖν ἡγεμὼν ἦν, καὶ τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἱεροδούλων κύ- C ριος, πλὴν τοῦ πιπράσκειν· ἦσαν δ᾽ [1] οὐκ ἐλάττους οὐδ᾽ ἐνταῦθα τῶν ἑξακισχιλίων. [2] Ἦν δ᾽ οὗτος Ἀρχέλαος υἱὸς μὲν τοῦ ὑπὸ Σύλλα, καὶ τῆς συγκλήτου τιμηθέντος, φίλος δὲ Γαβινίου τῶν ὑπατικῶν τινος· ἐκείνου δὲ πεμφθέντος εἰς Συρίαν, ἧκε καὶ αὐτὸς ἐπ᾽ ἐλπίδι τοῦ κοινωνήσειν αὐτῷ παρασκευαζομένῳ πρὸς τὸν Παρθικὸν πόλεμον· οὐκ ἐπιτρεπούσης δὲ τῆς συγκλήτου, ταύτην ἀφεὶς τὴν ἐλπίδα, ἄλλην εὕρετο μείζω. [3] Ἐτύγχανε γὰρ Πτολεμαῖος ὁ τῆς Κλεοπάτρας πατὴρ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἐκβεβλημένος· [4] θυγά- D τηρ δ᾽ αὐτοῦ κατεῖχε τὴν βασιλείαν, ἀδελφὴ πρεσβυτέρα τῆς Κλεοπάτρας· ταύτῃ ζητουμένου ἀνδρὸς βασιλικοῦ γένους, ἐνεχείρισεν ἑαυτὸν τοῖς συμπράττουσι, προσποιησάμενος

qui cùm regis res in bello contra Lucullum videret ſucceſſibus carere: ſimulque animo ob iram eſſet ab eo abalienato, quod is ſobrinum ipſius Tibium, hujuſque filium Theophilum nuper necaſſet, ad ulciſcendum eorum & ſuas injurias animum adjecit: pactuſque cum Lucullo, & fide accepta, ſecum XV caſtella à Mithridate ad ipſum convertit: quo nomine magnificè ei pollicitus fuit Lucullus. Sed hujus ſucceſſor Pompejus cùm ſuperveniſſet, omnes qui aliqua re Lucullo gratificati fuerunt pro inimicis habuit, propter inimicitias, quæ ipſi cum eo intercedebant. Debellatoque Romam reverſus, pervicit, ne ſenatus honores, quos Ponticis quibuſdam Lucullus promiſerat, ratos haberet: quòd iniquum eſſe diceret, bello alterius opera confecto, alterius in poteſtate præmiorum & honorum diſtributionem poni. Comana ergo ſub regibus ita, ut dixi, gubernabantur. Pompejus autem accepta poteſtate Archelaum pontificem creavit, adjecitque ei ad ſacrum agrum per orbem duorum ſchœnorum, id eſt ſtadiorum LX alium agrum, ac mandavit inhabitantibus Comana, ut Archelao parērent. Horum ergo is princeps fuit, & hierodulorum in urbe degentium dominus, niſi quòd vendendi eos non habebat poteſtatem: qui hìc quoque pauciores ↀ CIↃ non fuerunt. Fuit hic Archelaus filius ejus, cui à Sylla & ſenatu honor eſt habitus, amicus Gabinii viri conſularis. Qui cum eſſet miſſus in Syriam, in ſpem venit Archelaus ſe ei ſocium in bello Parthico, quod ille parabat, futurum: id autem ſenatu Romano non permittente, hac ſpe omiſſa aliam potiorem reperit. Ptolemæum Cleopatræ patrem regno ejecerant Ægyptii regnabatque filia ſoror Cleopatræ natu major. Ei cùm quæreretur maritus regio ſanguine natus: dedit ſe Archelaus auxiliariis ſuis, ſimulavitque ſe

1. Ὀυκ ἐλάττους οὐδ᾽ ἐνταῦθα τῶν ἑξακισχ) ait οὐδ᾽ ἐνταῦθα: qua ſupra dixit in Cappadocicis Comanis fuiſſe iſtorum Veneri devotorum ſex millia & amplius, mulierum ſimul & virorum. *Caſaub.*

2. Ἦν δ᾽ οὗτος μὲν Ἀρχέλαος υἱὸς τοῦ) τοῦ videlicet Archelai, qui, ſatrapes Mithridatis quum eſſet, bellum geſſit cum Sylla: poſtea autem ejus & populi Rom. amicitiam coluit.

3. Ἐτύγχανε γὰρ Πτολεμαῖος) Auletes. Hiſtoria ex Strabone & Cicerone nota. Vide infra libro XVII. p. 795. & hiſtoricos.

4. Θυγάτηρ δ᾽ αὐτοῦ κατεῖχε τὴν βασιλείαν, ἀδελφὴ πρεσβυτέρα τῆς Κλεοπάτρας. *Regnabatque filia ſoror Cleopatræ natu major.*) Tacuit nomen Strabo, an ignoravit? id certe ita videtur; at habemus ex Dione lib. 39. οἱ Ἀλεξανδρεῖς τέως μὲν ἀγνοήσαντες, ὅτι εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀπειρηκὼς ἦν, ἢ τεθνηκέναι αὐτὸν νομίσαντες, Βερενίκην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς τὴν βασιλείαν ἀντικατέστησαν. Et rurſus eodem libro: ἦρχε δὲ τότε τῶν Αἰγυπτίων ἡ Βερονίκη. Fuit ergo ea major natu ſoror Cleopatræ Berenice vel Beronice, quam pater ab exilio reverſus & per Gabinium reductus morte mulctavit, ut diſcimus ex Dione eodem dicto loco. *Palm.*

1. Δύτεν-

filium eſſe Mithridatis Eupatoris: itaque receptus, ſex menſes regno potitus eſt. Sed eum Gabinius, Ptolemæum reducens, in pugna occidit. Filius ſacerdotium accepit: deinde Lycomedes, cui & IV ſchœnorum adjectus eſt ager. Hoc quoque dejecto, nunc pontificatum obtinet Dyteutos Adiatorigis filius, qui putatur hunc honorem ab Auguſto ſua virtute conſecutus. Nam cùm Auguſtus in triumpho Adiatorigem cum uxore & filiis duxiſſet, eumque cum maximo natu filio (is erat Dyteutus) interficere decreviſſet: minor natu ad milites, qui ad cædem ducebant, profeſſus eſt ſe eſſe majorem: diuque altercati ſunt fratres, donec parentes Dyteuto perſuaſerunt ut juniori victoriam concederet: ipſum ut ætate provectiorem, matri & reliquo fratri magis idoneum tutorem futurum: ita junior cum patre periit. Dyteutus ſuperſtes in hunc pervenit honorem. Nam Cæſar comperta, ut apparet, re, jam iſtis necatis ægrè id tulit ſuperſtiteſque beneficio & tutela dignos arbitratus, hoc honore affecit. Abundant Comana hominibus: eſtque hoc emporium ex Armenia venientibus præclarum. Conveniunt eò homines ſub exitus Deæ undique ex urbibus & agro, viri & mulieres ad feſtivitatem: ſemperque etiam alii multi peregrini cauſa votorum & ſacrificia deæ exhibendi gratia ibi degunt. Delicato victu utuntur incolæ, & omnia ipſorum prædia vitibus ſunt conſita. Multæ ibi ſunt mulieres corpore quæſtum facientes, pleræque ſacræ. Nam urbs hæc quaſi parva quædam eſt Corinthus: quod hìc quoque ob multitudinem meretricum Veneri ſacrarum plurimi peregre agebant ac feſtos dies agitabant: & mercatores atque milites planè exhauriebantur ſumtibus: adeò ut proverbium inde ortum ſit,

Non cuivis hominum contingit adire Corinthum.

Talia ergo ſunt Comana. Circumjacens in orbem regio omnis paret Pythodoridi: cujus ſunt Phanaræa, Zelitis, & Megalopolitis. De Phanaræa dictum eſt. Zelitis urbem habet Zelam in aggere Semiramidis exſtructam,

A Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος υἱὸς εἶναι· καὶ παραδεχθεὶς, ἐβασίλευσεν ἓξ μῆνας. Τοῦτον μὲν οὖν ὁ Γαβίνιος ἀνεῖλεν ἐν παρατάξει, κατάγων τὸν Πτολεμαῖον· υἱὸς δ' αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην παρέλαβεν· εἶθ' ὕστερον Λυκομήδης, ᾧ καὶ τετράσχοινος ἄλλη προσετέθη· καταλυθέντος δὲ καὶ τούτου, νῦν ἔχει [1] Δύτευτος υἱὸς Ἀδιατόριγος, ὃς δοκεῖ ταύτης τυγχάνειν τῆς τιμῆς παρὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ δι' ἀρετήν. Ὁ μὲν γὰρ Καῖσαρ, θριαμβεύσας τὸν Ἀδιατόριγα μετὰ παίδων, καὶ γυναικὸς, ἔγνω ἀναιρεῖν μετὰ τοῦ πρεσβυτάτου τῶν παίδων· ἦν δὲ πρεσβύτατος οὗτος· τοῦ δὲ δευτέρου τῶν ἀδελφῶν B αὐτοῦ φήσαντος εἶναι πρεσβύτατον πρὸς τοὺς ἀνάγοντας στρατιώτας, ἔρις ἦν ἀμφοτέροις πολὺν χρόνον, ἕως οἱ γονεῖς ἔπεισαν τὸν Δύτευτον, παραχωρῆσαι τῷ νεωτέρῳ τῆς νίκης. αὐτὸν γὰρ p. 559. ἐν ἡλικίᾳ μᾶλλον ὄντα, ἐπιτηδειότερον κηδεμόνα τῇ μητρὶ ἔσεσθαι, καὶ τῷ λειπομένῳ ἀδελφῷ· οὕτω δὲ τὸν μὲν συναποθανεῖν τῷ πατρί· τοῦτον δὲ σωθῆναι, καὶ τυχεῖν τῆς τιμῆς ταύτης· αἰσθόμενος γὰρ ὡς ἔοικε Καῖσαρ ἤδη τῶν ἀνθρώπων ἀνῃρημένων, ἠχθέσθη· καὶ τοὺς τε σωζομένους εὐεργεσίας καὶ ἐπιμελείας ἀξίους ὑπέλαβε, δοὺς αὐτοῖς ταύτην τὴν τιμήν. Τὰ μὲν οὖν Κόμανα εὐανδρεῖ, καὶ ἔστιν ἐμπορεῖον C τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀξιόλογον· συνέρχονται δὲ κατὰ τὰς ἐξόδους τῆς θεοῦ πανταχόθεν, ἔκ τε τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας, ἄνδρες ὁμοῦ ταῖς γυναιξὶν, ἐπὶ τὴν ἑορτήν· καὶ ἄλλοι δὲ κατ' εὐχὴν ἀεί τινες ἐπιδημοῦσι, θυσίας τε ἐπιτελοῦντες τῇ θεῷ. Καί εἰσιν ἁβροδίαιτοι οἱ ἐνοικοῦντες, καὶ οἰνόφυτα τὰ κτήματα αὐτῶν ἐστὶ τὰ πάντα, καὶ πλῆθος γυναικῶν τῶν ἐργαζομένων ἀπὸ τοῦ σώματος, ὧν αἱ πλείους εἰσὶν ἱεραί. Τρόπον γὰρ δή τινα μικρὰ Κόρινθός ἐστιν ἡ πόλις· καὶ γὰρ ἐκεῖ διὰ τὸ πλῆθος * τῶν ἑταίρων αἱ τῆς Ἀφροδίτης ἦσαν ἱεραί· πολὺς ἦν ὁ ἐπιδημῶν καὶ ἐνεορτάζων τῷ τόπῳ· οἱ δ' ἐμπορικοὶ, καὶ στρατιωτικοὶ, τε- D λέως ἐξανηλίσκοντο, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν, καὶ παροιμίαν ἐκπεσεῖν τοιαύτην·

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς.

Τὰ μὲν δὴ Κόμανα τοιαῦτα. Τὴν δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἔχει Πυθοδωρὶς, ἧς ἥ τε Φαναροιά ἐστι, καὶ ἡ Ζηλῖτις, καὶ ἡ Μεγαλοπολῖτις. Περὶ μὲν Φαναροίας εἴρηται. Ἡ δὲ Ζηλῖτις [2] ἔχει πόλιν Ζηλὰ, ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην,

* Manuſſ. τῶν ἑταιρίδων.

1. Δύτευτος υἱὸς Ἀδιατόριγος) Manuſcripti habent, ὁ δεύτερος quod non placet, Adiatorix autem iſte filius fuit Demeneclii Galatarum tetrarchæ. De Adiatorigis autem perfidia & ſævitia, qua in Romanos uſus eſt Heracleæ, dictum eſt paullò antè à Geographo. *Caſaub.*

2. Ἔχει πόλιν Ζηλὰ) Meminere Plinius, Ptolemæus, Stephanus, alii. *Idem.*

A ἔχουσιν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀναΐτιδος, ἥνπερ καὶ οἱ Ἀρμένιοι σέβονται. αἱ μὲν οὖν ἱεροποιΐαι μετὰ μείζονος ἁγιστείας ἐνταῦθα συντελοῦνται, καὶ τοὺς ὅρκους περὶ τῶν μεγίστων, ἐνταῦθα πολιτικοὶ πάντες ποιοῦνται. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἱεροδούλων, καὶ αἱ τῶν ἱερέων τιμαὶ, παρὰ μὲν τοῖς βασιλεῦσι τὸν αὐτὸν εἶχον τύπον ὅπερ προείπομεν· νυνὶ δὲ ἐπὶ τῇ Πυθοδωρίδι πάντ' ἐστίν. Ἐκάκωσαν δὲ πολλοὶ καὶ ἐμείωσαν, τό, τε πλῆθος τῶν ἱεροδούλων, καὶ τὴν ἄλλην εὐπορίαν· ἐμειώθη δὲ καὶ ἡ παρακειμένη χώρα μερισθεῖσα εἰς πλείους δυναστείας, ἡ λεγομένη Ζηλῆτις, ἡ ἔχει πόλιν Ζῆλα ἐπὶ χώματι· τὸ παλαιὸν μὲν γὰρ B οἱ βασιλεῖς, οὐχ ὡς πόλιν, ἀλλ' ὡς ἱερὸν διῴκουν τῶν Περσικῶν θεῶν τὰ Ζῆλα· καὶ ἦν ὁ ἱερεὺς κύριος τῶν πάντων· * οἰκεῖται δ' ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱεροδούλων, καὶ τοῦ ἱερέως ὄντος ἐν περιουσίᾳ μεγάλῃ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγοις, χώρα τε ὑπέκειτο ἱερὰ, καὶ ἡ τοῦ ἱερέως.

* Scripti, ᾠκεῖτο.

p. 560. Πομπήϊος δὲ πολλὰς ἐπαρχίας προσώρισε τῷ τόπῳ, καὶ πόλιν ὠνόμασε· [1] καὶ ταύτην, καὶ τὴν Μεγαλόπολιν· συνθεὶς ταύτην τε εἰς ἕν, [2] τήν τε καλουμένην Καλουπηνὴν, καὶ τὴν Καμισηνὴν, ὁμόρους οὔσας τῇ τε μικρᾷ Ἀρμενίᾳ, καὶ τῇ * Λαναστηνῇ, ἐχούσας ὀρυκτοὺς ἅλας, καὶ ἔρυμα ἀρχαῖον τὰ Κάμισα, νῦν κατεσπασμένον· οἱ δὲ με- C τὰ ταῦτα ἡγεμόνες τῶν Ῥωμαίων, τῶν δυοῖν πολιτευμάτων τούτων, τὰ μὲν τοῖς Κομάνων ἱερεῦσι προσένειμαν, τὰ δὲ τῷ Ζήλων ἱερεῖ, [3] τὰ δὲ Τεπόργι δυνάστῃ τινὶ τοῦ τετραρχικοῦ γένους τῶν Γαλατῶν ἀνδρὶ τελευτήσαντος δ' ἐκείνου, ταύτην μὲν τὴν μερίδα οὐ πολλὴν οὖσαν, ὑπὸ Ῥωμαίους εἶναι συμβαίνει καλουμένην ἐπαρχίαν· καὶ ἔστι σύστημα καθ' αὑτὸν τὸ πολίχνιον, συνῳκισάντων [4] τὰ Κάρανα, ἀφ' οὗ καὶ χώρα Καρανῖτις λέγεται· τὰ δὲ λοιπὰ ἔχει Πυθοδωρὶς, καὶ ὁ Δυτεῦτος. Λείπεται δὲ τοῦ Πόντου τὰ μεταξὺ ταύτης τε τῆς χώρας καὶ τῆς Ἀμισηνῶν, καὶ Σινωπέων, πρός τε τὴν Καπ- D παδοκίαν συντείνοντα καὶ Γαλάτας, καὶ Παφλαγόνας. Μετὰ μὲν οὖν τὴν Ἀμισηνῶν μέχρι τοῦ Ἅλυος, ἡ Φαζημονῖτις ἐστὶν, ἣν Πομπήϊος Μεγαλόπολιν ὠνόμασε, κατὰ Φαζημῶνα κώμην ἀποδείξας τὴν κατοικίαν, καὶ προσαγορεύσας Νεάπολιν.

* Scripti Λανισηνῇ & Λαριασηνῇ.

habentem Anaitidis templum, quam & Armenii colunt. Sacrificia hîc majori cùm ſanctimonia peraguntur: & jusjurandum de ſummis rebus omnes, qui verſantur in rep., concipiunt. Hierodulorum multitudo & honores ſacerdotum, ſub regibus talia fuerunt, qualia ſuprà expoſuimus: nunc omnia ſunt in poteſtate Pythodoridis. Multi autem adflixerunt atque imminuerunt cùm ſacrorum ſervorum multitudinem, tum reliquas opes. Etiam adjacens Zelitica regio imminuta eſt, diviſa in multa dominia: cujus eſt urbs Zela ſupra aggerem: Antiquitus enim non ut urbem, ſed ut Perſicorum templum deorum Zela gubernabant reges: & omnia erant in poteſtate ſacerdotis. Habitatur autem à multitudine hierodulorum, & pontifice, qui magnas opes habet, & qui ad ipſum pertinent haud pauci: regio ſubjacet ſacra, & pontificis. Pompejus autem multas præfecturas loco adjecit, urbemque nominavit: ut & Megalopolin: hanc, & Calupenam, & Camiſenam in unam contrahens urbem: confines minori Armeniæ & Lanaſenæ, & foſſilem habentes ſalem, antiquumque olim caſtellum Camiſa, quod nunc eſt ſubverſum. Romanorum autem præfecti poſtmodò de his duabus urbibus partes alias Comanenſium ſacerdotibus attribuerunt, alias Zelæ pontifici, alias Teporgi cuidam regulo tetrarchici generis Galatarum: quo mortuo pars iſta non magna Romanis provinciæ nomine ceſſit. Urbs per ſe corpus quoddam eſt, contractis in eam etiam Caranis, unde regio Caranitis dicitur. Cætera Pythodoris & Dyteutus habent. Reſtat ea Ponti pars, quæ eſt inter hanc regionem & Amiſenam ac Sinopenſem, pertinens verſus Cappadociam, Galatiam & Paphlagoniam. Proinde poſt Amiſum uſque ad Halyn Phazemonitis eſt, quam Pompejus Megalopolin appellavit: & de Phazemone pago oppidum condidit, ac Neapolin dixit. Hujus regionis ſeptentrionale latus

1. Καὶ ταύτην καὶ τὴν Μεγαλόπολιν) Megalopolin appellat, quam paullò antè Magnopolin. Plinius H. N. VI. c. 3. ſimiliter Magnopolin & Zelam conjungit. *Caſaub.*

2. Τήν τε καλουμένην Καλουπηνὴν) Calupenam nuſquam legere memini. Plinius H. N. VI. c. 3. Colopenæ facit mentionem: ſed id nihil hûc pertinet. *Idem.*

3. Τὰ δὲ Τέποργι δυνάστῃ τινὶ τοῦ τετραρχικοῦ γένους τῶν Γαλατῶν. *Alias Teporgi cuidam regulo tetrarchici generis Galatarum.*) Credo Strabonem ſcripſiſſe, vel ſcribere debuiſſe, Τεπόριγι. Nam Teporix Gallicum ſonat, ut Adiatorix, Toredorix, Vercingetorix, Dumnorix, & alia hujus terminationis nomina Gallica. *Palmer.*

4. Τὰ Κάρανα, ἀφ' οὗ καὶ χώρα Καρανῖτις) Ptolemæus in iſto tractu Καρούανιν recenſet: quod neſcio an hûc pertineat. *Caſaub.*

Gazelotus & ager Amisenus includunt: occiduum Halys, ortivum Phanaroea: reliquum nostra Amasensium terra, omnium multo amplissima & optima. Partem Phazemonitidis quæ est versus Phanarœam, palus marina tenet, magnitudine 3 Stiphane quæ vocatur, piscosa: & in orbem sunt omnis generis pascua: impositum ei est castellum sublime, nunc desertum, nomine Cizara, ac regia ponè ædificata. Reliquum solum ferè nudum est, & frumenti ferax. Supra Amasenum agrum sunt thermæ Phazemonitarum, admodum salubres, & Sagylium in erecto admodumque excelso monte, inque acutum tendente cacumen habens arcem, aqua copiosa præditum. Id nunc negligitur: magnos autem usus regibus præbuit. Ibi etiam captus est & interfectus à regis Pharnacis filiis Arsaces, cùm res novas agitaret, regnumque sibi injussu principum sumeret. Captus est autem non vi expugnata arce à Polemone & Lycomede regibus, sed fame: nam planicie pulsus, in montem sine apparatu confugerat: invenit etiam aquas obturatas saxis excelsissimis: ita enim mandaverat Pompejus, ut dejicerentur castella, neque sinerentur utilia iis, qui prædandi causa ea occuparent. Sic ergo Pompejus instituit Phazemonitidem: posteriores hanc quoque regibus attribuerunt. ¶ Nostra autem urbs sita est in convalle profunda ac magna, per quam Iris fluvius labitur. Mirum in modum apparata est, cùm providentia hominum, tum natura loci: ac potest etiam castelli usum præbere: nam petra sublimis, & circumquaque præceps

A [1] ἡ Γαζηλωτὶς συγκλείει, καὶ ἡ τῶν Ἀμισηνῶν· τὸ δὲ ἑσπέριον ὁ Ἅλυς. τὸ δ' ἑῶον ἡ Φανάροια· τὸ δὲ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα ἡ τῶν Ἀμασέων, [2] πολὺ πασῶν πλείστη, καὶ ἀρίστη· Τὸ μὲν οὖν πρὸς τῇ Φαναροίᾳ μέρος τῆς Φαζημωνίτιδος, λίμνη κατέχει πελαγία τὸ μέγεθος, ἡ Στιφάνη καλουμένη πολύοψος, καὶ κύκλῳ νομὰς ἔχουσα παντοδαπάς· ἐπίκειται δ' αὐτῇ φρούριον ἐρυμνὸν, ἔρημον νῦν, ἡ Κίζαρι, καὶ πλησίον βασίλειον κατεσκευασμένον· ἡ δὲ λοιπὴ ψιλὴ τὸ πλέον, καὶ * σιτοφόρος· ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀμασέων τά τε θερμὰ ὕδατα τῶν Φαζημωνιτῶν ὑγιεινὰ σφόδρα, καὶ τὸ Σα- * Scripti σιτοφόρος χῶρος.
B γύλιον ἐπὶ ὄρους ὀρθίου, καὶ ὑψηλοῦ, πρὸς ὀξεῖαν ἀνατείνοντος ἄκραν, ἔρυμα ἱδρυμένον ἔχον, καὶ ὑδρεῖον δαψιλὲς, ὃ νῦν ὠλιγώρηται· τοῖς δὲ βασιλεῦσιν ἦν χρήσιμον εἰς πολλά. Ἐνταῦθα δὲ ἑάλω, καὶ διεφθάρη ὑπὸ τῶν Φαρνάκου τοῦ βασιλέως παίδων Ἀρσάκης * βασιλεύων, καὶ νεωτερίζων, ἐπιτρέψαντος οὐδενὸς τῶν ἡγεμόνων· ἑάλω δὲ οὐ βίᾳ τοῦ ἐρύματος ληφθέντος ὑπὸ Πολέμωνος, καὶ Λυκομήδους βασιλέων ἀμφοῖν, ἀλλὰ λιμῷ· * ἀνέφυγε γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἀπαρασκεύης χωρὶς, εἰργόμενος τῶν πεδίων· εὗρε δὲ καὶ τὰ ὑδρεῖα ἐμπεφραγμένα πέ- * Manusſ. δυναστεύων. * Scripti, ἀνέφυγον.
C τραις ἠλιβάτοις· οὕτω γὰρ διετέτακτο Πομπήϊος, κατασπᾶν κελεύσας τὰ φρούρια, καὶ μὴ ἐᾶν χρήσιμα τοῖς ἀναφεύγειν εἰς αὐτὰ βουλομένοις λῃστηρίων χάριν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτω διέταξε τὴν Φαζημωνῖτιν. Οἱ δ' ὕστερον βασιλεῦσι καὶ ταύτην ἔνειμαν. Ἡ δ' ἡμετέρα πόλις κεῖται μὲν ἐν φάραγγι βαθείᾳ, καὶ μεγάλῃ, [4] δι' ἧς ὁ Ἶρις φέρεται ποταμός· κατεσκεύασται δὲ θαυμαστῶς [5] προνοίᾳ τε καὶ φύσει πόλεως· ἅμα τε καὶ φρουρίου παρέχεσθαι χρείαν δυναμένη· [6] πέτρα γὰρ ὑψηλὴ καὶ περίκρημνος, p. 561.

1. Ἡ Γαζηλωτὸς συγκλείει) Videtur esse quam Gazalinam Ptolemæus appellat, inter μεσογείους quidem τοῦ Πολεμωνιακοῦ πόντου: sed non procul à mari. *Casaub.*

2. Πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη) Legendum cum libris prioris interpretis, πλείστη τε καὶ πολὺ πασῶν ἀρίστη. *Idem.*

3. *Stiphane*) Locus est corruptus. πολύοψον autem rectè vertitur piscosum, nam & supra hoc ipso in libro pelamiis ὄψον dicitur, & è Plutarchi Sympos. libro quarto, capite secundo, & 4. ὄψον piscem esse facilè disces. *Xyland.*

Subjacet autem Zelejæ ad mare. Ad Æsepum deinde Adrasteæ est campus, Teria, Pitya, & omnino Cyzicena regio ad Priapum, quam postea ordine refert: inde reflectens orientalia commemorat & ulteriora: quo ostendit se finem Troadis existimare septentrionalem & ortivum ea quæ ad Æsepum pertinent. Enimvero Mysia & Olympus post Troadem sunt. Ac vetus quidem memoria talem gentium dictat situm. Recentiores autem mutationes pleraque inverterunt: aliis aliâs obtinentibus regiones, & alia confundentibus, alia divellentibus. Nam Phryges ista occupaverunt loca, & Mysi post Trojæ excidium: deinde Lydi, ac post hos Æolenses & Iones: secundum hos Persæ, mox Macedones: denique Romani sub quibus jam & linguam & nomina amiserunt plerique, nova quadam regionum instituta divisione: cujus potiorem censeo habendam rationem in recensendo præsenti statu, antiquitate interim mediocriter observata. In mediterraneis Bithyniæ Bithynium est, supra Tejum situm, & habens regionem circa Salonem, ubi optima sunt boum pascua, unde Salonites caseus. Tum Nicæa, primaria Bithyniæ urbs, ad Ascaniam paludem: quæ urbs ambitur campo magno: & admodum fœcundo, sed per æstatem non admodum salubri. Hanc Antigonus primum condidit, Philippi filius, & Antigoniam nominavit: deinde Lysimachus, qui eam ab uxore Nicæam appellavit: ea Antipatri fuit filia.

1. Τῇ δὲ Ζελείᾳ ὑποπέπτωκε. *Subjacet autem Zelejæ.*) Sententia claudicat, & est oratio imperfecta. Lege meo periculo: Ἴδῃ δὲ Ζελεία ὑποπέπτωκε, nec est opus pluribus verbis, ut ea lectio asseratur, quæ cum re concordat. *Palmer.*

2. Οὐ μᾶλλων φροντίσαι δεῖ τὰ νῦν οἴεται λέγοντας) Quisnam οἴεται? Vidi qui hanc vocem tollendam putarent. Xylander locum ita transtulit quasi legeretur φροντίσαι δεῖν οἴομαι. Nimis certum est ita esse legendum, τὰ νῦν ὄντα λέγοντας. Sententiam hanc sæpius apud Strabonem iteratam reperies. *Casaub.*

3. Τό, τε βιθύνιόν ἐστιν) Stephanus Βιθύνιον, πόλις Βιθυνίας, meminit & Plinius H. N. Lib. V. cap. 32. Ptolemæus sic Κλαυδιόπολις ἡ καὶ Βιθύνιον. *Idem.*

4. Ὑπερκείμενον τοῦ Τηΐου) Supra docuimus Τίειον scribendum esse quoties legitur in hoc auctore Τήϊον, quare hic quoque Τιείου lego. *Idem.*

5. Τὴν περὶ Σάλωνα χώραν) Stephanus, Σαλώνεια πόλις Βιθυνίας, καὶ τόπος Σάλων Σάλωνος. *Idem.*

6. Ὅθεν ἐστὶν ὁ Σαλωνίτης τυρός) Plinius Bithynum vocat. lib. XI. cap. 42. de diversitate caseorum. *Trans maria verò Bithynus fere in gloria est.* Idem.

7. Καὶ Νίκαια ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ) Plinius, *Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia.* Vide Ptolem. De hac D Nicæa loquitur lex VI. Cod. De diversis prædiis. *Idem.*

8. Ὃς αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασε Νίκαιαν) At Memnon unde Nicæa sic dicta sit, longè aliter explicat, pag. 103. 104. edit. H. Steph. a. 1557. Inquiens: αὕτη δὲ ἡ πόλις ἡ Νίκαια τὴν μὲν κλῆσιν ἄγει ἀπὸ Ναΐδος νύμφης, ὄνομα λαχούσης τὴν Νίκαιαν, ἔργον δὲ γεγονὼν Νικαέων τῶν μετὰ Ἀλεξάνδρου μὲν συστρατευσάντων, μετὰ δὲ τὸν ἐκείνου θάνατον κατὰ ζήτησιν πατρίδος, ταύτην τε κτισάντων καὶ συνοικησαμένων. ἡ μὲν οὖν Ναῒς ἡ Νίκαια παῖς λέγεται φῦναι Σαγαρίου τοῦ κατὰ τὴν χώραν δυνάστου καὶ Κυβέλης. παρθενίαν δὲ μᾶλλον ἢ τὴν πρὸς ἄνδρα ποθοῦσα ὁμιλίαν, ἐν ὄρεσι καὶ θήραις τὸν βίον ἔσχεν. ταύτης δὲ Διόνυσος μὲν ἤρα, ἐρῶν δὲ, οὐκ ἐτύγχανεν. μὴ τυγχάνων δὲ, μηχαναῖς τὸ λεῖπον τῇ γνώμῃ ἀναπληροῦν ἐπεχείρει. πληροῖ τοίνυν τὴν κρήνην ἀφ' ἧς εἴωθεν ἡ Νίκαια πίνειν, ἐπειδὰν ἀπὸ τῆς θήρας κοπωθείη, ἀντὶ τοῦ ὕδατος, οἴνου· ἡ δὲ, μηδὲν συνειδυῖα, καὶ τὸ εἰωθὸς ποιοῦσα, ἐμφορεῖταί τε τοῦ ἐπιβούλου νάματος,

καὶ

Urbs ipsa quadrata est, ambitu stadiorum XVI. Habet etiam gymnasium in campo quatuor portis apertum, & ad angulos rectos * ita vici sunt constituti, ut qui in medio lapide gymnasii consistit, is portas quatuor omnes videat. Paululum supra Ascanium lacum Otroea est oppidulum, in finibus Bithyniæ: jam versus orientem: arbitrantur sic ab Otreo dictam. Enimvero Mysos Bithyniam inhabitasse, primum Scylax testatur Coryandrensis, circa Ascanium lacum habitare inquiens Phryges & Mysos. Deinde Dionysius, qui de origine urbium scripsit, fauces quæ inter Chalcedonem & Byzantium sunt, ac Thracicus nunc vocantur Bosporus, ante ait Mysium Bosporum fuisse appellatas: quod ipsum testimonio esse potest, Thracicam gentem fuisse Mysos: sed & Euphorio dixit,

— *Ascanii prope flumina Mysi.*

& Alexander Ætolus:

Sedes Ascanios ad latices habitant
Ascaniæ sub labra paludis: ad illa Dolion
Sileno natus vixerat & Melia.

Quæ hoc ipsum evincunt testimonia, cum alibi Ascanius lacus nullibi quam hic inveniatur. Viri ob doctrinam memorabiles exstiterunt in Bithynia,

A [1] ἔστι δὲ τῆς πόλεως ἑκκαιδεκαστάδιος ὁ περίβολος ἐν τετραγώνῳ σχήματι· ἔστι δὲ καὶ τετράπυλος ἐν πεδίῳ κείμενος * [2] ἐρημοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας· ὥστ' ἀφ' ἑνὸς λίθου κατὰ μέσον * ἱδρυμένου τὸ γυμνάσιον, τὰς τέτταρας ὁρᾶσθαι πύλας. Μικρὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ἀσκανίας λίμνης Ὀτροία πολίχνη, πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Βιθυνίας ἤδη πρὸς ἕω. Εἰκάζουσι δ' ἀπὸ Ὀτρέως [3] Ὀτροίας καλεῖσθαι πρότερον. Ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία, πρῶτον μαρτυρήσει [4] Σκύλαξ ὁ * Καρυανδεὺς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην, Φρύγας καὶ Μυσούς· * ἔπειτα [5] Διονύσιος ὁ τὰς κτίσεις συγγράψας, ὅτι κατὰ Χαλκηδόνα, καὶ Βυζάντιον τὰ B στενὰ, ἃ νῦν Θράκιος Βόσπορος καλεῖται, πρότερόν φησι Μύσιον Βόσπορον προσαγορεύεσθαι· τοῦτο δ' ἄν τις καὶ τοὺς Θρᾶκας εἶναι τοὺς Μυσοὺς μαρτύριον θείη· ὅ, τε Εὐφορίων

-- Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο

λέγων· καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος,

Οἳ καὶ ἐπ' Ἀσκανίων δώματ' ἔχουσι ῥοῶν
Λίμνης Ἀσκανίης ἐπὶ χείλεσιν· ἔνθα Δολίων
Υἱὸς Σιληνοῦ νάσσατο, καὶ Μελίης.

Τὸ αὐτὸ ἐκμαρτυροῦσιν, οὐδαμοῦ τῆς Ἀσκανίας λίμνης εὑρισκομένης, ἀλλ' ἐνταῦθα μόνον. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ,

* Lege ἐῤῥυμοτομημένος. p. 566.
* Vulgò ἱδρυμένος.
* Sic legendum non ut vulgò Κορυανδρεύς.
* Scripti ἔτι Δ.

καὶ ὑπηρετεῖ καὶ ἄκουσα τῷ βουλήματι τοῦ ἐραστοῦ. μέθης γὰρ αὐτὴν καὶ ὕπνου λαβόντων, ὅ, τε Διόνυσος C αὐτῇ ἐπιμίγνυται, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς φύει Σάτυρόν τε καὶ ἑτέρους. οἱ δὲ Νικαεῖς οἳ τὴν πόλιν ἤγειραν καὶ συνῴκισαν Νίκαιαν, εἶχον πατρίδα Φωκίδος γείτονα. πρὸς ἣν καὶ πολλάκις στασιάσαντες, ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης ὕστερον τὴν πατρίδα ἀφῃρέθησαν, καταστροφὴν ταύτης καὶ ἀφανισμὸν τῶν ἐν τῇ Φωκίδι πολλῇ σπουδῇ καταπραξαμένων. ἀλλ' ἡ μὲν Νίκαια οὕτω τε τὴν κλῆσιν καὶ τὴν οἰκοδομὴν ἔσχεν, καὶ οὕτως προσεχώρησεν Ῥωμαίοις. i. e. *Hæc urbs nomen deducit à Naide quadam Nympha, cui Nicææ nomen, & opus est Nicæensium, qui in Alexandri exercitu fuerunt: & post ejus interitum, dum patriam repetunt, hac urbe à se condita & frequentata, in civitatem coaluerunt. Nais autem illa Nicæa Sangario, loci regulo, & Cybele nata fertur. Quæ cum majore virginitatis desiderio quam consuetudine cum viro, teneretur, in montibus & venatibus vitam egit. Bacchus quidem efflictim amat puellam, sed hæc amorem frustratur. Quando igitur voti compos alia ratione fieri nequit, fallaciis explere animi desiderium* D *instituit. Nam fontem, ex quo Nicæa à venatione defessa bibere solebat, vino pro aqua replet. Eaque nihil suspicata, dum pro more suo bibit, fallacem intra se haurit liquorem: & sic quamlibet invita amantis cupiditati subservit. Mero enim & somno correptam Liber comprimit, & Satyrum ex ea liberosque alios suscipit. Nicæenses autem, à quibus excitata est Nicæa & sedibus frequentata, primum erant vicini Phocidi: sed quod subinde rebellarent, Phocenses tandem patria eos expulerunt, & urbs eorum eversa deleretur, magno perfecerunt studio; Nicæa ergò hoc modo appellata & condita fuit: atque ita in Romanorum potestatem devenit.* vid. Memnonis excerpta ex edit. Henr. Steph. pag. 103, 104. *Casaub.*

1. Ἔστι δὲ τῆς πόλεως ἑκκαιδεκαστάδιος ὁ περίβολος ἐν τετραγώνῳ σχήματι. ἔστι δε καὶ τετράπυλος ἐν πεδίῳ κείμενος ἐρημοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας. ὥστ' ἀφ' ἑνὸς λίθου κατὰ μέσον ἱδρυμένου τὸ γυμνάσιον, τὰς τέτταρας ὁρᾶσθαι πύλας. Hinc interpres: *Urbis ambitus est stadiorum sedecim in figura quadrata, quæ in campo sita quatuor portas habet. ad rectos angulos, & in munitionem excisa. quare ex uno lapide qui circa medium Gymnasium positus est, omnes quatuor portæ cernuntur*, nimirum pro ἐρημοτομημένος, legens ἐρυμοτομημένος. Sed utrumque est mendosum, legendumque omninò est ἐῤῥυμοτομημένος, id est, *vicis sectis & divisis*, à themate ῥυμοτομοῦμαι. Paul. Leopard. Emendat. lib. XX. cap. 12.

2. *) annotavi asteriscum, ut ostenderem loca non esse integra heic, quid sit ἐρημοτομεῖν, divinet qui potest. ego ῥυμοτομεῖν puto esse, vicis, ac plateis urbem dividere. *Xyland.*

2. Ἐρημοτομημένος πρὸς ὀρθὰς γωνίας) Scribendum ut suspicatur Xylander, ἐῤῥυμοτομημένος. Verbo ῥυμοτομεῖν sæpe utitur Strabo. Fallitur tamen graviter Xylander, quum putat dici de gymnasio, quod de ipsius urbis περιβόλῳ dicitur: vide elegantissimum Augerii Busbequii libellum. (Epistol. I. p. 59. ed. 1595.) *Cas.*

3. Ὀτροίας καλεῖσθαι.) Equidem dissimulandum non est pro Ὀτροίας τὴν Τροίαν legisse χρηστομαθειῶν collectorem. *Xyland.*

4. Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς) Restituimus veram lectionem. Nam vulgatæ editiones habent Κορυανδρεὺς: idque Xylander est secutus, quum posset ex plurimis locis Strabonis intelligere, à patria Caryandis esse sic appellatum. Est autem scriptor antiquissimus, quem ipse Aristoteles aliquando laudat, & alii quam plurimi. *Casaub.* De hoc auctore plurima vide Tom. I. Geographorum Minorum ex editione doctissimi I. Hudson.

5. Διονύσιος ὁ τὰς κτ.) Fuit hic Dionysius Χαλκιδικεὺς, cujus κτίσεις quoque citant Suidas v. Τελμισσεῖς. Schol. Apollon. Lib. II. ℣. 264. Harpocrat. v. Ἡφαιστία. Photius in Lex. MS. v. κλητήρσιν &c. De hac materia scripserunt etiam Dercyllus & Pherecydes; sed de his alibi. *Scherpezeelius.*

[1] Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος A ὁ διαλεκτικὸς, καὶ Ἵππαρχος, καὶ Θεοδόσιος, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ μαθηματικοὶ, Κλεοφάνης τε ῥήτωρ ὁ Μυρλεανὸς, [2] Ἀσκληπιάδης τε Προυσιεὺς ἰατρός. Πρὸς νότον δ' εἰσὶ τοῖς Βιθυνοῖς, οἱ περὶ τὸν Ὄλυμπον Μυσοὶ, [3] οὓς * Ὀλυμπηνοὺς καλοῦσι τινὲς, οἱ δ' Ἑλλησποντίους· καὶ ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγία· τοῖς δὲ Παφλαγόσι Γαλάται· ἀμφοτέρων τε τούτων ἔτι πρὸς νότον, ἡ μεγάλη Φρυγία, καὶ Λυκαονία, μέχρι τοῦ Ταύρου τοῦ Κιλικίου, καὶ Πισιδικοῦ. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῇ Παφλαγονίᾳ συνεχῆ παράκειται τῷ Πόντῳ, καὶ τῇ B Καππαδοκίᾳ, καὶ τοῖς ἤδη περιωδευμένοις ἔθνεσιν, οἰκεῖον ἂν εἴη τὰ τούτοις γειτονοῦντα μέρη περιοδεῦσαι πρῶτον, ἔπειτα τοὺς ἑξῆς τόπους παραδεῖξαι. Πρὸς νότον τοίνυν εἰσὶ τοῖς Παφλαγόσι Γαλάται· [4] τούτων δ' ἐστὶν ἔθνη τρία· δύο μὲν τῶν ἡγεμόνων ἐπώνυμα Τρόκμοι, καὶ Τολιστοβώγιοι· τὸ τρίτον δ' ἀπὸ τοῦ ἐν Κελτικῇ ἔθνους Τεκτοσάγες· κατέσχον δὲ τὴν χώραν ταύτην οἱ Γαλάται πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταδραμόντες τὴν ὑπὸ τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι χώραν, καὶ τοῖς Βιθυνοῖς, ἕως παρ' ἑκόντων ἔλαβον [6] τὴν νῦν Βιθυνίαν, καὶ Γαλλογραικίαν λεγομένην. Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ C τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος. Τριῶν δὲ ὄντων ἐθνῶν ὁμογλώττων,

* Scripti, Ὀλυμπίους.

Xenocrates philosophus, Dionysius dialecticus, Hipparchus ac Theodosius & filii ejus mathematici, Cleophanes Myrleanus rhetor, Asclepiades Prusiensis medicus. Versus austrum Bithynis sunt Mysi circa Olympum degentes, quidam Olympios, alii Hellespontios nominant: tum Phrygia Hellespontia. Paphlagonibus Galatæ: & utrisque versus meridiem magna Phrygia, & Lycaonia, usque ad Taurum Cilicium ac Pisidicum. Quoniam verò quæ Paphlagoniam attingunt, ea Ponto & Cappadociæ adjacent & gentibus, quas jam peragravimus: instituto nostro conveniens fuerit his quoque vicinas partes describere ac deinde quæ sequuntur regiones demonstrare. ¶ Galatæ ergo Paphlagonibus versus meridiem sunt. Tria Galatarum habentur genera: quorum duo à ducibus nomen habent, [5] Trocmi, & Tolistobogi, tertium à Celtica gente Tectosages. Hanc regionem Galatæ occupaverunt, cùm diu vagati incursionibus Attalicorum regum Bithynorumque ditionem vexassent, tandem ab iis volentibus acceperunt eam terram, quæ nunc Bithynia & Gallogræcia dicitur. Princeps trajectionis horum in Asiam præcipuè existimatur fuisse Leonorius. Cùm autem sint tres gentes eadem utentes lingua,

1. Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος) Fuit enim Chalcedonius. *Casaub.*

2. Ἀσκληπιάδης τε Προυσιεὺς ἰατρὸς) Notanda hic est insignis illa inscriptio, quam reliquit nobis Celeberrimus Reinesius

C. CALPVRNIVS. ASCLEPIADES
PRVSA AD OLYMPVM MEDICVS
PARENTIBVS ET SIBI ET FRATRIB.
CIVITATES VII. A DIVO TRAIANO
IMPETRAVIT
NATVS III. NONAS MARTIAS.
DOMITIANO XIII. COS.
EODEM DIE. QVO. ET VXOR EIVS.
VERONIA. CHELIDON.
CVM QVA VIXIT ANN. LI.
STVDIORVM ET MORVM CAVSA
PROBATVS A VIRIS CLARISS.
ADSEDIT MAGISTRATIBVS POP. R.
ITA VT IN ALIIS ET IN PROV. ASIA
CVSTODIAR - - - - - IN VRNA
IVDICVM
VIXIT ANN. LXX.

(Ad quam celeberrimus auctor ita commentatur) Hæc me inscriptio inprimis adficit, quippe nusquam legere memineram, quod ea me docet de Asclepiade Prusense medico, imperante Trajano, Adriano & T. Antonino cum servili conditione fuisset, à quodam Calpurnio manumissum, civitatem Romanam & jus aliarum VII. impetrasse, & quæ sunt cætera. Cum audio Asclepiadis Βιθυνοῦ Κιανοῦ ὃς καὶ Προυσιεύς. Gal. *in Isag.* ex Oratore inter medicos novæ sectæ conditoris, qui victus ratione potius quam usu medicamentorum morbos curare instituerit, qua de re Celsus lib. V. c. 1. Plin. lib. XXVI. c. 1. Mithridati ultimo experiti, tempore Pompeji M. Romæ versati, & inter Bithynos ἀξιολόγους κατὰ παιδείαν ἄνδρας memorati à Strab. Lib. XII. civem fuisse, & jam gentilem, heredem artis & fortasse nepotem ejus ut credam inducor. vid. plur. in Syntagm. Inscript. Antiq. Reinesii Cl. XI. n. 4. p. 608.

3. Οὓς Ὀλυμπηνοὺς καλοῦσι τινὲς) Manusc. Ὀλυμπίους, minus rectè Stephanus, Ὄλυμπος ὄρος Μυσίας. Ἀρριανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ. οἱ οἰκοῦντες Ὀλυμπηνοί. *Casaub.*

D 4. Τούτων δ' ἐστὶν ἔθνη τρία) Ascribam Plinii locum qui aliter sentire videtur. H. N. Lib. V. c. 32. *Qui partem eam insedere Gallorum Tolystobogi & Voturi & Ambitui vocantur: qui Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem, Trocmi. Prætenditur Cappadocia à Septentrione & Solis ortu, cujus uberrimam partem occupavere Tectosages, ac Teutolodiaci: & gentes quidem hæ. Populi verò ac Tetrarchiæ omnes numero CXCV.* Vide Livium & Justinum. *Idem.*

5. *Trocmi.*) ita & libro quarto legitur, & apud alios scriptores, & Plin. V. 32. Heic Τρόγμοι inculcante, quos interpretem retinuisse miror, cùm sint nulli. Leonorius suspectum est. Epitomæ Leonem habent. Infra pro Blayro Blaudum correxi ex Stephano. & Orcaorycos ex sequentibus. *Xyland.*

6. Τὴν νῦν Βιθυνίαν) Quum toties & Bithyniam à Galatia separet, sitque id lippis notum & tonsoribus, apparet legendum esse τὴν νῦν Γαλατίαν, ut est in veteribus libris. *Casaub.*

1. Τὴν

& aliis quoque in rebus nihil differentes, quamvis earum in quatuor diviſerunt partes, & tetrarchiam nominaverunt, quæ ſuum haberet tetrarcham, & judicem unum, unum exercitus præfectum (*ſic Stratophylacem verto*) tetrarchæ ſubditos, ac duos ſtratophylacum vicarios. Duodecim tetrarcharum concilium, viri erant ccc. ii conveniebant in locum, cui nomen Drynæmeto: ii de cæde judicabant: reliqua tetrarchæ, & judices. Quondam ergo, ita erat conſtituta Galatia. Noſtra ætate in trium, deinde duorum, tandem unius venit poteſtatem Dejotari, cui ſucceſſit Amyntas: nunc Romani & hanc, & quæ Amyntæ fuit tenent provinciam. Trocmi Ponto & Cappadociæ confinia poſſident: optima eorum, quæ habent Galatæ. Tria ipſis ſunt caſtella muris cincta. Tavium emporium iſtorum locorum: ubi Jovis eſt coloſſus, & ſacer locus, unde ſontem abduci eſt nefas. Mithridatium, quod Pompejus á Ponto avulſum Bogodiatoro dedit. Tertium Danala, ubi Pompejus & Lucullus convenerunt: cum ille ad ſucceſſionem belli veniret, hic imperium ei traderet, atque ad triumphum abiret. Tectoſagum regio magnam Phrygiam attingit, qua Peſſinus eſt & Orcaoryci: horum caſtellum fuit Ancyra, ejuſdem nominis cum oppidulo Phrygiæ, quod verſus Lydiam apud Blaudum eſt. Toliſtobogii contermini ſunt Bithyniæ & Phrygiæ, quæ Epictetus dicitur: caſtella eorum Blucium & Peium: quorum alterum regia fuit Dejotari, alterum gazæ adſervandæ deſtinatum. Peſſinûs emporium eſt in iis regionibus, maximum habens templum, ſummaque cultum religione matris deorum, quam Angidiſtin appellant. Sacerdotes antiquitus reguli quidam erant, fructum magni ſacerdotii

A καὶ ἄλλο οὐδὲν ἐξηλλαγμένων, * ἕκαστα διελόντες εἰς τέτταρας μερίδας, τετραρχίαν ἑκάστην ἐκάλεσαν, τετράρχην ἔχουσαν ἴδιον, καὶ δικαστὴν ἕνα, καὶ στρατοφύλακα ἕνα, ὑπὸ τῷ τετράρχῃ τεταγμένους, ὑποστρατοφύλακας δὲ δύο. Ἡ δὲ τῶν δώδεκα τετραρχῶν βουλὴ ἄνδρες ἦσαν τριακόσιοι· συνήγοντο δὲ εἰς τὸ καλούμενον Δρυναίμετον. Τὰ μὲν οὖν φονικὰ ἡ βουλὴ ἔκρινε· τὰ δὲ ἄλλα οἱ τετράρχαι, καὶ οἱ δικασταί. Πάλαι μὲν οὖν ἦν τοιαύτη τις ἡ διάταξις· καθ' ἡμᾶς δὲ εἰς τρεῖς, εἶτ' εἰς δύο ἡγεμόνας, εἶτα εἰς ἕνα ἧκεν ἡ δυναστεία, εἰς Δηιόταρον, εἶτα ἐκεῖνον διεδέξατο Ἀμύντας· νῦν δ' B ἔχουσι Ῥωμαῖοι, καὶ ταύτην καὶ [1] τὴν ὑπὸ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην ἐπαρχίαν. Ἔχουσι δὲ οἱ μὲν Τρόκμοι τὰ πρὸς τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Καππαδοκίᾳ· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ κράτιστα ὧν νέμονται Γαλάται· φρούρια δ' αὐτοῖς τετείχισται τρία, [2] Ταούιον ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ, ὅπου ὁ τοῦ Διὸς κολοσσὸς χαλκοῦς, καὶ * τέμενος ἄσυλον· καὶ Μιθριδάτιον ὃ ἔδωκε Πομπήιος Βογοδιατόρῳ, τῆς Ποντικῆς βασιλείας ἀφορίσας· τρίτον δέ πως Δανάλα, [3] ὅπου τὸν σύλλογον ἐποιήσαντο Πομπήιός τε καὶ Λεύκουλλος· ὁ μὲν, ἥκων ἐπὶ τὴν τοῦ πολέμου διαδοχήν, ὁ δὲ, παραδιδοὺς τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἀπαίρων ἐπὶ τὸν θρίαμβον. C Τρόκμοι μὲν δὴ ταῦτ' ἔχουσι τὰ μέρη. Τεκτόσαγες δὲ τὰ πρὸς τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ, τῇ κατὰ τὴν Πεσσινοῦντα καὶ Ὀρκαορκοὺς· [4] τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα, [5] ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦδον πολίχνῃ Φρυγιακῇ. Τολιστοβώγιοι δὲ ὅμοροι Βιθυνοῖς εἰσί, καὶ τῇ Ἐπικτήτῳ καλουμένῃ Φρυγίᾳ· φρούρια δ' αὐτῶν ἐστι τό, τε * Βλούκιον, καὶ τὸ Πήιον· ὧν τὸ μὲν, ἦν βασίλειον Δηιοτάρου, τὸ δὲ γαζοφυλάκιον. [6] Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ μέγιστον, ἱερὸν ἔχον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον· καλοῦσι δ' αὐτὴν * [7] Ἀγγιδίστιν. Οἱ δ' ἱερεῖς τὸ παλαιὸν μὲν δυνάσται τινὲς ἦσαν, ἱερωσύνην καρπούμενοι

p. 567.

* Manuſſ. ἕκαστοι διελ. recte.

* Scripti, τόμενος αὐτοῦ ασ.

* Scripti Βλούβιον.

* Lege, Ἀγδίστιν.

1. Τὴν ὑπὸ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην ἐπαρχίαν) Lege cum veteribus lib. τὴν ὑπὸ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην, πάσαν εἰς μίαν συναγαγόντες ἐπαρχίαν. De hoc Amynta vide Dionem lib. XLIX. *Caſaub.*

2. Ταούϊον ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ) Manuſcripti habent Τὰ οὔια, mendoſè. Plinius H. N. lib. 5. c. 32. *Oppinum*, *Tectoſagum Ancyra*, *Trocmorum Tavium*, *Toliſtobogiorum Peſinus.* Ptolemæus de Trocmis Galatis, ἐν οἷς πόλις Ταούϊον. *Idem.*

3. Ὅπου τὸν σύλλογον ἐποιήσαντο Πομπήϊός τε καὶ Λεύκουλλος) Plutarchus in Lucullo, de eo & Pompejo, καὶ συνῆλθον ἐν κώμῃ τινὶ τῆς Γαλατίας, καὶ προσεῖπον ἀλλήλους φιλοφρόνως, & in Pompejo, καὶ συνῆλθον περὶ τὴν Γαλατίαν, neutro loco urbis nomine expreſſo ubi convenere. *Idem.*

4. Τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα) Imo μητρόπολις. Ptolemæus de Tectoſagibus, quos ille vocat Tectoſacas, ἐν οἷς πόλις Ἄγκυρα μητρόπολις. *Idem.*

5. Ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦδον πολί- D χνῃ) Hujus Ancyræ infra meminit. In libris ſcriptis totus locus ita legitur, τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦρον πολίχνῃ Φρυγιακῇ. Et liber quoque Aldi Βλαῦρον habet pro Βλαῦδον, quod magis tamen probo. Stephanus, Βλαῦδος, πόλις Φρυγίας ἀπὸ Βλαύδου τοῦ τὸν τόπον εὑρόντος ὡς Μενεκράτης. *Idem.*

6. Πεσσινοῦς δ' ἐμπορεῖον) Sic ſcribitur etiam apud Ptolem. & pleroſque alios Græcos ac Latinos. Sunt tamen qui ſcribant Πισινοῦς. Non adferam quæ de ejus vocis etymologia nugantur grammatici παρὰ τὸ πεσεῖν. *Id.*

7. Ἀγγιδίστιν) Ita fere Heſychius Ἄγδιστις ἡ αὐτὴ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Inſcriptio vero apud Sponium Miſcell. Sect. III. n. 58. p. 97, 98. ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ΑΓΓΙΣΤΕΙ ΑΜΕΡΙΜΝΟΣ ΟΙΚΟΝΟΜΟΣ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΥΧΗΝ ubi vide Gallandium & Pauſan. I. 4. & VII. 17. Arnob. V. p. 158. Acdeſtis vocatur. Supra L. X. pag. 469. Ἀγδίστιν pro Αἴστιν legendum dixit Caſaubonus.

1 Ἀφι-

μεγάλην· νυνὶ δὲ τούτων μὲν αἱ τιμαὶ πολὺ μεμείωνται, τὸ δ' ἐμπόρειον συμμένει· κατεσκεύασαι δ' ὑπὸ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων ἱεροπρεπῶς τὸ τέμενος, ναῷ τε καὶ στοαῖς λευκολίθοις· ἐπιφανὲς δ' ἐποίησαν Ῥωμαῖοι τὸ ἱερὸν, [1] ἀφίδρυμα ἐνθένδε τῆς θεοῦ μεταπεμψάμενοι κατὰ τοὺς τῆς Σιβύλλης χρησμοὺς· καθάπερ καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ. Ἔστι δὲ καὶ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως, τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμήνη, καθάπερ ἀπὸ τῶν Κυβέλων * ἡ Κυβέλη. Πλησίον δὲ καὶ ὁ Σαγγάριος ποταμὸς ποιεῖται τὴν ῥύσιν· ἐπὶ δὲ τούτῳ τὰ παλαιὰ τῶν Φρυγῶν οἰκητήρια Μίδου, καὶ ἔτι πρότερον Γορδίου, καὶ ἄλλων τινῶν, οὐδ' ἴχνη σώζοντα πόλεων, ἀλλὰ κῶμαι, μικρῷ μείζους τῶν ἄλλων· [2] οἷον ἐστὶ τὸ Γόρδιον [3] καὶ Γορβεοῦς [4] τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον τοῦ Σαωκονδαρίου, ἐν ᾧ γαμβρὸν ὄντα τοῦτον [5] ἀπέσφαξε Δηϊόταρος, καὶ τὴν θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ· τὸ δὲ φρούριον * ἀνέσπασε, καὶ διελυμήνατο τὸ πλεῖστον τῆς κατοικίας.

Scripti, ἡ Κυβελίνη.

p. 568.

Scripti, κατέσπασε.

Μετὰ δὲ τὴν Γαλατίαν πρὸς νότον ἥ τε λίμνη ἐστὶν ἡ Τάττα, * παρακειμένη τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ τῇ κατὰ τοὺς Μοριμηνοὺς, μέρος δ' οὖσα τῆς μεγάλης Φρυγίας· καὶ ἡ συνεχὴς ταύτῃ μέχρι τοῦ Ταύρου, ἧς τὴν πλείστην Ἀμύντας εἶχεν. Ἡ μὲν οὖν Τάττα, ἁλοπήγιόν ἐστιν αὐτοφυές· οὕτω δὲ περιπήττεται ῥᾳδίως τὸ ὕδωρ παντὶ τῷ βαπτισθέντι εἰς αὐτὸ, ὥστε στεφάνους ἁλῶν ἀνέλκουσιν, ἐπειδὰν καθῶσι κύκλον σχοίνινον· ὅ τε ὄρνεα ἁλίσκεται τὰ προσαψάμενα τῷ πτερώματι τοῦ ὕδατος παραχρῆμα πίπτοντα διὰ τὴν περίπηξιν τῶν ἁλῶν. Ἥτε δὴ Τάττα ἐστὶ, [6] καὶ τὰ περὶ Ὀρκαορυκοὺς, καὶ Πιγνισόν. Καὶ τὰ τῶν Λυκαόνων ὀροπέδια, ψυχρὰ καὶ ψιλὰ [7] καὶ ὀναγρόβοτα, ὑδάτων τε σπάνις πολλή· ὅπου δὲ καὶ εὑρεῖν δυνατὸν βαθύτατα φρέατα τῶν πάντων· [8] καθάπερ ἐν Σοάτροις, [9] ὅπου καὶ πιπράσκεται τὸ ὕδωρ· ἔστι δὲ κωμόπολις

Scripti, περικειμένη

percipientes: nunc eorum quidem honores valdè sunt attenuati: emporium tamen constat. Locus sacer ab Attalicis regibus magnificè est exornatus templo, porticibusque albi lapidis, illustre id fanum Romani fecerunt, cum inde simulacrum deæ acciverunt Sibyllæ oraculo moniti: ut & Æsculapii ab Epidauro. Mons urbi imminet Dindymum, unde Dindymene dicitur dea, ut à Cybelis Cybele. Propè Sangarius fluvius defluit. Ad hunc sunt antiqua Phrygum domicilia, Midæ, & eo prioris Gordii, aliorumque nonnullorum: ne vestigia quidem servantia urbium, sed pagi aliis paulo majores. De his est Gordium, & Gorbejus regia Castoris Saocondarii: quem ibi, & uxorem ejus filiam suam Dejotarus trucidavit, castellumque diruit, & maximam pagi partem evastavit. ¶ Post Galatiam versus meridiem est Tatta palus ad magnam sita Cappadociam apud Morimenam, pars magnæ Phrygiæ: & contigua huic regio usque ad Taurum, cujus maximam partem Amyntas tenuit. Tatta salis est natura suapte concrescentis palus: atque ita facilè concrescit aqua ejus ad quamvis rem immersam, ut demisso circulo è funiculis facto etiam salis corollam inde extrahant: & aves si quam alis attingant, statim decidant ob salem, quo eæ concrescunt. Est ergo Tatta: tum loca circa Orcaorycos, & Pignisum. ¶ Inde Lycaonum colles plani, frigidi, nudi, & asinis sylvestribus compascui: aquarum ibi magna penuria: atque ubi invenitur aqua, profundissimi omnium sunt putei, ut Soatris, ubi etiam venditur aqua: est is pagus oppidi instar

1. Ἀφίδρυμα ἐνθένδε τῆς θεοῦ μεταπεμψάμενοι κατὰ τοὺς τῆς Σιβύλλης χρησμοὺς) Livius lib. XXIX. c. 10. *Civitatem eo tempore repens religio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum, inspectis. Quandoque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idæa Pessinunte Romam advecta foret.* Sed vide Herodianum, qui rem ab ovo repetit, totamque narrat. lib. I. c. 11. *Casaub.*

2. Οἷον ἐστὶ τὸ Γόρδιον) Gordium fuit antiqui Midæ regia, ait Plut. in Alexand. p. 674. T. I. ed. FFurt. *Idem.*

3. Καὶ Γορβεοῦς τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον) Conferatur hic locus cum illo proximo ubi & Dejotari & Castoris cujusdam facta est mentio: non enim sunt hæc sana satis. Ibi leges & τὸ Μοριζέους βασίλειον, quod videtur esse affine isti Γορβεοῦς. *Idem.*

4. Τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον τοῦ Σαωκονδαρίου, ἐν ᾧ γαμβρὸν ὄντα τοῦτον ἀπέσφαξε Δηϊόταρος. *Regia Castoris Saocondarii: quem ibi & uxorem ejus filiam suam Dejotarus trucidavit.*) Si τοῦτον ad Saocondarium referas (qui melius ad Gallicum sonum Saocondarus sine *i* diceretur) Castor ille idem erit, qui Dejotarum accusavit; si ad Castorem, tum habuit ille Castor filium cognominem. De Dejotaro autem & ejus erga liberos crudelitate vide Plutarchum lib. de Stoïcorum repugnantiis. *Palmer.*

5. Ἀπέσφαξε Δηϊόταρος) Lege Plutarchum de immani crudelitate istius belluæ adversus liberos. *Cas.*

6. Καὶ τὰ περὶ Ὀρκαορυκοὺς, καὶ Πιγνισὸν, καὶ τὰ τῶν Λυκαόνων ὀροπέδια) Pignissum, nisi fallor, appellat eam urbem, de qua Steph. Πίτνισσα πόλις Λυκαονίας. Ptolem. Πετενισσὸν appellat. & legendum fortasse est in Strab. Πιτνισὸν, per τ. *Idem.*

7. Καὶ ὀναγρόβοτα) Similiter Justinianus in Constitutionibus suis Lycaoniam vocat ἱππόβοτον. De onagris Lycaoniæ Plin. lib. VIII. cap. 44. *Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui.* Idem.

8. Καθάπερ ἐν Σουάτροις) Nescio sintne hæc Sovatra quæ Ptolem. Siovata inter Lycaoniæ urbes nominat; an potius quæ idem Savatra appellat, licet in Isauria collocet. Nam Ptolem. tria oppida Isauriæ tribuit: duo tantum Strabo. *Idem.*

9. Ὅπου καὶ πιπράσκεται τὸ ὕδωρ) ut in Africæ quadam regione, ait lex XIV. §. 3. D. de alimentis vel cib. *Idem.*

1. Ἐσ-

apud Garsabora: & tamen ista regio quantumvis aqua carens, mirum in modum oves nutrit, lanæ asperæ: è quibus quidam amplissimas sunt consecuti opes: & Amyntas ultra ccc greges iis in locis habuit. Sunt & paludes, major Coralis, minor Trogitis. Circum isthæc loca Iconium est oppidum probe conditum, agro feliciore quam is quem diximus onagros pascere: possedit Polemo. Ad hæc loca jam Taurus accedit Cappadociam & Lycaoniam distinguens à Cilicibus supra jacentibus, qui Trachiotæ ab asperitate regionis dicuntur. Lycaonum & Cappadocum est limes quod interjacet Coropassum Lycaoniæ pagum, & Gareathyra Cappadociæ oppidulum: horum castellorum intervallum est ad cxx stadia. Lycaoniæ etiam est Isaurica ad ipsum Taurum.

¶ Tum Isauria, quæ duos habet pagos cognomines: veterem nominant Euercem: his suberant etiam alii complures pagi, prædonum omnes domicilia. Exhibuerunt hi Romanis negocium, & P. Servilio, qui cognomen Isaurici inde retulit, à nobis visus. Is & Isauriam Romanis subegit, & plerasque piratarum munitiones excidit, quæ ad mare erant. In latere Isauriæ est Derbe, sedes Antipatri Derbæi, maximè adhærens Cappadociæ. Hujus fuerunt etiam Laranda. Mea ætate & Isaura & Derbam habuit Amyntas, cum Antipatrum illum Derbæum per insidias occidisset: idem Isaura quoque de Romanis accepit:

A Γαρσαβόρων πλησίον. ὅμως δὲ καίπερ ἄνυδρος οὖσα ἡ χώρα πρόβατα ἐκτρέφει θαυμαστῶς· τραχείας δὲ ἐρέας· καί τινες ἐξ αὐτῶν τούτων μέγιστον πλοῦτον ἐκτήσαντο. Ἀμύντας δ' ὑπὲρ τριακοσίας ἔσχε ποίμνας ἐν τοῖς τόποις τούτοις. Εἰσὶ δὲ καὶ λίμναι, Κώραλις μὲν ἡ μείζων, ἡ δ' ἐλάττων Τρωγίτις. [1] Ἐνταῦθα δέ που [2] καὶ τὸ Ἰκόνιον ἐστὶ, πολίχνιον εὖ συνῳκισμένον, καὶ χώραν εὐτυχεστέραν ἔχον τῆς λεχθείσης ὀναγροβότου· τοῦτο δ' εἶχε Πολέμων. Πλησιάζει δ' ἤδη τούτοις τοῖς τόποις ὁ Ταῦρος ὁ τὴν Καππαδοκίαν ὁρίζων, καὶ τὴν Λυκαονίαν, πρὸς τοὺς ὑπερκειμένους Κίλικας τοὺς τραχειώτας. Λυκαόνων τε καὶ Καππαδόκων ὅριον ἐστὶ τὸ μεταξὺ B Κοροπασσοῦ κώμης Λυκαόνων, καὶ Γαρεαθύρων πολιχνίου Καππαδόκων. Ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν φρουρίων τούτων· ἑκατὸν εἴκοσί που στάδιοι. Τῆς δὲ Λυκαονίας ἐστὶ καὶ ἡ Ἰσαυρικὴ πρὸς αὐτῷ τῷ Ταύρῳ. Εἶτα [3] Ἰσαυρία κώμας δύο ἔχουσα ὁμωνύμους· [4] τὴν μὲν * Παλαιὰν καλουμένην, Εὐερκῆ· ὑπήκοοι δ' ἦσαν ταύταις, καὶ ἄλλαι κῶμαι συχναί· [5] λῃστῶν δ' ἅπασαι κατοικίαι. Παρέσχον δὲ καὶ Ῥωμαίοις πράγματα, [6] καὶ τῷ Ἰσαυρικῷ προσαγορευθέντι Πουβλίῳ Σερβιλίῳ, ὃν ἡμεῖς εἴδομεν· ὃς καὶ ταῦτα ὑπέταξε Ῥωμαίοις, καὶ τὰ πολλὰ τῶν πειρατῶν ἐρύματα * ἐξείλε- p. 569.
C το, τὰ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ. [7] Τῆς δ' Ἰσαυρικῆς ἐστὶν ἐν πλευραῖς ἡ Δέρβη, μάλιστα τῇ Καππαδοκίᾳ ἐπιπεφυκὸς [8] τὸ τοῦ Ἀντιπάτρου τυραννεῖον τοῦ Δερβήτου· [9] τοῦ δ' ἦν καὶ τὰ Λάρανδα· ἐφ' ἡμῶν δὲ καὶ τὰ Ἴσαυρα, καὶ τὴν Δέρβην Ἀμύντας εἶχεν, ἐπιθέμενος τῷ Δερβήτῃ, καὶ ἀνελὼν αὐτόν· τὰ δ' Ἴσαυρα παρὰ τῶν Ῥωμαίων * ἑλών·

* Scripti, ἐξεῖλε.

* Scripti, λαβών.

1. Ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἰκόνιόν ἐστι) Iconium nobilitavit Pauli ἐπιδημία: vide Actorum cap. XIV. comm. 1. *Casaub.*

2. Καὶ τὸ Ἰκόνιον ἐστί) Ammian Marcellin. XIV. c. 2. vocat Iconium Pisidiæ oppidum, antea Lycaoniæ: nomen traxit ab imagine Medusæ quam ex columna ibi suspendit Perseus, uti auctor est Eustathius ad Dionys. Perieg. vers. 857 Τῶν Λυκαόνων ἐστὶ καὶ τὸ Εἰκόνιον τῇ εἰκόνι τῆς Γοργόνος παρανομαζόμενον, ἣν D αὐτόθι ἀναστηλῶσαι λέγεται Περσεύς. Stephan. de urbibus plane aliam, eamque prorsus fabulosam, tradit originem, nempe à nomine εἰκὼν id est *imago*, quam Jovis mandato fecerant Prometheus & Minerva, siccata Deucalionis tempore terra.

3. Ἰσαυρία κώμας δύο ἔχουσα ὁμωνύμους) Ptolemæus Isauricas urbes refert Savatra, Ausita, Isaura. Isaura autem & Ausira literarum transpositione tantum differunt. Plinius sic H. N. Lib. V. c. 27. *Ciliciæ Pamphyliam omnes junxere, neglecta gente Isaurica oppida ejus intus Clibanus, Isaura, Labassis.* Casaub.

4. Τὴν μὲν Παλαιὰν καλουμένην Εὐερκῆ) In puerili lapsu Xylander hæsit: qui non potuit distinguere utrum proprium esset nomen, Παλαιὰν an εὐερκῆ. Euercem ille indigitat: nos Palæam Strabonem secuti, qui sic alibi τὴν Παλαιὰν Ἰσαυρίαν commemorat. *Id.*

5. Λῃστῶν δ' ἅπασαι κατοικίαι) Amm. Marcellin. Lib. XIV. cap. 2. *Namque & Isauri, quibus usitatum est sæpe pacari, sæpe inopinis excursibus cuncta miscere, ex latrociniis occultis & raris, alente impunitate adulescentem in pejus audaciam, ad bella gravia proruperunt.* Latronum Isaurorum mentio fit in leg. 10. Codic. de Feriis.

6. Καὶ τῷ Ἰσαυρικῷ προσαγορευθέντι Πουβλίῳ Σερβιλίῳ) Is est ut puto quem ait Dio libro XXXV. mortuum esse ὑπέργηρων paullò post Julii Cæsaris necem: quanquam Dio Sulpitium Isauricum appellat. *Casaub.*

7. Τῆς δ' Ἰσαυρικῆς ἐστὶν ἐν πλευραῖς Δέρβη) Derbe urbs est Lycaoniæ. Lucas in Actis cap. XIV. com. 6. Κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν, καὶ Δέρβην καὶ τὴν περίχωρον. Stephano est φρούριον Ἰσαυρίας. Ptolemæo inter urbes στρατηγίας Ἀντιοχειανῆς Cappadociæ prima Derbe recensetur. *Idem.*

8. Τὸ τοῦ Ἀντιπάτρου τυραννεῖον τοῦ Δερβήτου) Hunc supra λῃστὴν appellavit, hîc tyrannum: ut mirer valdè optimum virum M. Tullium de hoc ita scribere ad Q. Philippum Proconsulem (ad Famil. XIII. ep. 73.) *Cum Antipatro Derbete*, inquit, *mihi non solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit.* Idem.

9. Τοῦ δ' ἦν καὶ τὰ Λάρανδα) Ptolemæus Laranda Derbæ statim subjicit. Stephanus πόλιν Λυκαονίας vocat Diodorus Siculus lib. XVIII. πόλιν Πισιδικὴν, ut & Isaura. *Idem.*

1. Τὸ

καὶ δὴ βασίλειον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν ἐνταῦθα, A
τὴν παλαιὰν Ἰσαυρίαν ἀνατρέψας. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χωρίῳ καινὸν τεῖχος οἰκοδομῶν, οὐκ ἔφθη συντελέσας, ἀλλὰ διέφθειραν αὐτὸν οἱ Κίλικες, ἐμβάλλοντα εἰς τοὺς Ὁμοναδεῖς, καὶ ἐξ ἐνέδρας ληφθέντα· τὴν γὰρ Ἀντιόχειαν ἔχων τὴν πρὸς τῇ Πισιδίᾳ, μέχρι Ἀπολλωνιάδος τῆς πρὸς Ἀπαμείᾳ τῇ Κιβωτῷ καὶ τῆς παρωρείου τινά, καὶ τὴν Λυκαονίαν, ἐπειρᾶτο τοὺς ἐκ τοῦ Ταύρου κατατρέχοντας Κίλικας καὶ Πισίδας τὴν χώραν ταύτην Φρυγῶν οὖσαν, καὶ Κιλίκων ἐξαιρεῖν· καὶ πολλὰ χωρία ἐξεῖλεν ἀπόρθητα πρότερον ὄντα, ὧν καὶ Κρήμνα. [1] Τὸ δὲ Σανδάλιον οὐδ' ἐνεχείρησε βίᾳ προσάγεσθαι, μεταξὺ κείμενον τῆς τε B
Κρήμνης, καὶ Σαγαλασσοῦ· [2] τὴν μὲν οὖν Κρήμναν ἄποικοι Ῥωμαίων ἔχουσιν. Σαγαλασσὸς δ' ἐστὶν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἡγεμόνι τῶν Ῥωμαίων, ὑφ' ᾧ καὶ ἡ Ἀμύντου βασιλεία πᾶσα· διέχει δ' Ἀπαμείας ἡμέρας ὁδόν· κατάβασιν ἔχουσα σχεδόν τι καὶ τριάκοντα σταδίων, ἀπὸ τοῦ ἐρύματος [3] καλοῦσι δ' αὐτὴν καὶ Σελγησσόν· ταύτην δὲ τὴν πόλιν καὶ Ἀλέξανδρος εἷλεν. Ὁ δ' οὖν Ἀμύντας, τὴν μὲν Κρήμναν εἷλεν· [4] εἰς δὲ τοὺς Ὁμοναδέας παρελθὼν οἳ ἐνομίζοντο ἀληπτότατοι, καὶ καταστὰς ἤδη κύριος τῶν πλείστων χωρίων, ἀνελὼν καὶ τὸν τύραννον αὐτόν, ἐξ ἀπάτης ἐλήφθη διὰ τῆς τοῦ τυράννου γυναικός. Καὶ τοῦτον μὲν C
ἐκεῖνοι διέφθειραν. [5] Ἐκείνους δὲ Κυρίνιος ἐξεπόρθησε λιμῷ, καὶ τετρακισχιλίους ἄνδρας ἐζώγρησε, καὶ συνῴκισεν εἰς τὰς ἐγγὺς πόλεις· τὴν δὲ χώραν ἀπέλιπεν ἔρημον τῶν ἐν ἀκμῇ. Ἔστι δὲ καὶ * ἐφ' ὑψηλοῖς τοῦ Ταύρου μέρεσι κρημνοῖς ἀποτόμοις σφόδρα, καὶ τὸ πλέον ἀβάτοις, ἐν μέσῳ κοῖλον, καὶ εὔγαιον πεδίον εἰς αὐλῶνας πλείους διῃρημένον· τοῦτο δὲ γεωργοῦντες, ᾤκουν ἐν ταῖς ὑπερκειμέναις ὀφρύσιν, ἢ σπηλαίοις· τὰ πολλὰ δ' ἔνοπλοι ἦσαν, καὶ κατέτρεχον τὴν ἀλλοτρίαν, ἔχοντες ὄρη τειχίζοντα τὴν χώραν αὐτῶν. Συναφεῖς δ' εἰσὶ τούτοις οἵ τε ἄλλοι Πισίδαι, καὶ D
οἱ Σελγεῖς, οἵπερ εἰσὶν ἀξιολογώτατοι τῶν Πισιδῶν· τὸ μὲν οὖν πλέον αὐτῶν μέρος, τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου κατέχει· τινὲς δὲ καὶ ὑπὲρ Σίδης,

* Scripti, ἐν ὑψηλοῖς.

quin & regiam sibi isthic condidit, antiqua Isauria eversa: cumque eodem in loco novum moliretur murum, ad finem opus non perduxit: sed eum Cilices per insidias interceptum occiderunt, cum in Homonadenses impressionem fecisset. Cùm enim Antiochiam Pisidiæ conterminam haberet, & usque ad Apolloniadem Apameæ Ciboto confinem, ac quædam ad montium latus pertinentia, nec non Lycaoniam: conatus est eos exscindere, qui è Tauro in istam regionem, quæ Phrygiæ erat ac Ciliciæ, excursiones factitabant. Itaque multa cœpit castella, nunquam ante expugnata: de quibus etiam Cremna fuit. Sandalium autem ne tentavit quidem vi, situm inter Cramnam & Sagalassum. Cremnam colonia Romanorum occupavit. ¶ Sagalassus sub eo Romanorum est præfecto, qui Amyntæ regnum gubernat universum: abest ab Apamea unius diei iter: ab arce in urbem descensus est ferè XXX stadiorum: vocatur etiam Selgessus: eam urbem Alexander quoque cepit. Cæterum Amyntas Cremna capta cum in Homonadenses expeditionem fecisset, qui maxime putabantur inexpugnabiles, & jam pleraque loca cepisset, ipsorum quoque tyrannum sustulisset, dolo uxoris captus periit. Ipsos autem Cyrinius fame expugnavit; ac quatuor millia virorum cepit vivos, inque vicinis collocavit urbibus, regione vacua hominum vigentis ævi relicta. Est etiam in summis partibus Tauri & præcipitiis ac fere inaccessis in medio cavitas, & campus bonæ glebæ, in convalles aliquot divisus: eum colentes habitabant in superne imminentibus superciliis ac spelunca: plerumque autem in armis degebant, & incursabant alienum solum, cum ipsorum montibus tanquam muris muniretur. Contigui his sunt cum reliqui Pisidæ: tum inter eos nobilissimi Selgenses. Major Pisidarum pars, extremitates Tauri montis tenet: quidam etiam supra Siden

1. Τὸ δὲ Σανδάλιον) Stephanus, Σανδάλιον Πισιδίας χωρίον. *Casaub.*

2. Τὴν μὲν οὖν Κρήμναν ἄποικοι Ῥωμαίων ἔχουσι) Ptolem. inter Pisidiæ urbes refert Cremnam coloniam: uno verbo id notans quod Strabo. *Idem.*

3. Καλοῦσι δ' αὐτὴν καὶ Σελγησσὸν) Stephanus, Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας. λέγεται καὶ Σαλγησσός. *Idem.*

4. Εἰς δὲ τοὺς Ὁμοναδέας παρελθὼν) Videntur Homonadenses minus fuisse veteribus cogniti, aut potius neglecti fuisse à priscis geographis. Sic enim Plinius H N. Lib. V. c. 27. *Simili modo omnibus, qui eadem composuere, ignorata est illi contermina gens Homonadum, quorum intus oppidum Homona. Cætera Castella XLIV. inter asperas convalles latens.* Idem.

5. Ἐκείνους δὲ Κυρίνιος ἐξεπόρθησε λιμῷ) Meminit hujus rei Cornel. Tacitus Annalium lib. III. cap. 48. de Sulpicio Quirinio loquens, *Nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuvium: sed impiger militiæ & acribus ministeriis consulatum sub Divo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium castellis insignia triumphi adeptus, datusque rector C. Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodo agentem coluerat.* Strabo χωρία vocat quæ Plinius & Tacitus Castella. *Idem.*

1. Τῶν

& Aspendum Pamphyliæ urbes incolunt terrestres colles, oleis omnes consitos. Supra hos omnia jam montosa Catennenses, finitimi Selgensibus & Homanadensibus. Sagalassenses autem introrsum ad Milyadem. Artemidorus Pisidiæ urbes numerat Selgam, Sagalassum, Petnelissum, Adadatem, Briadem, Cremnam, Pityassum, Ambladem, Anabura, Sinda, Aarassum, Tarbassum, Termessum. Horum alii planè sunt montani, alii utrinque usque ad radices montium pertinent, versus Pamphyliam & Milyadem, finitimi Phrygibus, Lydis, & Caribus: quæ gentes quanquam versus septentrionem habitant, omnes tamen sunt pacificæ. Pamphyli, qui valde sunt nationis Ciciliæ participes, non prorsus à prædationibus abstinent, neque patiuntur vicinos quietè vivere: quanquam radices Tauri austrinas accolant. Phrygibus accedunt & Cariæ Tiaba, Sinda, & Amblada: unde Ambladense vinum, curationibus medicis utile. Pisidæ montani ferè per tyrannorum dominia, ut & Cilices, divisi, ad latrocinia sunt condocefacti: & ajunt antiquitus iis permixtos Leleges homines errabundos, ob similitudinem morum una cum ipsis victitasse. Selge urbs, ab initio est condita à Lacedæmoniis, atque etiam antè à Calchante: deinde constitit ob bonam reipubl. formam, ita ut aliquando etiam xx virorum millia habuerit. Mirabilis est eorum locorum natura. Nam in summis Tauri montanis regio est multis hominum millibus alendis sufficiens, valde ferax frugum: ut & oleas multis in locis producat, & bonas vites, omnisque generis pecori pascendo sufficiat. Suprà in orbem sylvæ sunt omnigenæ materiæ. Plurimus apud eos Styrax nascitur, arbor non magna,

A καὶ Ἀσπένδου, Παμφυλικῶν πόλεων κατέχουσι γεώλοφα χωρία, ἐλαιόφυτα πάντα· τὰ δ' ὑπὲρ τούτων [πάντα] ὀρεινὰ ἤδη, Καταννεῖς, ὅμοροι Σελγεῦσι καὶ Ὁμαναδεῦσι. Σαγαλασσεῖς δ' ἐπὶ τὰ ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Μιλυάδι. Φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος [1] τῶν Πισιδικῶν πόλεις, εἶναι Σέλγην, Σαγαλασσὸν, [2] Πετνηλισσὸν, [3] Ἀδαδάτην, Βεμάδα, Κρήμναν, Πιτυασσὸν, [4] Ἀμβλάδα, Ἀνάβουρα, Σίνδα, Ἀαρασσὸν, Ταρβασσὸν, Τερμεσσόν· τούτων δ' οἱ μὲν, εἰσὶ τελείως ὀρεινοὶ, οἱ δὲ, καὶ μέχρι τῶν ὑπωρειῶν καθήκοντες ἐφ' ἑκάτερα, ἐπί τε τὴν Παμφυλίαν, καὶ τὴν Μιλυάδα καθήκοντες Φρυξὶ καὶ Λυδοῖς καὶ Καρσὶν ὅμοροι, B πᾶσιν εἰρηνικοῖς ἔθνεσι, καίπερ προσβόρροις οὖσιν. Οἱ δὲ Πάμφυλοι πολὺ τοῦ Κιλικίου φύλου μετέχοντες, οὐ τελέως ἀφεῖνται τῶν λῃστρικῶν ἔργων, οὐδὲ τοὺς ὁμόρους ἐῶσι καθ' ἡσυχίαν ζῆν, * καίπερ τὰ νότια μέρη τῆς * ὑπωρείας τοῦ Ταύρου κατέχοντες. Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι, καὶ τῇ Καρίᾳ, [5] Τιάβα, καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα, ὅθεν καὶ ὁ Ἀμβλαδεὺς οἶνος ἐκφέρεται, πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ἐπιτήδειος. Τῶν δ' οὖν ὀρεινῶν, ὡς εἰπεῖν Πισιδῶν, οἱ μὲν ἄλλοι κατὰ τυραννίδας μεμερισμένοι καθάπερ οἱ Κίλικες λῃστρικῶς ἤσκηνται· φασὶ δ' αὐτοῖς τῶν Λελέγων συγκαταμιχθῆναί C τινας τὸ παλαιὸν πλάνητας ἀνθρώπους, καὶ συμβῆναι διὰ τὴν ὁμοιοτροπίαν αὐτόθι. [6] Σέλγη δὲ καὶ ἐξαρχῆς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκτίσθη πόλις· καὶ ἔτι πρότερον ὑπὸ Κάλχαντος· ὕστερον δὲ καθ' αὑτὴν ἔμεινεν αὐξηθεῖσα ἐκ τοῦ πολιτεύεσθαι νομίμας, * ὡς ποτὲ καὶ δισμυρίανδρον εἶναι. Θαυμαστὴ δ' ἐστὶν ἡ φύσις τῶν τόπων. Ἐν γὰρ ταῖς ἀκρωρείαις τοῦ Ταύρου χώρα μυριάδας τρέφειν δυναμένη, σφόδρα εὔκαρπός ἐστιν, ὥστε καὶ ἐλαιόφυτα εἶναι πολλὰ χωρία, καὶ εὐάμπελα, νομάς τε ἀφθόνους ἀνεῖσθαι παντοδαποῖς βοσκήμασι· κύκλῳ δ' ὑπέρκεινται δρυμοὶ ποικίλης ὕλης· πλεῖστος δ' D ὁ στύραξ φύεται παρ' αὐτοῖς, [7] δένδρον οὐ μέγα

p. 570.

* Scripti καὶ πρὸς τὰ. * Sic legendum, cum manusſ. non ὑπερωρείας.

* Scripti; ὡς καὶ δισποτὲ εἶναι.

1. Τῶν Πισιδικῶν πόλεις εἶναι Σάλγην) Commemorat Ptolem. & Stephan. Σέλγη πόλις Πιζιδίας ἄποικος Λακεδαιμονίων. *Casaub.*

2. Πετνηλισσὸν) Hæc est illa urbs, quæ Ciceronis arma sensit, ab eo validè expugnata: quod multæ ejus epistolæ docent. Vocat autem Cicero ad Famil. XV. ep. 4. *Pindenissum.* & ita placuit eruditissimo Bosio rescribendum esse apud Strabonem, quod non possum summo viro concedere. Video enim Græcos omnes sic fere appellare ut Strab. [facit.] Ptolemæus quidem πέδνηλισσόν. Stephanus autem Πέδνιλισσόν. Polybius, quem per omnia sequitur noster Πεδνηλισσεῖς hujus loci incolas vocat. Quare in Strabone quoque sic omnino legendum, scribendumque per δ Πεδνηλισσός. *Idem.*

3. Ἀδαδάτην) Ptolemæus Adada vocat. *Idem.*

4. Ἀμβλάδα) Scribe Ἀμβλάδα, & verte Amblada, non Ambladem. Ἀμβλάδα rectè mox & apud Stephanum. *Idem.*

5. Τιάβα, καὶ Σίνδα) Lectio Straboni hoc modo restituenda est, apud quem male hodie Τιάβα καὶ Σίνδα, pro Τάβαι καὶ Ἴσινδα legendum. Holstein. in Stephan. p. 31.

5. Τιάβα καὶ Σίνδα) Scribendum est Τάβαι καὶ Ἴσινδα, hæc est certissima & indubitata lectio. Miror autem profectò Casaubonum hos errores non subolfecisse, nam pro Τιάβα reponendum esse Τάβαι, & pro Σίνδα Ἴσινδα suis locis demonstrabimus. Berkel. in Steph. p. 116. num 85.

6. Σέλγη δὲ) Selge multa mentio apud geographos & historicos. *Casaub.*

7. Δένδρον οὐ μέγα ὀρθηλόν) Lego δένδρον οὐ μέγα, ὄρθιον δὲ καὶ ὑψηλόν: nam vox ὀρθηλὸν mihi adhuc est incognita. De Styrace & ejus gummi vide Dioscoridem Lib. I. cap. 79. & Plin. H. N. XII. 17. *Idem.* Adde Joan. Rhodium ad Scribon. Largi Compos. 88.

ὀρθηλόν· ἀφ' οὗ καὶ τὰ στυράκινα ἀκοντίσματα ἐοικότα τοῖς κρανείνοις· ἐγγίνεται δ' ἐν τοῖς στελέχεσι ξυλοφάγου τι σκώληκος εἶδος, ὃ μέχρι τῆς ἐπιφανείας διαφαγὸν τὸ ξύλον, τὸ μὲν πρῶτον πιτύροις, ἢ πρίσμασιν ἐοικός τι ψῆγμα προχεῖ, καὶ σωρὸς συνίσταται πρὸς τῇ ῥίζῃ· μετὰ δὲ ταῦτα ἀπολείβεταί τις ὑγρασία δεχομένη πῆξιν ῥαδίαν [1] παραπλησίαν τῇ κόμμῃ· ταύτης δὲ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ ψῆγμα πρὸς τῇ ῥίζῃ καταμιχθὲν, ἀναμίγνυται τούτῳ τε καὶ τῇ γῇ, πλὴν ὅσον [3] τὸ μὲν ἐπιπολὺ συστὰν διαμένει

p. 571. καθαρόν· τὸ δ' ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ στελέχους καθ' ἣν * ῥεῖ, πήγνυται, καὶ τοῦτο καθαρόν· ποιοῦσι δὲ καὶ ἐκ τοῦ μὴ καθαροῦ μίγμα ξυλομιγές τι καὶ γεωμιγές, εὐωδέστερον τοῦ καθαροῦ, τῇ δ' ἄλλῃ δυνάμει λειπόμενον· λανθάνει δὲ τοὺς πολλούς, ᾧ πλείστῳ χρῶνται θυμιάματι οἱ δεισιδαίμονες. Ἐπαινεῖται καὶ ἡ Σελγικὴ ἶρις, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς ἄλειμμα· ἔχει δ' ὀλίγας προσβάσεις περὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν [4] τὴν Σελγαίων ὀρεινὴν, κρημνῶν καὶ χαράδρων οὖσαν πλήρη, ἃς ποιοῦσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ, καὶ ὁ Εὐρυμέδων, καὶ ὁ Κέστρος ἀπὸ τῶν Σελγικῶν ὀρῶν εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκπίπτοντες θάλατταν· γέφυραι δ' ἐπίκεινται ταῖς ὁδοῖς. [6] Διὰ τὴν ἐρυμνότητα, οὔτε πρότερον, οὔθ' ὕστερον, οὐδ' ἅπαξ οἱ Σελγεῖς ὑπ' ἄλλοις ἐγένοντο· ἀλλὰ τὴν μὲν ἄλλην χώραν ἀδεῶς ἐκαρποῦντο, ὑπὲρ δὲ τῆς κάτω τῆς τε ἐν τῇ Παμφυλίᾳ καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ Ταύρου διεμάχοντο πρὸς τοὺς βασιλέας ἀεί· πρὸς δὲ τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τακτοῖς τισι κατεῖχον τὴν χώραν· πρὸς Ἀλέξανδρον δὲ πρεσβευσάμενοι δέξασθαι τὰ προστάγματα εἶπον κατὰ φιλίαν· νῦν δὲ ὑπήκοοι τελέως γεγόνασι καὶ εἰσὶν ἐν τῇ ὑπὸ Ἀμύντᾳ τεταγμένῃ πρότερον.

* Scripti, ῥεῖ πήγνυται.

Τοῖς Βιθυνοῖς ὁμοροῦσι πρὸς νότον, ὡς ἔφην, οἱ περὶ τὸν Ὄλυμπον τὸν Μύσιον προσαγορευόμενοι Μυσοί τε καὶ Φρύγες· ἑκάτερον δὲ τὸ ἔθνος διττόν ἐστι. Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν, καλεῖται μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε, καὶ ἧς μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον· ἡ δὲ μικρά, ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἡ περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπίκτητος λεγομένη.

A sed recta: unde & styracina fiunt jacula, corni hastilibus simillima. In harum truncis arborum nascitur genus quoddam vermis ligna comedentis. Is vermis cùm ad superficiem usque exedit lignum, initio furfuribus aut serramentis simile quoddam ramentum effundit, cujus acervus ad radicem coit: posteà liquor quidam destillatur, qui in modum gummis facile concrescit: hujus liquoris partes; quæ in scrobem radici adsitam [2] deferuntur, cum hac & cum ipsa terra permiscentur: nisi si quid majorem in modum concrevit, itaque purum permanet: B quod autem in superficie trunci hæret per quem defluit, id concretum purumque existit: faciunt etiam è non puro quidpiam ligno admixtum & terræ, odoratius puro, sed vi inferius, quod tamen fallat plerosque vulgo: Eo ad suffitum utuntur superstitiosi plurimo. Laudatur etiam Selgica iris, & unguentum ex ea. Habet & adscensus paucos quosdam circa urbem & Selgææ regionis montana: quæ regio plena est præcipitiorum & angustarum vallium; eas efficiunt cum alii amnes, tum Eurymedon & Cestrus à Selgicis montibus in Pam- C phylium prolabentes mare. Itinera quà sunt, ibi pontibus junguntur alvei [5] propter arduitatem locorum. Selgenses neque ante, neque post sub aliis fuerunt, sed cum suæ ditionis fructus securè perceperunt: tum de inferiore quæ & in Pamphylia est & intra Taurum perpetua contra reges sustinuerunt certamina: cum Romanis verò pactis quibusdam conditionibus, eam obtinuerunt: missis quoque legatis ad Alexandrum, imperata se ut amicos facere significaverunt: nunc prorsus subditi sunt Romanis, censenturque in provincia, quæ Amyntæ paruit.

D Bithynis autem versus meridiem (ut docui) contermini sunt, qui circa Mysium Olympum incolunt cognomine Mysi & Phryges. Harum gentium utraque duplex est. Nam Phrygia alia vocatur magna, cujus rex fuit Midas, & cujus partem Galatæ occupaverunt: alia parva, quæ Hellesponto imminens, circa Olympum est, & Epictetus dicitur.

1. Παραπλησίαν τῇ κόμμῃ) Malim τῷ κόμμι. Nam κόμμι dicunt non κομμήν. *Casaub.*

2. *Defertur.*) Legi enim κατενεχθὲν pro καταμιχθέν. cogitavi etiam pro ἐπιπολὺ legendum ἐπὶ τῆς ἐπιπολῆς. sed consului citra mutationem loco. *Xyl.*

3. Τὸ μὲν ἐπιπολὺ συστὰν) Lege cum veteribus libris, ἐν ἐπιπολῇ συστάν. *Casaub.*

4. Τὴν Σελγαίων) Scribe Σελγέων. Σελγεῖς enim dicuntur, non Σελγαῖοι. *Idem.*

5. *Propter arduitatem.*) Locus est lacer. & non liquet ad Selgensesne --- hoc, an ad pontes pertineat. *Xyland.*

6. Διὰ τὴν ἐρυμνότητα) Lego Διὰ δὲ τὴν ἐρυμνότητα. *Casaub.*

1. Ἥτε

Itidemque Mysia alia est Olympica, Bithyniæ contigua & Phrygiæ Epicteto: quam Artemidorus ait coloniam esse Mysorum trans Istrum habitantium: alia est circa flumen Caicum, & Pergamenem, usque ad Teuthraniam & Caici ostia. Hæc verò invicem ita permutata sunt (quod & aliâs indicavimus) ut regionem quoque circa Sipylum veteres Phrygiam dixerint: incertum, majoris ne partem, an minoris: unde etiam Tantalum Phrygem appellarunt, & Pelopem, & Nioben. Utro res habeat modo, perspicua est mutatio. Pergamena enim & Elaitis, per quam Caicus elabitur, & his interjacens Teuthrania, ubi Teuthras ille fuit, & Telephi enutritio: medio sunt loco inter Hellespontum & Sipylum ac ei substratam Magnesiam. Itaque sicut ostendimus, difficile est distinguere.

Fines seorsim Mysorum, & fines Phrygum.

Lydi quoque & Mæones, quos Meonas Homerus dixit, cum his atque inter se confunduntur, aliis eosdem, aliis diversos dicentibus. Præterea Mysos alii Thraces, alii Lydos faciunt. Atque hi quidem causam ex antiquitate repetunt, quam litteris mandarunt Xanthus Lydus, & Menecrates Elaita: qui & rationem nominis Mysorum reddunt, quòd Lydorum lingua arbor oxya mysus vocatur, quæ juxta Olympum copiosa nascitur, ubi expositos ajunt fuisse decimatos, quorum progenies sint Mysi, sic à myso arbore dicti. Astipulari etiam linguam ajunt, mixtam è Phrygia & Lydia. Ac Mysos aliquamdiu circa Olympum habitavisse, cùm autem Phryges è Thracia trajecissent, ceperunt Trojæ & viciniæ principem. eos quidem heic censedisse: Mysos autem ad fontes Caici prope Lydiam. Patrocinatur his fabulis cum confusio istarum gentium, tum terræ, quæ intra Halyn est, felicitas, maxime oræ maritimæ. quæ in causa fuit, ut regio subinde ac undiquaque à transmarinis invaderetur; aut etiam vicini mutuo se impeterent. Maximè quidem tempore belli Trojani: & postea incursiones istæ atque migrationes sunt factæ: cùm simul & barbari & Græci ad occupandum alienam tellurem se darent; sed tamen etiam ante Trojanum bellum talia acciderunt. Nam & Pelasgorum

A Μυσία τε ὁμοίως, ¹ ἥτε Ὀλυμπινὴ συνεχὴς οὖσα τῇ Βιθυνίᾳ, καὶ τῇ Ἐπικτήτῳ, ἣν φησιν Ἀρτεμίδωρος ἀπὸ τῶν πέραν Ἴστρου Μυσῶν ἀπῳκίσθαι· καὶ ἡ περὶ τὸν Κάϊκον, καὶ τὴν Περγαμηνὴν μέχρι Τευθρανίας, καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ. Οὕτω δ' ἐνήλλακται ταῦτα * ἐν ἄλλοις, ὡς πολλάκις λέγομεν, ὥστε καὶ τὴν περὶ * τὸ Σίπυλον, Φρυγίαν οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν, ἄδηλον εἴτε τῆς μεγάλης, εἴτε τῆς μικρᾶς μέρος ὄντων· ἡ καὶ τὸν Τάνταλον Φρύγα καὶ τὸν Πέλοπα, καὶ τὴν Νιόβην· ὁποτέρως δ' ἂν ἔχοι, ἥγε ἐπάλλαξις φανερά. Ἡ γὰρ Περγαμηνὴ καὶ ἡ Ἐλαΐτις καθ' ἣν ὁ Κάϊκος ἐκπίπτει, B καὶ ἡ μεταξὺ τούτων Τευθρανία, ἐν ᾗ Τεύθρας καὶ ἡ τοῦ Τηλέφου ἐκτροφὴ, ἀναμέσον ἐστὶ τοῦ τε Ἑλλησπόντου, καὶ τῆς περὶ Σίπυλον, καὶ Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ χώραν· ὥσθ' ὅπερ ἔφην ἔργον διορίσαι,

Χωρὶς δὲ Μυσῶν, καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.

Καὶ οἱ Λυδοὶ καὶ οἱ Μαίονες, οὓς Ὅμηρος καλεῖ Μῄονας ἐν συγχύσει πως εἰσὶ, καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς ἀλλήλους. ὅτι οἱ μὲν, τοὺς αὐτοὺς, οἱ δ' ἑτέρους φασί· πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοὺς Μυσοὺς, οἱ μὲν Θρᾷκας, οἱ δὲ Λυδοὺς εἰρήκασι, κατ' αἰτίαν παλαιὰν ἱστοροῦντες, ἣν Ξάνθος C ὁ Λυδὸς γράφει καὶ Μενεκράτης ὁ Ἐλαΐτης· ἐτυμολογοῦντες, καὶ τὸ ὄνομα τὸ τῶν Μυσῶν· ὅτι τὴν ὀξύην οὕτως ὀνομάζουσιν οἱ Λυδοί· πολλὴ δ' ἡ ὀξύη κατὰ τὸν Ὄλυμπον, ὅπου ἐκτεθῆναί φασι τοὺς δεκατευθέντας· ἐκείνων δ' ἀπογόνους εἶναι τοὺς ὕστερον Μυσοὺς, ἀπὸ τῆς ὀξύης οὕτω προσαγορευθέντας· μαρτυρεῖν δὲ καὶ τὴν διάλεκτον· μιξολύδιον γάρ πως εἶναι, καὶ μιξοφρύγιον. Τέως μὲν γὰρ οἰκεῖν αὐτοὺς περὶ τὸν Ὄλυμπον. τῶν δὲ Φρυγῶν ἐκ τῆς Θρᾴκης περαιωθέντων, ἑλόντων τόν τε τῆς Τροίας ἄρχοντα, καὶ τῆς πλησίον γῆς· ἐκείνους μὲν ἐνταῦθα οἰκῆσαι· τοὺς δὲ Μυσοὺς * περὶ τὰς τοῦ Καΐκου πηγὰς πλησίον Λυδῶν. Συνεργεῖ δὲ D πρὸς τὰς τοιαύτας μυθοποιΐας, ἥτε σύγχυσις τῶν ἐνταῦθα ἐθνῶν, καὶ ἡ εὐδαιμονία τῆς χώρας τῆς ἐντὸς Ἅλυος· μάλιστα δὲ τῆς παραλίας δι' ἣν ἐπιθέσεις ἐγίνοντο αὐτῇ πολλαχόθεν καὶ διὰ παντὸς ἐκ τῆς περαίας, ἢ καὶ ἐπ' ἀλλήλους ἰόντων τῶν ἐγγύς. Μάλιστα μὲν οὖν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ, καὶ μετὰ ταῦτα γενέσθαι τὰς ἐφόδους καὶ τὰς μεταναστάσεις συνέβη, τῶν τε βαρβάρων ἅμα, καὶ τῶν Ἑλλήνων ὁρμῇ τινι χρησαμένων ² πρὸς τὴν τῆς ἀλλοτρίας κατάστασιν· ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἦν ταῦτα. Τό, τε γὰρ Πελασγῶν

* Scripti, ἐν ἀλλήλοις.
* Scripti, τὴν Σιπ.
p. 572. Iliad. β. 864.
* Scripti, ὑπὲρ τάς.

1. Ἥτε Ὀλυμπινὴ) Scribe, Ὀλυμπηνὴ ut supra Ὀλυμπηνοὺς rectè scribitur. *Casaub.*

2. Πρὸς τὴν τῆς ἀλλοτρίας κατάστασιν) Legendum κατάκτησιν omnino, ut libri veteres habent. *Idem.*

D gantur, nolui mutare. Idem Euſtath. Lyciæ montem non Dædala, ſed Dædalum maſculino genere vocat, in Iliad. dictum verſum. *Xyland.*

6. *Εἶθ' ὁ ξάνθος ποταμὸς ὃν Σίρβην ἐκάλουν οἱ πρότερον*) Græci ξάνθον reddiderunt, quia זרבי *Zirba* flavum ſeu rubentem ſonat apud Arabes. Bochart. in Canaan. p. 363.

7. *Ὃν Σίρβην ἐκάλουν. Sirbes dictus.*) Idem Euſtathius ad Iliad. μ. legiſſe videtur Σίρμιν. *Palmer.*

8. *Ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς*) Supple σκάφεσι, ut alibi loquitur. *Caſaub.*

9. *Καὶ ἱερὰ πολλὰ, κτίσμα Πατάρου*) Mirum Strabonem tam celebris oraculi Apollinis, ut cum Deliaco etiam & Delphico conferatur, in Patara iſta non meminiſſe; ſed non vana nobis ſuſpicio incidit, verba tam accurati ſcriptoris vim paſſa eſſe, ſcripſerat enim Strabo: λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. vide plura apud Barth. ad Stat. Theb. I. ℣. 696. p. 229.

10. *Κτίσμα Πατάρου*) De hoc, & omnino de Patarorum appellatione plura qui cupit legat Euſtathium ad hæc verba Dionyſii ℣. 129. Παταρῆΐδα τηλόθεν ἄκρην. & Stephanum, unde ille habet, aut erit ἀκόρεστος planè, aut reperiet ἄχρι κόρου. *Caſaub.*

A Μεταξὺ δ' ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ νησία πολλὰ, καὶ λιμένες· [1] ὧν καὶ Μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κισθήνη. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ * Φέλλος, καὶ Ἀντίφελλος καὶ ἡ Χίμαιρα ἧς ἐμνήσθημεν ἐπάνω. Εἶθ' Ἱερὰ ἄκρα, καὶ αἱ Χελιδόνιαι τρεῖς νῆσοι τραχεῖαι πάρισοι τὸ μέγεθος, ὅσον πέντε σταδίοις ἀλλήλων διέχουσαι· τῆς δὲ γῆς ἀφεστᾶσιν ἑξαστάδιον· μία δ' αὐτῶν καὶ πρόσορμον ἔχει. Ἐντεῦθεν νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν τὸν Ταῦρον, διά τε τὴν ἄκραν ὑψηλὴν οὖσαν, καὶ καθήκουσαν ἀπὸ τῶν Πισιδικῶν ὀρῶν τῶν ὑπερκειμένων τῆς Παμφυλίας, καὶ διὰ τὰς προκειμένας νήσους ἐχούσας ἐπιφανές τι σημεῖον ἐν τῇ θαλάττῃ κρασπέδου δίκην. B Τὸ δ' ἀληθὲς ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἐπὶ τὰ πρὸς Πισιδίαν μέρη συνεχής ἐστιν ἡ ὀρεινή· καλεῖται δὲ καὶ αὕτη Ταῦρος· δοκοῦσι δὲ καὶ αἱ Χελιδόνιαι κατὰ Κάνωβόν πως πίπτειν· τὸ δὲ δίαρμα λέγεται τετρακισχιλίων σταδίων. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας ἐπὶ τὴν Ὀλβίαν, λείπονται στάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα ἑπτά· ἐν τούτοις δ' ἐστὶν ἥ τε Κράμβουσα καὶ ὁ Ὄλυμπος, πόλις μεγάλη, καὶ ὄρος ὁμώνυμον, ὃ καὶ Φοινικοῦς καλεῖται· εἶτα Κώρυκος αἰγιαλός. Εἶτα Φασηλὶς τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος καὶ λίμνη. Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος, καὶ Τερμησσὸς Πισιδικὴ πόλις, ἐπικειμένη τοῖς στενοῖς, δι' ὧν ὑπέρβασίς ἐστιν εἰς τὴν Μιλυάδα. C Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος δὲ διὰ τοῦτο ἐξεῖλεν αὐτὴν, ἀνοῖξαι βουλόμενος τὰ στενά. Περὶ Φασηλίδα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ θάλατταν στενὰ, δι' ὧν Ἀλέξανδρος παρήγαγε τὴν στρατιάν· ἔστι δ' ὄρος Κλῖμαξ καλούμενον· ἐπίκειται δὲ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει, στενὴν ἀπολείπων πάροδον ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ, ταῖς μὲν νηνεμίαις γυμνουμένην, ὥστε εἶναι βάσιμον τοῖς ὁδεύουσι· πλημμύροντος δὲ τοῦ πελάγους, ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτομένην ἐπιπολύ· ἡ μὲν οὖν διὰ τοῦ ὄρους ὑπέρβασις, περίοδον ἔχει καὶ προσάντης ἐστί, τῷ δ' αἰγιαλῷ χρῶνται κατὰ τὰς εὐδίας. D Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἰς χειμέριον ἐμπεσὼν καιρὸν, καὶ τὸ πλέον ἐπιτρέπων τῇ τύχῃ, πρὶν ἀνεῖναι τὸ κῦμα ὥρμησε, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν ὕδασι γενέσθαι τὴν πορείαν συνέβη, μέχρι ὀμφαλοῦ βαπτιζομένων.

* Manuſſ. χωρία Φελλοί.

p. 667.

Interjacent in hac circumnavigatione multi portus, multæ parvæ inſulæ: quarum maxima inſula Ciſthene, cum ejuſdem nominis urbe. In mediterraneis ſunt Phellos & Antiphellos, & ſupra commemorata Chimæra. Deinde Sacrum promontorium, & Chelidoniæ tres inſulæ aſperæ, magnitudine ferè æquales, inter ſe quinque, à continente ſex ſtadia diſſitæ: una eorum etiam ſtationem navium appulſui commodam habet. Hinc plerique putant Taurum incipere, quia & ſublimis eſt promontorii vertex, & producitur à Piſidicis montibus ſupra Pamphyliam ſitis: & inſulæ ante id ſitæ in mari manifeſtum quoddam habent veſtigium, fimbræ in modum. Sed re vera continui ſunt montes è continente Rhodo objecta uſque ad Piſidiam, qui & ipſi gerunt Tauri nomen. Videntur Chelidoniæ Canopo opponi: trajectu quater mille ſtadiorum. Cæterùm à Sacro promontorio ad Olbiam ſtadia reſtant CCCLXVII. Interjacent Crambuſa & Olympus urbs magna cum ejuſdem nominis monte, qui etiam Phœnicûs dicitur. Sequitur Corycus litus. ¶ Ac deinde Phaſelis tres habens portus, urbs memorabilis, & lacus. Supra hanc Solyma ſunt mons, & Termeſſus Piſidica urbs, anguſtiis montium imminens per quas in Milyadem tranſitur: atque Alexander etiam propterea eam diruit, ut fauces iſtas aperiret. Apud Phaſelidem ſunt ad mare anguſtiæ, per quas exercitum traduxit Alexander. Eſt enim ibi mons Climax, Pamphylio incumbens mari, & propter litus arctum relinquens tranſitum: qui tranquillo mari nudatur, & à viatoribus perambulari poteſt: mari exundante, fluctibus admodum obtegitur. Alexander autem hybernam incidit in tempeſtatem, cumque fortunæ maximam eventus partem crederet, antequam defluerent undæ profectus eſt: itaque contigit, ut totum diem milites per aquam iter facerent, uſque ad umbilicum in eam demerſi.

1. Ὧν καὶ μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κισθήνη. *Quarum maxima inſula Ciſthene.*) Videtur jure ſollicitare hunc locum Salmaſius ad Solinum. Nam ſi πόλις eſt ὁμώνυμος inſulæ, nomen autem inſulæ fuerit Μεγίστη, quomodo poteſt eſſe nomen urbis Κισθήνη? reponit igitur καὶ μηκίστη, vel καὶ Δολιχίστη, quod maxime probo. Sed non eget noſtra approbatione tanti viri auctoritas. *Palmer.*

Ὧν καὶ μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κισθήνη) Hæc corruptiſſima ſunt; Omnino lego: ὧν καὶ Μεγίστη νῆσος, καὶ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Μηκίστη. De *Megiſte* inſula nullum eſt dubium, quin intellexerit ibi Strabo, non de inſula *Ciſthene* inſularum Lyciæ maxima, ut vulgo vertunt. Stephanus: Μεγίστη πόλις, καὶ νῆσος τῆς Λυκίας, ὡς Πολυΐστωρ ἀπὸ Μεγίστεως τινος. τὸ ἐθνικὸν Μεγιστεύς. Sed verius Μεγίστην dictam à magnitudine. Pro ἡ Κισθήνη apud Strabonem puto etiam emendandum, καὶ ἡ Μηκίστη, ut eam inſulam intelligat, quæ aliis Δολιχίστη, à longitudine ſic dicta, nam δολιχὸς longum ſignificat. Salmaſ. Exercitat. Plinianar. Ed. Ult. p. 552.

Urbs ista Lyciæ est, in confinio Pamphyliæ sita: sed per se constat, neque communitatis Lyciorum est particeps. Enimverò Homerus Solymos à Lyciis diversos facit: quando à Lyciorum rege Bellerophontes ad secundum hoc missus certamen,

Adversus Solymos claros tulit arma secundò.

Qui autem Lycios quondam Solymos dictos asserunt, deinde Termilas ab iis, qui cum Sarpedone è Creta venerunt: postea Lycios à Lyco Pandionis F. quem extorrem domo Sarpedon in regni partem recepisset: non consentanea Homericis tradunt. Meliùs, qui ab Homero Solymos dictos ajunt, qui nunc Milyæ appellantur, de quibus suprà actum est. ¶ Post Phaselidem Olbia est Pamphiliæ initium, magna munitio: inde fluvius Catarractes, sic dictus, quia copiosus de excelso saxo se proruit torrentis in morem, ejusque decidentis fragor longè auditur. Sequitur Attalea urbs, nomen habens ab Attalo Philadelpho conditore, qui & in Corycum oppidulum aliam coloniam deduxit, exiguumque ambitum adjecit. Ajunt inter Phaselidem & Attaleam monstrari Thebam & Lyrnessum: cùm è Thebano campo Troicorum Cilicum ejectorum pars in Pamphyliam venisset: auctor Callisthenes. Deinceps sunt Cestrus fluvius, quo adverso si ad LX stadia quis subvehatur, ad Pergam venit urbem: ponè quam in sublimi loco templum est Dianæ Pergææ, ad quod singulis annis sacer est conventus: inde versus mare ad XL stadia est urbs celsa & Pergæ conspicua, ac lacus justæ magnitudinis Capria. Post fluvius Eurymedon, quo adverso ad LX stadia subvehuntur Aspendum, urbem satis populosam, ab Argivis conditam: supra hanc est Petnelissus: tum alius fluvius, & ante eum multæ parvulæ insulæ. Tum Side, Cumæorum colonia, ubi Minervæ est ædes. Prope est etiam Cibyratarum minorum ora maritima:

A [1] Ἔστι μὲν οὖν καὶ αὕτη ἡ πόλις Λυκιακὴ, ἐπὶ τῶν ὅρων ἱδρυμένη τῶν πρὸς Παμφυλίαν· τοῦ δὲ κοινοῦ τῶν Λυκίων οὐ μετέχει, καθ' αὑτὴν δὲ συνέστηκεν. Ὁ μὲν οὖν ποιητὴς ἑτέρους τῶν Λυκίων ποιεῖ τοὺς Σολύμους· ὑπὸ γὰρ τοῦ τῶν Λυκίων βασιλέως πεμφθεὶς ὁ Βελλεροφόντης ἐπὶ δεύτερον τοῦτον ἆθλον,

-- Σολύμοισι μαχέσατο κυδαλίμοισιν. Iliad. ζ. 184.

Οἱ δὲ τοὺς Λυκίους πρότερον Σολύμους καλεῖσθαι φάσκοντες, ὕστερον δὲ Τερμίλας, ἀπὸ τῶν ἐκ Κρήτης συγκατελθόντων τῷ Σαρπηδόνι φασί· μετὰ δὲ ταῦτα Λυκίους ἀπὸ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ὃν ἐκπεσόντα τῆς οἰκίας ἐδέξατο Σαρπηδὼν * ἐπὶ B μέρει τῆς ἀρχῆς, οὐχ ὁμολογούμενα λέγουσιν Ὁμήρῳ· βελτίους δ' οἱ φάσκοντες λέγεσθαι Σολύμους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, τοὺς νῦν Μιλύας προσαγορευομένους, περὶ ὧν εἰρήκαμεν. [2] Μετὰ Φασηλίδα δ' ἐστὶν ἡ Ὀλβία τῆς Παμφυλίας ἀρχὴ, μέγα ἔρυμα, καὶ μετὰ ταύτην [3] ὁ Καταρράκτης λεγόμενος ἀφ' ὑψηλῆς πέτρας καταρράττων ποταμὸς πολὺς, καὶ χειμαρρώδης, ὥστε πόρρωθεν ἀκούεσθαι τὸν ψόφον. [4] Εἶτα πόλις Ἀτταλία, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, [5] καὶ οἰκήσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν ὅμορον, καὶ μικρὸν περίβολον περιθέντος. Φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασήλιδος, καὶ Ἀττα- C λίας δείκνυσθαι Θήβην τε [6] καὶ Λυρνησσὸν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωϊκῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους ὡς εἴρηκε Καλλισθένης. Εἶθ' ὁ Κέστρος ποταμὸς, ὃν ἀναπλεύσαντι σταδίους ἑξήκοντα, Πέργη πόλις· καὶ πλησίον ἐπὶ μετεώρου τόπου, τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. Εἶτ' * ἐπὶ τῆς θαλάττης ὅσον τετταράκοντα σταδίοις, πόλις ἐστὶν ὑψηλὴ, ὡς τοῖς ἐκ Πέργης ἐπόπτος· εἶτα λίμνη εὐμεγέθης Καπρία· καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ποταμὸς, ὃν ἀναπλεύσαντι ἑξήκοντα σταδίους Ἄσπενδος πόλις εὐανδροῦσα ἱκανῶς, Ἀργείων κτίσμα· ὑπέρκειται D δὲ ταύτης Πετνηλισσός· εἶτ' ἄλλος ποταμὸς, καὶ νησία προκείμενα πολλά· εἶτα Σίδη, Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. Πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Κιβυρατῶν παραλία τῶν μικρῶν·

* Manuss. ἐπὶ μέρος.

* Scripti, ὑπὲρ τῆς θαλ.

1. Ἐστὶ μὲν οὖν καὶ αὕτη ἡ πόλις Λυκιακὴ) Sic Ptolem. Phaselidem Lyciæ ascribit, Plinius Pamphyliæ, ut & Dionysius poëta. ℣. 155. *Casaub.*

2. Μετὰ Φασηλίδα δ' ἐστὶν ἡ Ὀλβία τῆς Παμφυλίας ἀρχὴ) Plinius, qui Pamphyliæ attribuit Phaselidem, non facit ejus ἀρχὴν Olbiam, sed Phaselidem utramque conjunctim referens. *Idem.*

3. Ὁ Καταρράκτης λεγόμενος) Meminit Plin. Ptolem. oram Pamphyliæ sic describit, *Post Phaselidem Lyciæ urbem sequuntur in ora Pamphyliæ, Olbia, Attalia, Catarracta fl. ostia Matylos, Cestri fl. ostia, Eurymedontis fl. ostia. Side.* Idem.

4. Εἶτα πόλις Ἀτταλία) Scribe Ἀττάλεια. *Idem.*

5. Καὶ οἰκήσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν ὅμορον) Verba Strabonis sic sunt legenda, καὶ οἰκίσαντος, malè igitur οἰκήσαντος, & malè hujus loci sententiam reddunt. Dicit Attaliam condidisse Attalum, & vicinum vicum, κατοικίαν ὅμορον, in parvum oppidulum exstruxisse circumdatis mœnibus, & Corycum vocasse. Salmas. Exercitat. Plin. Ed. Ultr. pag. 545.

6. Καὶ Λυρνησσὸν) Meminit Plinius. & Dionys. Afer. ℣. 875. *Casaub.*

A εἶθ' ὁ Μέλας ποταμὸς, καὶ ὕφορμος· εἶτα Πτολεμαῒς πόλις· καὶ μετὰ τοῦθ' οἱ ὅροι τῆς Παμφυλίας· [1] καὶ τὸ Κορακήσιον, ἀρχὴ τῆς τραχείας Κιλικίας. Ὁ δὲ παράπλους ἅπας ὁ Παμφύλιος, στάδιοί εἰσιν ἑξακόσιοι τεσσαράκοντα. p. 668. [3] Φησὶ δὲ Ἡρόδοτος, * τοὺς Παμφύλους τῶν μετὰ Ἀμφιλόχου καὶ Κάλχαντος εἶναι λαῶν, μιγάδων τινῶν ἐκ Τροίας συνακολουθησάντων· τοὺς μὲν δὴ πολλοὺς ἐνθάδε καταμεῖναι, τινὰς δὲ σκεδασθῆναι πολλαχοῦ τῆς γῆς. Καλλῖνος δὲ τὸν μὲν Κάλχαντα ἐν Κλάρῳ τελευτῆσαι τὸν βίον φησί· [4] τοὺς δὲ λαοὺς μετὰ Μόψου τὸν Ταῦρον ὑπερθέντας, [τοὺς μὲν ἐν Παμφυλίᾳ μεῖναι] τοὺς δ' ἐν Κιλικίᾳ μερισθῆναι, καὶ Συρίᾳ, μέχρι B καὶ Φοινίκης.

* Sic legend. Vulgò τοὺς τῶν μ.

Τῆς δὲ Κιλικίας τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου, ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιάς· τραχεῖα μὲν, ἧς ἡ παραλία στενή ἐστι, καὶ οὐδὲν ἢ σπανίως ἔχει τι χωρίον ἐπίπεδον· καὶ ἔτι ἧς ὑπέρκειται ὁ Ταῦρος οἰκούμενος * κακῶς μέχρι καὶ τῶν προσβόρρων * πλευρῶν τῶν περὶ Ἴσαυρα, καὶ τοὺς Ὁμοναδέας μέχρι τῆς Πισιδίας· καλεῖται δ' ἡ αὐτὴ Τραχειῶτις, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Τραχειῶται. Πεδιὰς δὲ ἡ ἀπὸ Σόλων, καὶ Ταρσοῦ· μέχρι Ἰσσοῦ, καὶ ἔτι ὧν * ὑπέρκειται κατὰ * τὸ πρόσβορρον τοῦ Ταύρου πλευρὸν Καππαδόκας· αὕτη ἡ γὰρ χώρα τὸ C πλέον πεδίων εὐπορεῖ, καὶ χώρας ἀγαθῆς. Ἐπεὶ δὲ τούτων τὰ μέν ἐστιν ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὰ δ' ἐκτός· περὶ μὲν τῶν ἐντὸς εἴρηται· περὶ δὲ τῶν ἐκτὸς λέγωμεν, ἀπὸ τῶν * Τραχειωτῶν ἀρξάμενοι. Πρῶτον τοίνυν ἐστὶ τῶν Κιλίκων φρούριον τὸ Κορακήσιον, ἱδρυμένον ἐπὶ πέτρας ἀπορρῶγος, ᾧ ἐχρήσατο Διόδοτος ὁ Τρύφων προσαγορευθεὶς, ὁρμητηρίῳ, καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησε τὴν Συρίαν τῶν βασιλέων καὶ διεπολέμει πρὸς ἐκείνους, τοτὲ μὲν κατορθῶν, τοτὲ δὲ πταίων· τοῦτον μὲν οὖν Ἀντίοχος ὁ Δημητρίου κατακλείσας εἴς τι χωρίον, ἠνάγκασε διεργάσασθαι τὸ σῶμα. Τοῖς δὲ Κίλιξιν ἀρχὴ τοῦ τὰ πειρατικὰ συνίστασθαι, Τρύφων αἴτιος κατέστη, D

* Scripti, χαλῶς.
* Scripti, μερῶν.
* Vett. lib. ὑπέρκεινται
* Manuſſ. τὸ βορεῖον τοῦ Τ. μέρος.
* Vulgò, Τραχειῶν.

A deinde Melas fluvius ac ſtatio, & urbs Ptolemais. Inde fines Pamphyliæ, & Coraceſium, aſperæ initium Ciliciæ. Totius Pamphyliæ ambitus navigando eſt ſtadiorum IↃ CXL. [2] Herodotus ſcribit Pamphylos eſſe gentem, eorum qui cum Amphilocho & Calchante eò venerint, à Troja convenis quibuſdam comitati: horum pleroſque ibi conſediſſe, alios per varias terræ partes fuiſſe diſperſos. Callinus Calchantem Clari mortuum perhibet: Laos cum Mopſo Taurum ſuperaſſe, & in Pamphyliam ac Ciliciam ſe diviſiſſe, uſque ad Syriam etiam Phœni- B ciamque.

Ciliciæ, quæ extra Taurum eſt, pars aſpera, altera campeſtris dicitur. Aſpera, cujus ora maritima anguſta eſt, & aut nullum, aut rarò habet locum aliquem planum: & cui imminet mons Taurus malè habitatus uſque ad ſeptentrionalia latera Iſauris vicina, & juxta Homonadeas uſque ad Piſidiam. Eadem ab aſperitate Tracheotis dicitur, & incolæ Tracheiotæ. Campeſtris à Solis eſt & Tarſo uſque ad Iſſum: & præterea cui à ſeptentrionali parte Tauri imminent Cappadoces: hæc enim regio majori è parte campis C bonoque agro abundat. Quoniam verò horum alia ſunt intra, alia extra Taurum, diximus autem de iis, quæ intra ſunt: dicamus nunc de extra eum ſitis, initio ſumpto ab aſpera Cilicia. ¶ Primum Ciliciæ caſtellum eſt Coraceſium, ſitum in petra prærupta: qua arce belli uſus eſt Diodorus cognomento Trypho, cum à regibus abalienaret Syriam, bellumque dubiæ fortunæ vicibus adverſus eos gereret. Atque hunc quidem Antiochus Demetrii F. quodam in caſtello incluſum ad mortem ſibi conſciſcendam adegit. Cilicibus autem, ut ſocietates prædandi D in mare coirent, Tryphon auctor fuit,

1. Καὶ τὸ Κορακήσιον ἀρχὴ τῆς τραχείας Κιλικίας) Ita & Ptolemæus, apud quem ſequitur poſt illa quæ modo retulimus, *Ciciliæ Thraciæ urbes maritimæ ſunt, Coraceſium & Syedra.* Caſaub.

2. *Herodotus*) Videtur locum notare, qui eſt in Polymnia, ubi Xerxis claſſis recenſetur. Οἱ δὲ Πάμφυλοι οὗτοι εἰσὶ τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Κάλχαντι. Sed tamen noſter λαῶν iſtud repetit, ut videatur apud Herodotum excidiſſe. Λαὸς populum ſignificat, & fieri potuit, ut ſic ſe nominarent convenæ, duces iſtos ſecuti paulo poſt de Delo aſteriſcum notavi. non enim adduci poſſum, ut quadrare credam. conjicere poteram aliquid, ſed exſpectabo meliorem librum faciliùs, quàm temeritatis notam. *Xyland.*

3. Φησὶ δ' Ἡρόδοτος τοὺς Παμφύλους) Locus Herodoti eſt Polymnia (VII. c. 91.) Οἱ δὲ Πάμφυλοι οὗτοί εἰσι τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Κάλχαντι: quod autem putat Xylander ex Strabone reſtituendam Herodoto vocem λαῶν, vehementer fallitur. *Caſaub.*

4. Τοὺς δὲ λαοὺς μετὰ Μόψου τὸν Ταῦρον ὑπερθέντας) Xylander legit Λαοὺς, & Laos interpretatur: manifeſto errore: nam hic vertendum ut paullo antè in Herodoti loco. Solet autem Strabo plurali ejus vocis uti. Sic ſupra Lib. XIV. pag. 639. de Pygelis loquens ἵδρυμα Ἀγαμέμνονος, οἰκούμενον ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν. lib. XVI. pag. 750. Τὸν μὲν οὖν Τριπτολέμου Γόρδυν ἔχοντά τινας τῶν σὺν τῷ πατρὶ λαῶν. (Sic Plutarchus in Numa Πρόκλῳ μὲν τῶν Ῥωμύλου λαῶν, Θελέσῳ τῶν Τατίῳ μάλιστα προσεχόντων. *Idem.*

1. Οὐδ'

& ſocordia regum, qui per ſucceſſiones tunc Syriæ ſimul & Ciliciæ præerant: nam illo novas res moliente, idem etiam alii egerunt: & cum inter ſe diſſiderent fratres, ditionem inſidiantibus fecerunt obnoxiam. Maximè ad maleficia invitavit mancipiorum exportatio, cùm eſſet lucroſiſſima: nam & facilè mancipia capiebant, & non procul aberat maximum emporium Delus atque opulentum: quod uno die poterat ccıↄↄ mancipiorum accipere & amandare, ut etiam proverbium exſtiterit: Mercator appelle navim, expone; omnia illicò vendideris. Cauſam rei præbuit, quod deletis Carthagine & Corintho, Romanis multorum mancipiorum uſus cepit eſſe: eam facilitatem prædones animadvertentes, confertim eruperunt, mancipia facientes atque vendentes. Huc conducebat etiam Cypriorum & Ægyptiorum regum connivenția, qui Syrorum erant inimici: neque Syrii iis amici erant, ideoque non opitulabantur, ſimul & prædones, cùm ſe vendere corpora tantum ſimularent, impune egerunt latronicia. Ac ne Romanis quidem admodum curæ erant ea, quæ extra Taurum fiebant; ſed quanquam mitterent contemplatum iſta Scipionem Æmilianum, qui gentes & urbes inſpiceret, ac deinde alios quoſdam: deprehenderunt tamen id nequitia præfectorum fieri, qui à Seleuco Nicatore per ſucceſſionem præerant: quam ipſi cùm habuiſſent ante ratam, abolere dedecori ſibi ducebant. Sane hoc pacto factum eſt ut ditio ea in Parthorum veniret poteſtatem, qui trans Euphratem ſita obtinebant: & ad extremum etiam Armeniorum, qui extra Taurum quoque ſita occupaverunt, adeo ad Phœniciam uſque: & regiam quantum potuere imminuerunt poteſtatem, eorumque omne genus, ac Cilicibus mare tradiderunt. Proinde quibus Romani creſcentibus non obſtiterunt, eos tandem auctos viribus bello & miſſo exercitu coacti ſunt opprimere. Neque facile eſt Romanos hic negligentiæ inſimulare,

A καὶ ἡ τῶν βασιλέων οὐδένεια, τῶν τότε ἐκ διαδοχῆς ἐπιστατούντων τῆς Συρίας ἅμα καὶ τῆς Κιλικίας· τῷ γὰρ ἐκείνου νεωτερισμῷ συνενεωτέρισαν καὶ ἄλλοι· διχοστατοῦντές τε ἀδελφοὶ πρὸς ἀλλήλους, ὑποχείριον ἐποίουν τὴν χώραν τοῖς ἐπιτιθεμένοις· ἡ δὲ τῶν ἀνδραπόδων ἐξαγωγὴ, προὐκαλεῖτο μάλιστα εἰς τὰς κακουργίας ἐπικερδεστάτη γενομένη· καὶ γὰρ ἡλίσκοντο ῥᾳδίως· καὶ τὸ ἐμπορεῖον οὐκ ἄπωθεν παντελῶς ἦν μέγα, καὶ πολυχρήματον, ἡ Δῆλος δυναμένη μυριάδας ἀνδραπόδων αὐθημερὸν καὶ δέξασθαι καὶ ἀποπέμψαι· ὥστε καὶ παροιμίαν γενέσθαι * διὰ ταῦτα, B Ἔμπορε κατάπλευσον, ἐξελοῦ, πάντα * πέπραται. Αἴτιον δ᾽ ὅτι πλούσιοι γενόμενοι Ῥωμαῖοι μετὰ τὴν Καρχηδόνος καὶ Κορίνθου * κατασκαφὴν, * οἰκετίαις ἐχρῶντο πολλαῖς· ὁρῶντες δὲ τὴν εὐπέτειαν οἱ λῃσταὶ ταύτην, ἐξήνθησαν ἀθρόως αὐτοὶ, καὶ λῃϊζόμενοι, καὶ σωματεμποροῦντες· συνήργουν δ᾽ εἰς ταῦτα, καὶ οἱ τῆς Κύπρου, καὶ οἱ τῆς Αἰγύπτου βασιλεῖς, ἐχθροὶ τοῖς Σύροις ὄντες· [1] οὐδ᾽ οἱ Σύριοι δὲ φίλοι ἦσαν αὐτοῖς, ὥστ᾽ οὐδὲν ἐβοήθουν· ἅμα δὲ καὶ [2] οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σώματ᾽ ἐμπορεῖν, ἄλυτον τὴν κακουργίαν εἶχον. Ἀλλ᾽ οὐδὲ Ῥω- C μαῖοι πω τοσοῦτον ἐφρόντιζον τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου, [3] ἀλλ᾽ ἔπεμψαν μὲν καὶ Σκιπίωνα τὸν Αἰμιλιανὸν, ἐπισκεψόμενον τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις, καὶ πάλιν ἄλλους τινάς· ἔγνωσαν δὲ κακίᾳ τῶν ἀρχόντων συμβαῖνον τοῦτο [4] εἰς τὴν * κατὰ γένος διαδοχὴν τὴν ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, αὐτοὶ κεκυρωκότες ᾐδοῦντο ἀφαιρεῖσθαι. Τοῦτο δὲ συμβὰν τῆς μὲν χώρας ἐποίησε κυρίους Παρθυαίους, οἳ τὰ πέραν τοῦ Εὐφράτου κατέσχοντο· τελευταῖον δὲ, καὶ Ἀρμενίους· οἳ καὶ τὴν ἐκτὸς τοῦ Ταύρου προσέλαβον, μέχρι καὶ Φοινίκης· καὶ τοὺς βασιλέας κατέλυσαν εἰς δύναμιν, καὶ τὸ γένος D αὐτῶν σύμπαν, τὴν δὲ θάλατταν τοῖς Κίλιξι παρέδωκαν. Εἶτ᾽ αὐξηθέντας ἠναγκάσθησαν καταλύειν Ῥωμαῖοι πολέμῳ καὶ μετὰ στρατιᾶς, οὓς αὐξομένους οὐκ ἐκώλυσαν. Ὀλιγωρίαν μὲν οὖν αὐτῶν χαλεπὸν καταγνῶναι·

* Vett. lib. διὰ τοῦτο.
* Scripti, πέπρακται
* Vett. cod. καταστροφήν.
* Scripti, οἰκετείαις, & οἰκεσίαις.
p. 669.
* Vulgò, κατά γε διαδ.

1. Οὐδ᾽ οἱ Σύριοι δὲ φίλοι ἦσαν αὐτοῖς) Manuſcripti οὐδ᾽ οἱ Ῥώδιοι, quam lectionem probo, cum vetere interprete: erant enim hi Rhodiis vicini, qui tunc temporis maris imperium tenebant, ut multum ab iis juvari potuerint. *Caſaub.*

2. Οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σώματ᾽ ἐμπορεῖν) Σώματα appellat homines ſervos & mancipia, quæ & Latinis Juriſconſultis ſæpe *corpora* dicuntur. Eſt ergo ſenſus, hos piratas tanto facilius piraticam exercuiſſe, quod ſola mancipia ſe venum exponere ſimularent. At Pamphyli piratæ longè impudentiores, qui ut paullò ante dictum eſt, apertè faterentur ingenuos eſſe & liberos quos venderent. *Idem.*

3. Ἀλλ᾽ ἔπεμψαν μὲν καὶ Σκιπίωνα τὸν Αἰμιλιανὸν) Hujus legationis meminere Marcus Tullius, Plutarchus, Juſtinus, Athenæus, alii. *Idem.*

4. Εἰς τὴν κατὰ γένος διαδοχὴν) Reſtituimus hunc locum, primùm ex conjectura & ingenio, ut alios infinitos, deinde etiam ex veteribus libris. *Idem.*

A πρὸς ἑτέροις δ' ὄντες τοῖς ἐγγυτέρω, καὶ κατὰ χεῖρα μᾶλλον, οὐχ οἷοί τε ἦσαν τὰ ἀπωτέρω σκοπεῖν. Ταῦτα μὲν οὖν ἔδοξεν ἡμῖν ἐν παρεκβάσει διὰ βραχέων εἰπεῖν. Μετὰ δὲ τὸ Κορακήσιον Συδρὴ πόλις, εἶθ' Ἁμαξία ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη. Κέδρος δ' ἐστὶν ἡ πλείστη καὶ δοκεῖ ταῦτα τὰ μέρη πλεονεκτεῖν τῇ τοιαύτῃ ξυλείᾳ· καὶ διὰ τοῦτ' Ἀντώνιος τὰ χωρία ταῦτα τῇ Κλεοπάτρᾳ προσένειμεν, ἐπιτήδεια ὄντα πρὸς τὰς τῶν στόλων κατασκευάς. Εἶτα Λαέρτης φρούριον ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς, ὕφορμον ἔχον· εἶτα Σελινοῦς ποταμός· εἶτα Κράγος πέτρα περίκρημνος πρὸς θαλάττῃ· εἶτα Χαραδροῦς ἔρυμα, καὶ αὐτὸ ὕφορμον ἔχον· B ὑπέρκειται δ' ὄρος * Ἄνδρικλος, καὶ παράπλους τραχὺς, Πλατανιστὸς καλούμενος· εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, καθ' ἣν ἡ ἤπειρος ἐγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστὶν ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, ἐν διάρματι σταδίων τριακοσίων πεντήκοντα. Εἰς μὲν οὖν τὸ Ἀνεμούριον ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Παμφυλίας, ὁ Κιλίκιος παράπλους σταδίων ἐστὶν ὀκτακοσίων εἴκοσι· λοιπὸς δ' ἐστὶ μέχρι Σόλων ὅσον πεντακοσίων παράπλους σταδίων· [p. 670.] [1] τούτου δ' ἐστὶν Ἄγιδος πόλις πρῶτον [2] μετὰ τὸ Ἀνεμούριον· εἶτ' Ἀρσινόη, πρόσορμον ἔχουσα· εἶτα τόπος Μελανία, [3] καὶ Κελένδερις πόλις λιμένα ἔχουσα. Τινὲς δὲ ταύτην ἀρχὴν τιθένται τῆς Κιλικίας, οὐ τὸ Κορακήσιον, ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος· καί φησιν, C ἀπὸ μὲν τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος εἶναι τρισχιλίους ἐννακοσίους σταδίους εἰς Ὀρθωσίαν· ἐπὶ δὲ τὸν Ὀρόντην ποταμὸν χίλια ἑκατὸν τριάκοντα· ἐπὶ δὲ τὰς πύλας ἑξῆς πεντακόσια εἰκοσιπέντε· ἐπὶ δὲ τοὺς ὅρους τῶν Κιλίκων χίλια διακόσια ἑξήκοντα· [4] εἶθ' Ὄλμος ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς· κτισθείσης δ' ἐπὶ τῷ Καλυκάδνῳ τῆς Σελευκείας, ἐκεῖ μετῳκίσθησαν. Εὐθὺς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Καλυκάδνου ἐκβολὴ, κάμψαντι ἠϊόνα ποιοῦσαν ἄκραν, ἣ καλεῖται Σαρπηδών· πλησίον ἐστὶ τοῦ Καλυκάδνου καὶ τὸ Ζεφύριον, καὶ αὕτη ἄκρα· ἔχει δὲ ὁ ποταμὸς ἀνάπλουν εἰς τὴν Σελεύκειαν πόλιν εὖ συνοικουμένην, καὶ πολὺ D ἀφεστῶσαν τοῦ Κιλικίου καὶ Παμφυλίου τρόπου·

* Scripti, Ἄδρικος.

qui aliis propinquioribus occupationibus detenti, iisque magis ad manum positis, remotiora non potuerunt curare. Hæc visum mihi fuit dicere paucis, ut in digressione. ¶ Post Coracesium sequitur Sydra urbs, deinde Hamaxia in colle quodam oppidulum cum navali, quo materia navibus fabricandis deducitur, fere de cedro: qua arbore videnter abundare ista loca: ideoque ea Clopatræ attribuit Antonius, quod ad parandam classem idonea essent. Deinde Laërtes est castellum colli insitum mammillæ formam habenti statione præditum. Post Selinus fluvius, hinc Cragus præceps ad mare petra, deinde Charadrus castellum cum statione. Superne ei imminet Andriclus mons & asperum litus Platanistus nomine. Inde Anemurium promontorium, ubi continens ad Cyprum proximè accedit ad Crommyi promontorium, trajectu stadiorum CCCL. A finibus Pamphyliæ Anemurium usque Ciliciæ ora navigatur ad stadia IↃCCCXX, inde ad Solos IↃ. Post Anemurium est urbs Agidos, inde Arsinoë stationem habens, post locus Melania, & Celenderis urbs cum portu. Quidam hanc, non Coracesium faciunt Ciliciæ principium, quorum est etiam Artemidorus, qui à Pelusiaco ostio ad Orthosiam tradit stadia CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCCC. ad Orontem flumen CIↃ CXXX. deinceps ad portas IↃ XXV. ad terminos Ciliciæ CIↃ CCLX. Deinde Holmus est, ubi quondam habitarunt qui nunc Seleucenses sunt, & condita ad Calycadnum Seleucia, eo migraverunt. Statim enim sunt Calycadni ostia, si litus flexeris, quod promontorium efficit, cui nomen Sarpedon. Vicinum est Calycadno Zephyrium promontorium. Adverso Calycadno Seleuciam navigatur, urbem bene conditam, & valdè diversam à Ciliciæ ac Pamphyliæ modo.

1. Τοῦτο δ' ἐστὶν Ἄγιδος πόλις) Primum pro τοῦτο legendum videtur ἐν τούτῳ videlicet τῷ παράπλῳ, vel κατὰ τοῦτον: deinde non ἐστὶν ἄγιδος π. sed ἐστὶ ναγίδος π. scribendum esse certum est ex reliquis Geographis, qui Nagidum hanc urbem vocant. Stephanus, Ναγίδος πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας. *Casaub.*

1. Ἐστὶν Ἄγιδος πόλις) Perperam legitur Ἀγίδος pro Ναγίδος, litera enim N, est prima nominis, antecedenti verbo adjuncta fuit, ut annotarunt Casaubonus & Ortelius. Scribitur enim ἐστιν Ἀγίδος, cum deberet scribit ἐστι Ναγίδος. Pinedo in Stephan. p. 482. n. 3.

2. Μετὰ τὸ Ἀνεμούριον) In manuscriptis est vox πόλις post Ἀνεμούριον, ut videatur scribendum, πρώτη μετὰ τὸ Ἀνεμούριον πόλις. *Casaub.*

3. Καὶ Κελένδερις πόλις) Non probo lectionem manuscriptorum Μελένδερις. Nam ita & reliqui Geographi habent. *Idem.*

4. Εἶθ' ὅλμος ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς) Suspicor legendum Ὄλμοι: Nam ita paullò ante: & Stephanus, Ὄλμοι, πόλις τραχείας Κιλικίας ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς. Locum hunc Strabonis describit Stephanus, & legit Ὄλμοι. Plinius Holmiam vocat libro v. c. 17. *Seleucia supra amnem Calicadnum Trachiotis cognomine, à mari relata, ubi vocabatur Holmia.* Idem.

4. Εἶθ' Ὄλμος) Corrigendus Strabo, legendum enim εἶτ' Ὄλμοι, nam jam ante numero plurium appellavit eodem libro p. 663. vid. Holstein in Steph. p. 233. b.

1. Φωρα-

Ibi nostra ætate exstiterunt memorabiles peripatetici Athenæus & Xenarchus. Athenæus etiam rempubl. tractavit & aliquandiu in patria populum dicendo duxit. deinde cum in amicitiam Murenæ incidisset, hujus in Augustum Cæsarem insidiis compertis una ipse fugiens captus est: insonsque inventus, à Cæsare dimissus. Cum autem Romam reversum salutarent atque compellarent primo occurrentes, Euripidea ista protulit:

Venio relicta mortuorum ego specu,
Portisque tenebrarum.—

Cumque paulum temporis supervixisset, noctu ruina domus in qua habitabat oppressus periit. Xenarchum nos audivimus. Is non diu domi mansit, sed fere Alexandreæ vixit & Athenis, ac tandem Romæ, docendum amplexus vitæ genus deditum; ususque amicitia Arii, & post etiam Augusti Cæsaris, ad finem usque vitam honoratus perduxit: paulo ante mortem luminibus captus, morbo est exstinctus. Post Calycadnum est petra Pœcile, *id est varia*, dicta: cui incisi sunt gradus, qua Seleuciam itur. Deinde Anemurium ejusdem cum priore nominis promontorium. hinc Crambusa insula, & Corycus promontorium, supra quod ad XX stadia antrum est Corycium, in quo optimus crocus nascitur. Est autem caverna ingens, rotunda, saxosa, cincta supercilio undiquaque satis alto: in quam ubi descenderis, solum est inæquale, saxosum ferè, plenum virgultis semper virentibus ac domesticis. juxta consita sunt sola quæ crocum ferunt. Est & antrum ibidem, quod fontem habet magnum, unde fluvius editur puræ ac pellucidæ aquæ statim terram subiens, occultoque alveo in mare effluens: vocant amaram aquam. ¶ Deinde post Corycum Eleusa insula est continenti propinqua. eam Archelaus condidit, & regiam sibi fecit, cum totam asperam Ciliciam excepta Seleucia esset nactus. quo modo & Amyntas prius habuit, & ante hunc Cleopatra. Nam cum latrociniis & terrestribus & maritimis loca ista opportuna essent:

A ἐνταῦθα ἐγένοντο καθ' ἡμᾶς ἄνδρες ἀξιόλογοι τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων, Ἀθηναῖός τε καὶ Ξέναρχος, ὧν ὁ μὲν Ἀθηναῖος, καὶ ἐπολιτεύσατο, καὶ ἐδημαγώγησε χρόνον τινὰ ἐν τῇ πατρίδι· εἶτ' ἐμπεσὼν εἰς τὴν Μουρήνα φιλίαν, ἐκείνῳ συνεάλω φεύγων, 1 φωραθείσης τῆς κατὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ * ἐπιβουλῆς· ἀναίτιος δὲ φανεὶς, ἀφείθη ὑπὸ Καίσαρος· ὡς δ' ἐπανιόντα εἰς Ῥώμην ἠσπάζοντο, καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ πρῶτοι ἐντυγχάνοντες, τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἔφη·

Ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών.

* Manusſ. συσταθείσης ἐπιβουλῆς.

B Ὀλίγον δ' ἐπιβιοὺς χρόνον, ἐν συμπτώσει τῆς οἰκίας * ἐν ἧπερ κατῴκει διεφθάρη * νυκτὸς γενομένης. Ξέναρχος δὲ οὗ ἠκροασάμεθα ἡμεῖς, ἐν οἴκῳ μὲν οὐ πολὺ * διέτριβεν· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ Ἀθήνησι, καὶ τὸ τελευταῖον ἐν Ῥώμῃ τὸν παιδευτικὸν βίον ἑλόμενος· 2 χρησάμενος δὲ καὶ τῇ Ἀρείου φιλίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ τοῦ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, διετέλεσε μέχρι γήρως ἐν τιμῇ ἀγόμενος· μικρὸν δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς πηρωθεὶς τὴν ὄψιν, κατέστρεψε νόσῳ τὸν βίον. Μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομητὴν, ἐπὶ Σελεύκειαν * ἄγουσα. Εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, ὁμώνυμος C τῇ προτέρᾳ, καὶ Κράμβουσα νῆσος, καὶ Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, 3 ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται· ἔστι δὲ κοιλὰς μεγάλη κυκλοτερὴς, ἔχουσα περικειμένην ὀφρὺν πετρώδη, πανταχόθεν ἱκανῶς ὑψηλήν· καταβάντι δ' εἰς αὐτὴν ἀνώμαλόν ἐστιν ἔδαφος, καὶ τὸ πολὺ πετρῶδες· μεστὸν δὲ τῆς θαμνώδους ὕλης ἀειθαλοῦς τε καὶ ἡμέρου· παρέσπαρται δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τὰ φέροντα τὴν κρόκον· ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι, ἔχον πηγὴν μεγάλην, ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε, καὶ διαφανοῦς ὕδατος, εὐθὺς καταπίπτοντα * ὑπὸ γῆν· ἐνεχθεὶς δ' ἀφανὴς, ἔξεισιν εἰς τὴν θάλατταν· καλοῦσι δὲ Πικρὸν D ὕδωρ. Εἶτ' ἡ Ἐλέουσα νῆσος μετὰ Κώρυκον, προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, ἣν συνῴκισεν Ἀρχέλαος καὶ κατεσκευάσατο βασίλειον, λαβὼν τὴν Τραχειῶτιν Κιλικίαν ὅλην πλὴν Σελευκείας· καθ' ὃν τρόπον καὶ ὁ Ἀμύντας πρότερον εἶχε, καὶ ἔτι πρότερον Κλεοπάτρα· Εὐφυοῦς γὰρ ὄντος τοῦ τόπου πρὸς τὰ λῃστήρια, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν

* Scripti, ἐν ᾗ ᾤκει.
* Scripti, νύκτωρ.
* Scripti, διέτριψεν.
* Scripti, ἄγουσαι.
p. 671.
* Scripti, ὑπὸ γῆς.

1. *Φωραθείσης τῆς κατὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ ἐπιβουλῆς*) Hujus conjurationis dux & auctor Fannius Cæpio, particeps L. Licinius Varro Murena: quanquam de hoc dubitat Dio historiam referens lib. LIV. Vide Suetonium in Augusto cap. XIX. & Vellejum Paterculum. *Casaub.*

2. *Χρησάμενος δὲ τῇ Ἀρίου φιλίᾳ*) Floruit hic Philosophus Augusti temporibus: magnæ apud eum gratiæ & auctoritatis, ut vel ex Plutarchi Antonio in extremo & Apophthegm. intelligitur. Themistius ait Arrium apud Augustum non minori loco quàm Agrippam fuisse. *Idem.*

3. *Ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται*) Meminere Plinius Solinus, & poëtæ passim. Dioscorides L. I. c. 25. *Κρόκος ἐστὶ κράτιστος ἐν ἰατρικῇ χρῆζει ὁ Κωρύκειος.* *Idem.*

A (κατὰ γῆν μὲν, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ὀρῶν, [1] καὶ τῶν ὑπερκειμένων ἐθνῶν, πεδία καὶ γεώργια ἐχόντων μεγάλα, καὶ εὐκατατρόχαστα· κατὰ θάλατταν δὲ διὰ τὴν εὐπορίαν τῆς τε ναυπηγησίμου ὕλης, καὶ τῶν λιμένων, καὶ ἐρυμάτων, καὶ * ὑποδεκτηρίων) ἐδόκει πρὸς ἅπαν τὸ τοιοῦτο βασιλεύεσθαι μᾶλλον τοὺς τόπους, ἢ ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἡγεμόσιν εἶναι τοῖς ἐπὶ τὰς κρίσεις πεμπομένοις· οἳ μήτ' ἀεὶ παρεῖναι ἔμελλον, μήτε μεθ' ὅπλων. [2] Οὕτω μὲν Ἀρχέλαος ἔλαβε πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ τὴν Τραχεῖαν Κιλικίαν. Εἰσὶ δ' ὅροι ταύτης μεταξὺ Σόλων τε, καὶ Ἐλεούσης ὁ Λάτμος ποταμὸς, καὶ κώμη ὁμώνυμος· κατὰ δὲ τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου, τὸ Ζηνικέτου B πειρατήριον ἐστὶν ὁ Ὄλυμπος, ὄρος τε καὶ φρούριον ὁμώνυμον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται πᾶσα Λυκία, καὶ Παμφυλία, καὶ Πισιδία· [3] ἁλόντος δὲ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰσαυρικοῦ, [4] ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον. Τούτου δ' ἦν καὶ ὁ Κώρυκος, καὶ ἡ Φασηλὶς, καὶ πολλὰ τῶν Παμφύλων χωρία· πάντα δ' εἷλεν ὁ Ἰσαυρικός. Μετὰ δὲ Λάτμον Σόλοι πόλις ἀξιόλογος τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχὴ, τῆς περὶ τὸν Ἰσσὸν, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τῶν ἐκ Λίνδου· εἰς ταύτην λειπανδρήσασαν, Πομπήιος Μάγνος κατῴκισε τοὺς περιγιγνομένους τῶν πειρατῶν, οὓς μάλιστα ἔγνω σωτηρίας καὶ προνοίας τινὸς ἀξίους· [5] καὶ μετωνόμασε [6] Πομπηιούπολιν. Γεγόνασι δ' ἄνδρες ἐνθάδε τῶν ὀνομαστῶν, Χρύσιππός τε ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, πατρὸς ὢν Ταρσέως C ἐκεῖθεν μετοικήσαντος· καὶ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ποιητὴς, καὶ Ἄρατος ὁ τὰ Φαινόμενα συγγράψας ἐν ἔπεσι. Εἶτα Ζεφύριον ὁμώνυμον τῷ πρὸς Καλυκάδνῳ. Εἶτ' Ἀγχιάλη, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κτίσμα Σαρδαναπάλου, φησὶν Ἀριστόβουλος,
p. 672. ἐνταῦθα δ' εἶναι μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου· καὶ τύπον λίθινον, συμβάλλοντα τοὺς τῆς δοξιᾶς χειρὸς δακτύλους, ὡς ἂν ἀποκροτοῦντα· ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιγραφὴν εἶναί φασι Ἀσσυρίοις γράμμασι τοιάνδε·

ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ Ο ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΕΩ ΠΑΙΣ, ΑΓΧΙΑΛΗΝ, ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΝ ΕΔΕΙΜΕΝ ΕΝ ΗΜΕΡΗ ΜΙΗ· ΣΥ Δ Ω ΞΕΝΕ D ΕΣΘΙΕ, ΠΙΝΕ, ΠΑΙΖΕ. [7 ΩΣ ΤΑΛΛΑ ΤΟΥΤΟΥ ΟΥΚ ΑΞΙΑ ΤΟΥ ΑΠΟΚΡΟΤΗΜΑΤΟΣ.]

* Sic vett. lib. Vulgò, ὑποδυτήριον.

(terra, ob montium magnitudinem, & populorum supra imminentium, campos & agros habentium amplos & incursionibus facilè obnoxios: mari, ob copiam materiæ navibus compingendis aptæ, ob portus, castella, & receptacula) visum fuit, præstare ut sub rege essent potius quam sub Romanorum præfectis, qui ad juris dictionem mittebantur, neque semper adfuturi, neque cum armis. Sic ergo Archelaus ad Cappadociam accepit asperam Ciliciam. Fines ejus sunt inter Solos & Eleusiam Latmus fluvius & pagus eodem nomine. Ad montis autem Tauri extrema Olympus est, mons, & castellum ejusdem nominis, Zeniceti prædonis arx: unde conspici potest omnis Lycia, Pamphylia, & Pisidia; sed cum Isauricus mons esset captus, ille se cum tota domo cremavit: ejus fuit etiam Corycus, Phaselis, & multa Pamphyliæ loca, quæ omnia cepit Isauricus. Post Latmum sunt Soli urbs memorabilis, alterius principium Ciliciæ quæ ad Issum est: condita ab Achæis & Rhodiis: in hanc, hominum frequentia destitutam, Pompejus Magnus piratarum reliquias transtulit, quas judicabat potissimum salute & procuratione dignas: ac mutato nomine eam Pompejopolin dixit. Protulit hæc urbs præclaros viros: Chrysippum Stoicum Philosophum, cujus pater Tarso inde commigraverat: tum Philemonem comicum poëtam, & Aratum qui versibus ea, quæ in cœlo visuntur, descripsit, Sequitur Zephyrium, ejusdem nominis cum eo promontorio, quod vicinum Calycadno commemoravimus. Inde pervenies ad Anchialem paululum supra mare situm, quam à Sardanapalo conditam Aristobulus ait: ibique Sardanapali esse monimentum, & imaginem lapideam conferentis dextræ manus digitos, ac plausum edituri. Sunt qui Assyriis litteris hæc ajunt esse inscripta. SARDANAPALUS ANACYNDARAXIS F., ANCHIALEN ET TARSUM UNA DIE AEDIFICAVIT. TU AUTEM HOSPES, EDE, BIBE, LUDE, &,

1. *Καὶ τῶν ὑπερκειμένων ἐθνῶν. Et populorum supra imminentium.*) Sensus exigit, ut legatur ὑποκειμένων. *Palmer.*

2. Οὕτω μὲν Ἀρχέλαος ἔλαβε πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ) Cappadociam Archelao tradiderat Antonius, ut lib. XII. p. 534. dictum est. & Dio lib. XLIX. *Casaub.*

3. Ἁλόντος δὲ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰσαυρικοῦ) Lego ὑπὸ τοῦ Ἰσαυρικοῦ. Nam Isaura quidem castellum nominant geographi: montem autem Isauricum nullum quod sciam, & confirmat quod sequitur, πάντα δ' εἷλεν ὁ Ἰσαυρικός. *Idem.*

4. Ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον) Legendum πανοικεί. Salmas. exercit. Plin. Ed. Ult. p. 563.

5. Καὶ μετωνόμασε Πομπηιούπολιν) Præter reliquos lege Dionem lib. XXXVI. *Idem.*

6. Πομπηιούπολιν) Hæc urbs dicta est Πομπηιόπολις, non ut præferunt hodie Strabonis ac Dionis codices Κομπηιούπολις, quod præter indubiam nummorum fidem arguere possunt similes terminationes, Κλαυδιόπολις, Τραιανόπολις, Ἀδριανόπολις. &c. vid. Ezech. Spanheim. de Præstant. numis. p. 528.

7. Ὡς τ' ἄλλα τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος) Secuti veteres codices non dubitavimus hæc verba hûc transferre, quæ in reliquis editionibus pessimè postponun-

A

Cum te mortalem teneas, præsentibus exple
Deliciis animum: post mortem hæc nullius usus.
Ipse Nini quondam magna rex, nunc cinis hic sum.
Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit: at illa jacent multa & præclara relicta.
Mortales sapiens præceptum hoc discite vitæ.

Etenim reliquæ res hominum non dignæ sunt hacce digitorum complosione. Meminit horum etiam Chœrilus: & quidem vulgo jactantur hi versus:

B

Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit: at illa jacent multa & præclara relicta.

Supra Anchialen sunt Quinda, munitum castellum, ubi quondam thesauros adservabant Macedones: eos sustulit Eumenes, cum rebellasset ab Antigono. Supra id & Solos montana sunt, & urbs Olbus, Jovis habens templum, à Teucri F. Ajace dedicatum. Ejus pontifex dominus erat Trachiotidis. Deinde huic ditioni inhiaverunt multi tyranni, & collegia prædonum sunt constituta. His deletis nostra jam ætate Teucri ditio ea appellari cepit, atque sacerdotium: & quidem plerique eorum, qui ibi fuerunt pontifices, Teucri aut Ajacis nomen gesserunt. Aba autem cum per nuptias in eam se familiam inseruisset, Zenophanis unius de tyrannis filia, dominationem suam fecit, quam ante pater sub tutelæ nomine occupaverat: postea etiam Cleopatra & Antonius obsequiis demerenti Abæ eam ditionem largiti sunt. Aba sublata, familiæ Teucri ditio relicta permansit.

C

1 Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας·
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

* 2 Μέμνηται δὲ καὶ Χοιρίλος * τούτων· καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί,

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Ὑπέρκειται δὲ τὰ Κύινδα τῆς Ἀγχιάλης ἔρυμα, ᾧ ἐχρήσαντό ποτε οἱ Μακεδόνες γαζοφυλακείῳ· ἦρε δὲ τὰ χρήματα Εὐμένης ἀποστὰς Ἀντιγόνου. ἔτι δ' ὕπερθε τούτων τε καὶ τῶν Σόλων, ὀρεινή ἐστιν, 3 ἐν ᾗ * Ὄλβος πόλις, Διὸς ἱερὸν ἔχουσα, Αἴαντος ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου· καὶ ὁ ἱερεὺς δυνάστης ἐγένετο τῆς Τραχειώτιδος· εἶτ' ἐπέθεντο τῇ χώρᾳ τύραννοι πολλοί, καὶ συνέστη τὰ λῃστήρια. Μετὰ δὲ τὴν τούτων κατάλυσιν, ἐφ' ἡμῶν ἤδη τὴν τοῦ Τεύκρου δυναστείαν ταύτην ἐκάλουν· τὴν δ' αὐτὴν, καὶ ἱερωσύνην· καὶ οἱ πλεῖστοι γε τῶν ἱερασαμένων ὠνομάζοντο Τεῦκροι, ἢ Αἴαντες. Εἰσιοῦσα δὲ Ἄβα κατ' ἐπιγαμίαν εἰς τὸν οἶκον τοῦτον ἡ Ζηνοφάνους θυγάτηρ ἑνὸς τῶν τυράννων, αὐτὴ κατέσχε τὴν ἀρχὴν προλαβόντος τοῦ πατρὸς ἐν ἐπιτρόπου σχήματι· ὕστερον δὲ καὶ Ἀντώνιος, καὶ Κλεοπάτρα κατεχαρίσαντο ἐκείνῃ, θεραπείαις ἐκλιπαρηθέντες· ἔπειθ' ἡ μὲν κατελύθη, τοῖς δ' ἀπὸ τοῦ γένους διέμεινεν ἡ ἀρχή.

* Sustulimus auctoribus libris quæ hoc loco vulgo legebantur, ὥστ' ἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος.
* Scripti τούτου.
* Scripti, Ὄλβη.

ponuntur sequentibus versibus, quod & Stephanus & Eustathius, qui hæc proferunt, refellunt. (Vide σχολ. Aristoph. pag. 590. ed. Biseti 1607.) ut Athenæum omittam qui lib. duodecimo cap. 7. hanc ἐπιγραφὴν ex Clitarcho (à quo & Strabo habet), totidem literis refert: extat & apud Arrianum ex eodem Clitarcho relata lib. II. Debuere autem hæc ita edi, ΩΣ ΤΑΛΛΑ ΤΟΥΤΟΥ ΟΥΚ ΑΞΙΑ, τοῦ ἀποκροτήματος, ita ut minoribus characteribus notarentur hæc τοῦ ἀποκροτήματος: quæ sunt Strabonis verba, explicantis illud ΤΟΥΤΟΥ Sardanapali: quod facile fuit ad intelligendum iis, qui ejus τύπον λίθινον viderent, qui habuit dextræ manus digitos compositos ad edendum illud ἀποκρότημα. Arrianus hanc interpretationem non adjecit, Athenæus & ipse ut Strabo est interpretatus. Nam post illa verba τούτου οὐκ ἀξία, addit de suo τοῦ ἀποκροτήματος οἶκε λέγειν: quæ sunt ipsius explicatio: quod notandum est, ne confundas cum verbis ἐπιγραφῆς, quod eruditissimi viri non videntur observasse. (Sic apud Terentium in Adelphis A. II. Sc. I. ℣. 9. *hujus non faciam.*) Casaub.

1. Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς) Videntur ante hæc verba desiderari quædam postquam protulit in scriptionem monumento Sardanapali inscriptam quam Clitarchus retulerat: nunc ex Chrysippo profert inscriptos eidem monumento versus. Docet id nos Athenæus lib. VIII. c. 3. p. 335. ubi etiam paullo aliter hæc carmina leguntur. *Idem.*

D

2. Μέμνηται δὲ Χοιρίλος τούτων) Chœrilus insculptum Sardanapali sepulchro epitaphium versibus expressit. Vide Athenæum lib. XII. cap. 7. p. 529, 530. *Idem.*

3. Ἐν ᾗ Ὄλβος πόλις) Manuscripti Ὄλβη πόλις. Steph. in Ὀλβία reprehendit Philoxenum quod dixisset Olbiam Pamphyliæ esse urbem. Est enim inquit, non Pamphyliæ, sed Solymorum terræ: neque Olbia vocatur, sed Olba: mihi verò videtur iniqua hæc Stephani reprehensio. Nam à Philoxeno stant Strabo paulo ante, Ptol. & Plinius; at fortasse Stephanus Olbam hanc tantum non Olbiam, de qua supra legisse meminerat: & non Σόλων in hoc Strabonis loco, sed Σολύμων videntur habuisse Stephani codices. *Idem.*

1. Ὁ ἰσθ-

Μετὰ δὲ τὴν Ἀγχιάλην αἱ τοῦ Κύδνου ἐκβολαὶ κατὰ τὸ Ῥῆγμα καλούμενον· ἔστι δὲ λιμνάζων τόπος, ἔχων καὶ παλαιὰ νεώρια, εἰς ὃν * ἐμπίπτει ὁ Κύδνος διαρρέων μέσην τὴν Ταρσὸν τὰς ἀρχὰς ἔχων ἀπὸ τοῦ ὑπερκειμένου τῆς πόλεως Ταύρου· καὶ ἔστιν ἐπίνειον ἡ λίμνη τῆς Ταρσοῦ. Μέχρι μὲν δὴ δεῦρο ἡ παραλία πᾶσα ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἀρξαμένη πρὸς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς, ἀπὸ τῶν ὁμωνύμων ἐκτείνεται δύσεων· εἶτ' ἐπὶ τὴν χειμερινὴν ἀνατολὴν ἐπιστρέφει· μέχρι Ἰσσοῦ κἀντεῦθεν ἤδη καμπὴν λαμβάνει πρὸς νότον μέχρι Φοινίκης. τὸ δὲ λοιπὸν πρὸς δύσιν μέχρι στηλῶν τελευτᾷ. Τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς [1] ὁ ἰσθμὸς τῆς περιωδευμένης Χερρονήσου, οὗτός ἐστιν ὁ ἀπὸ Ταρσοῦ καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύδνου μέχρι Ἀμισοῦ. τὸ γὰρ ἐλάχιστον ἐξ Ἀμισοῦ διάστημα ἐπὶ τοὺς Κιλίκων ὅρους, τοῦτ' ἐστιν· ἐντεῦθεν δ' ἑκατὸν εἴκοσιν εἰσὶν εἰς Ταρσὸν στάδιοι· κἀκεῖθεν οὐ πλείους πέντε ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Κύδνου. Καὶ μὴν ἐπί γε Ἰσσὸν καὶ τὴν κατ' αὐτὴν θάλατταν, οὔτ' ἄλλη ὁδὸς συντομωτέρα ἐστὶν ἐξ Ἀμισοῦ τῆς διὰ Ταρσοῦ· οὔτ' ἐκ Ταρσοῦ ἐπὶ Ἰσσὸν ἐγγυτέρω ἐστὶν, ἢ ἐπὶ Κύδνον. Ὥς τε δῆλον, ὅτι ταῖς μὲν ἀληθείαις, οὗτος ἂν εἴη ὁ ἰσθμός. Λέγεται δ' ὅμως ὁ μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, * περικρυπτόντων διὰ τὸ σημειῶδες· διὰ δὲ τοῦτ' αὐτὸ, καὶ τὴν ἐκ τῆς Ῥοδίας γραμμὴν, ἣν μέχρι τοῦ Κύδνου κατηγάγομεν, τὴν αὐτὴν ἀποφαινόμενοι τῇ μέχρι Ἰσσοῦ, [2] οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι· καὶ τὸν Ταῦρον φαμὲν διήκειν ἐπ' εὐθείας τῇδε τῇ γραμμῇ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς. [3] Ἡ δὲ Ταρσὸς, κεῖται μὲν ἐν πεδίῳ. κτίσμα δ' ἐστὶ τῶν μετὰ Τριπτολέμου πλανηθέντων Ἀργείων κατὰ ζήτησιν Ἰοῦς· διαρρεῖ δ' αὐτὴν μέσην ὁ Κύδνος παρ' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον τῶν νέων· ἅ τε δὴ τῆς πηγῆς οὐ πολὺ ἄπωθεν οὔσης, * τοῦ ῥείθρου διὰ φάραγγος βαθείας ἰόντος, εἶτ' εὐθὺς, εἰς τὴν πόλιν ἐκπίπτοντος, ψυχρόν τε, καὶ * τραχὺ τὸ ῥεῦμα ἐστὶν, ὅθεν [5] καὶ τοῖς παχυνευροῦσι καὶ ποδαγριζομένοις κτήνεσι,

* Scripti, ἐκπίπτει.

p. 673.

* Manuſſ. παρακρυπτόντων.

* Scripti, τὸ ῥεῖθρον.

* Scripti ταχύ.

Poſt Anchialum Cydni ſunt oſtia ad locum qui Rhegma, hoc eſt ruptura, dicitur. Locus ille ſtagnat, habetque antiquitus navalia: inque eum incidit Cydnus per mediam lapſus Tarſum, ortus è jacente ſupra urbem Tarſo: eaque palus navale eſt Tarſi. ¶ Hucuſque tota ora à Rhodiorum continente incipiens ab occaſu æquinoctiali ad ortum æquinoctialem porrigitur: deinde verſus hybernum ortum convertitur, uſque ad Iſſum: hinc jam flectitur verſus meridiem, uſque ad Phœnicen. reliquum litoris maris mediterranei uſque ad Columnas verſus occaſum extenditur. Revera igitur iſthmus ejus, quam deſcripſimus, peninſulæ eſt à Tarſo & oſtiis Cydni uſque ad Amiſum. Minimum enim intervallum ab Amiſo uſque ad Cilicum fines, hoc eſt; inde Tarſum ſunt CXX ſtadia, atque inde non plura V ad oſtia Cydni. Et verò ad Iſſum & mare ei proximum, neque via alia eſt brevior ab Amiſo, quàm per Tarſum, neque è Tarſo ad Iſſum compendioſior, quam propter Cydnum. Unde conſit, hunc verè eſſe quem diximus iſthmum. tamen dicitur uſque ad Iſthmicum ſinum: veritate ob ſigni evidentiam celata. Atque ob hoc ipſum linea, quam à Rhodo oppoſita continente uſque ad Cydnum produximus, eandemque pronunciavimus cum ea, quæ ad Iſſum uſque pertinet: nihil diverſi ingerit. & Taurum dicimus in recta hac linea porrò uſque ad Indiam pergere. ¶ Tarſus in campo ſita eſt, condita ab Argivis qui Iûs quærendæ cauſa ſunt cùm Triptolemo vagati. Mediam eam perfluit Cydnus, ad ipſum adoleſcentum gymnaſium: utpote ſcatebris non procul diſſitis, & alveo profundam convallem permeante, indeque ſtatim in urbem fluvio incidente. Fluvius eſt frigidus, atque aſper: unde tam pecori quàm hominibus [4] nervorum craſſitie & podagra

1. Ὁ ἰσθμὸς τῆς περιωδευμένης Χερρονήσου) Herodotus (L. 1. cap. 72.) non ἰσθμὸν ſed αὐχένα vocat, & effici ab Haly fluvio, qua de re ſupra multis locis. *Caſaub.*

2. Οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι) Nihil mutandum. Simillimè dixit libro ſexto ἐροῦμεν δὲ κοινῶς ἃ παρειλήφαμεν, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι τοὺς τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντας. *Idem.*

3. Ἡ δὲ Ταρσὸς) Juliopolis quondam in gratiam Julii Cæſaris ab ipſis Tarſenſibus denominata. Dio libro XLVII. p. 342. ed. 1606. οὕτω γὰρ προσφιλῶς τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τῷ δευτέρῳ οἱ Ταρσεῖς εἶχον, ὥστε καὶ Ἰουλιόπολιν σφᾶς ἀπ' αὐτοῦ μετονομάσαι. *Idem.*

4. *Nervorum craſſicie & podraga*) Παχυνευοῦσι ῥοιζομένοις nihil eſt, neque quicquam valet παρυνευοῦσι. Plinius lib. 31. cap. 2. Cydnum podagricis mederi è Caſſio Parmenſi docet, idem eſt apud Vitruvium lib. 8. cap. 3. itaque correxi verba è conjectura, non admodum (puto) aliena: rem medicis diſputandam relinquo. De encycliis dixi ſuo loco, interim Græcam vocem Latinitate dono. *Xyland.*

5. Καὶ τοῖς παχυνευροῦσι καὶ ποδαγριζομένοις) Secuti ſumus Xylandri emendationem, quum liber Aldi haberet ῥοιζομένοις pro ποδαγριζομένοις: quam vocem eruditè reſtituit Xylander ex Plinio lib. XXXI. c. 2. & Vitruvio lib. VIII. cap. 3. Non diſſimulabo tamen Euſtathium, qui hunc locum citat ac deſcribit hanc vocem omittere. Sic ille de Cydno loquens in Dionyſium ad verſ. 867. ψυχρὸν δὲ, φασὶ, καὶ ταχὺ τὸ ῥεῦμα τοῦ Κύδνου, καὶ ἐπικουρεῖ τοῖς παχυνεύρουσι κτήνεσι. καὶ ἀνθρώποις. Ex quo loco hoc etiam diſcimus legendum eſſe in Strabone ταχὺ non τραχὺ: & ita eſt in ſcriptis codicibus. *Caſaub.*

laborantibus prodeſt. Tantum autem Tarſenſibus ſtudium rerum philoſophicarum, & diſciplinarum, quas encyclias dicunt Tarſenſes inceſſit: ut ſuperaverint Athenas, Alexandream, & ſi quis alius nominari poteſt locus, ubi philoſophorum & artium ad humanitatem pertinentium ſcholæ haberentur. Id intereſt: quòd Tarſi, qui ſtudia iſta colunt, ferè ſunt indigenæ: peregrini non facilè eò ventitant. At indigenæ domi non deſident, ſed ut perfectionem conſequantur, peregrè abeunt: perfectique libenter in alienis verſantur locis, domum redeunt pauci. Reliquarum, quas modò dixi, urbium diverſa eſt planè ratio, dempta Alexandrea, multi enim eò proficiſcuntur, & libenter ibi commorantur. indigenarum paucos videris aut aliò doctrinæ cauſa proficiſcentes, aut ibi degentes, ut litteris operam impendant. Alexandrinis utrumque uſu venit. Nam & multos recipiunt peregrinos, & emittunt ſuorum haud paucos. ſuntque apud eos omnis generis liberalium artium ſcholæ. Alioqui populoſa atque præpotens urbs eſt Tarſus, & metropolis rationem obtinet. Viri illuſtres ibi nati ſunt Antipater & Archedamus ac Neſtor Stoici. præterea duo Athenodori. Horum alter, Cordylio nomine, vixit cum M. Catone, & apud eum mortuus eſt: alter Sandonis F. quem & Cananitam à quodam pago denominant, Cæſaris præceptor fuit, magnoſque eſt honores conſecutus. Is cùm jam ſenex in patriam rediiſſet, ſtatum reip. mutavit, quam malè tractabat cum aliis Boëthus malus item ut poëta etiam civis, qui favore plebis conciliando plurimum valebat. Hunc etiam Antonius auxerat, cùm initio probaſſet carmen ejus in partam ad Philippos victoriam ſcriptum. Magis tamen extulit levitas Tarſenſibus tum familiaris: cùm is ad quodvis argumentum oblatum è tempore ſubito aliquid diceret. Quin etiam gymnaſii moderationem Tarſenſibus pollicitus Antonius, ei muneri Boëthum præfecit ſuo loco: eique ſumtuum faciendorum rationes ſunt creditæ. Deprehenſum eſt autem eum cùm alia, tum oleum peculari.

A καὶ ἀνθρώποις ἐπικουρεῖ. Τοσαύτη δὲ τοῖς ἐνθάδε ἀνθρώποις σπουδὴ πρός τε φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον ἅπασαν παιδείαν γέγονεν, ὥσθ᾽ ὑπερβέβληνται, καὶ Ἀθήνας, καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εἴ τινα ἄλλον τόπον δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ σχολαὶ καὶ διατριβαὶ τῶν φιλοσόφων, [1] καὶ τῶν λόγων γεγόνασι. Διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι ἐνταῦθα μὲν οἱ φιλομαθοῦντες, ἐπιχώριοι πάντες εἰσί· ξένοι δ᾽ οὐκ ἐπιδημοῦσιν ῥαδίως· οὐδ᾽ αὐτοὶ οὗτοι μένουσιν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τελειοῦνται ἐκδημήσαντες, καὶ τελειωθέντες, ξενιτεύουσιν ἡδέως, [2] κατέρχονται δ᾽ ὀλίγοι. Ταῖς δ᾽ ἄλλαις πόλεσιν ἃς

B ἀρτίως εἶπον, πλὴν Ἀλεξανδρείας, συμβαίνει τἀναντία· φοιτῶσι γὰρ εἰς αὐτὰς πολλοὶ, καὶ διατρίβουσιν αὐτόθι ἄσμενοι· τῶν δ᾽ ἐπιχωρίων οὐ πολλοὺς, οὔτ᾽ ἂν ἔξω φοιτῶντας ἴδοις κατὰ φιλομάθειαν, οὔτ᾽ αὐτόθι, περὶ τοῦτο σπουδάζοντας. Ἀλεξανδρεῦσι δ᾽ ἀμφότερα συμβαίνει· δέχονται γὰρ πολλοὺς τῶν ξένων, καὶ ἐκπέμπουσι τῶν ἰδίων οὐκ ὀλίγους· [3] καὶ εἰσὶ σχολαὶ παρ᾽ αὐτοῖς παντοδαπαὶ, τῶν ἄλλων περὶ λόγον τεχνῶν· καὶ τἄλλα τ᾽ εὐανδρεῖ, καὶ πλεῖστον δύναται, τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπέχουσα λόγον. Ἄνδρες δ᾽ ἐξ αὐτῆς γεγόνασι

C τῶν μὲν στωϊκῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδαμος, καὶ Νέστωρ· ἔτι δ᾽ Ἀθηνόδωροι δύο. ὧν ὁ μὲν Κορδυλίων καλούμενος, συνεβίωσε Μάρκῳ Κάτωνι, καὶ τελευτᾷ παρ᾽ ἐκείνῳ· ὁ δὲ τοῦ Σάνδωνος, ὃν καὶ Κανανίτην φασὶν ἀπὸ κώμης τινὸς, Καίσαρος καθηγήσατο, καὶ τιμῆς ἔτυχε μεγάλης· κατιών τε εἰς τὴν πατρίδα ἤδη γηραιὸς, κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, κακῶς φερομένην ὑπό τε ἄλλων καὶ Βοηθοῦ κακοῦ μὲν ποιητοῦ, κακοῦ δὲ πολίτου, δημοκοπίαις ἰσχύσαντος τὸ πλέον. Ἐπῆρε δ᾽ αὐτὸν, καὶ Ἀντώνιος κατ᾽ ἀρχὰς ἀποδεξάμενος τὸ γραφὲν εἰς τὴν ἐν

D Φιλίπποις νίκην ἔπος· καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ εὐχέρεια ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσι, ὥστ᾽ ἀπαύστως σχεδιάζειν παραχρῆμα πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν, καὶ δὴ καὶ γυμνασιαρχίαν ὑποσχόμενος Ταρσεῦσι τοῦτον * αὐτιγυμνασίαρχον κατέστησε, καὶ τὰ ἀναλώματα * ἐπίστευσεν αὐτῷ. Ἐφωράθη δὲ νοσφισάμενος τά τε ἄλλα [4] καὶ τοὔλαιον·

* Lego, καὶ τῶν φιλολόγων.

p. 674.

* Manuſſ. ἀντιγυμνασιάρχου.

* Scripti, ἐπίστευον.

1. Καὶ τῶν λόγων γεγόνασι) Philologos intelligit: & ita fortaſſe legendum. *Caſaub.*

2. κατέχονται) Κατέρχονται ſcripſi è ſenſu, & hiſtoriis, quas adducere nihil attinet. *Xyland.*

3. Καὶ εἰσὶ σχολαὶ παρ᾽ αὐτοῖς) Deeſſe quædam verba videntur: nam alioquin de Alexandrenſibus hæc videbuntur dici, quod non eſt. vel igitur paucula quædam deſunt: vel ſunt notis parentheſeos includenda quæcunque ſunt inter aſcripta verba, & ſuperiora illa καὶ τῶν λόγων γεγόνασι. *Caſaub.*

4. καὶ τοὔλαιον) Olei olim in gymnaſiis plurimus uſus, ut ex veterum multis locis apparet. *Idem.*

A ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς· εἶναι δὲ καὶ ἄλλας νήσους αὐτῆς μεταξὺ, καὶ τῆς Ἰνδικῆς· νοτιωτάτην δ' ἐκείνην. Κήτη δ' ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσὶ, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα. Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἕρμου, καὶ Καΰστρου πεδίον, καὶ Μαιάνδρου, καὶ Καΐκου, παραπλησίως εἴρηται, διὰ τὸ τὴν * ἐπιφερομένην τοῖς πεδίοις χοῦν, αὔξειν αὐτά· μᾶλλον δὲ γεννᾶν, ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην ὅση εὔγεως, καὶ μαλακή· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμοὺς, ὥστε τούτων, ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία· καὶ εὖ λέ-

B γεσθαι, ὅτι τούτων ἐστὶ τὰ πεδία. Τοῦτο δὲ [καὶ] ταυτόν ἐστι τῷ ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Νείλου, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ γῆς, ὅτι ἐκείνου δῶρόν ἐστι· διὰ τοῦτο δ' ὀρθῶς, καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος. Ἀριστόβουλος δὲ μόνα καὶ ὕεσθαι καὶ νίφεσθαι τὰ ὄρη, καὶ τὰς ὑπωρείας φησί· τὰ πεδία δὲ καὶ ὄμβρων ὁμοίως ἀπηλλάχθαι, καὶ νιφετῶν· ἐπικλύζεσθαι δὲ μόνον κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν· νίφεσθαι μὲν οὖν τὰ ὄρη κατὰ χειμῶνα· τοῦ δὲ ἔαρος ἀρχομένου καὶ τοὺς ὄμβρους ἐνάρχεσθαι, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λαμβάνειν ἐπίδοσιν· [1] τοῖς δὲ τῆς Ἀ-

C σίας καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι, καὶ λάβρους ἕως ἐπιτολῆς Ἀρκτούρου· ἔκ τε δὴ τῶν χιόνων, καὶ τῶν ὑετῶν πληρουμένους ποτίζειν τὰ πεδία. Κατανοηθῆναι δὲ ταῦτα, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων φησὶν, ὡρμηκότων μὲν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἀπὸ Παροπαμισαδῶν· μετὰ δὲ δυσμὰς Πληϊάδων, καὶ διατριψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν, [2] ἔν τε τῇ * ὑπ' Ἀσίων, καὶ τῇ Μουσικανοῦ γῇ τὸν χειμῶνα· τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου καταβεβηκότων εἰς τὰ πεδία, καὶ πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Ὑδάσπην καὶ τὴν Πώρου χώραν· Τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος ὕδωρ οὐκ ἰδεῖν, ἀλλὰ χιόνας μόνον· ἐν δὲ τοῖς

D Ταξίλοις πρῶτον ὑσθῆναι· καὶ ἐπειδὰ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ νικήσασι τὸν Πῶρον, ὁδὸς ἦν πρὸς ἕω ἐπὶ τὸν Ὕπανιν, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν, ὕεσθαι συνεχῶς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις· ἐπιτείλαντος δὲ τοῦ Ἀρκτούρου, γενέσθαι παῦλαν· διατρίψαντας δὲ περὶ τὴν ναυπηγίαν ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ καὶ πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως Πληϊάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις,

* Manuscr. ἐπιφορουμένην.

* Et hic locus suspectus. Interp. Ὑπασίων legunt. Malim Ἱππασίων.

profectò videtur hæc in Burgundia scripsisse, antequam sciret, quid rei esset navis aut mare. Quis unquam vel animo concipere potuit navem absque costis? Longe aliud voluit Strabo, nempe naves has male navigare quod non rectè velis essent instructæ, & quod ita essent fabricatæ, ut costæ utrinque carerent firmamento. Plura vide in observationibus Isaaci Vossii ad Pompon. Melam. Lib. III. cap. 7.

2. Τοῖς δὲ τῆς Ἀσίας) Corruptus locus: reponendum autem alicujus Indicæ gentis nomen. fortasse τοῖς δὲ Ἱππασίοις. *Casaub.*

3. Ἔν τε τῇ ὑπ' Ἀσίων) Legendum puto Ἱππασίων, ut paullò post. *Idem.*

1. Τοῦ

p. 692. καὶ φθινόπωρον πᾶν, καὶ τὸν χειμῶνα, καὶ τὸ A ἐπιὸν ἔαρ, καὶ τὸ θέρος ἐν τῷ κατάπλῳ πραγματευθέντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν Παταληνὴν περὶ κυνὸς ἐπιτολήν· δέκα μὲν δὴ τοῦ κατάπλου γίνεσθαι μῆνας, οὐδαμοῦ δ' ὑετῶν αἰσθέσθαι, οὐδ' ὅτε ἐπήκμασαν οἱ ἐτησίαι· τῶν δὲ ποταμῶν πληρουμένων τὰ πεδία κλύζεσθαι· τὴν δὲ θάλατταν ἄπλουν εἶναι τῶν ἀνέμων ἀντιπνεόντων, ἀπὸ γαίας δὲ μηδεμιᾶς πνοῆς ἐκδεξαμένης. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Νέαρχος λέγει· περὶ δὲ τῶν θερινῶν ὄμβρων οὐχ ὁμολογεῖ· ἀλλά φησι ὕεσθαι τὰ πεδία θέρους, χειμῶνος δ' ἄνομβρα εἶναι. Λέγουσι δ' ἀμφότεροι, καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. B Ὁ μέν γε Νέαρχος [1] τοῦ Ἀκεσίνου πλησίον στρατοπεδεύοντός φησιν ἀναγκασθῆναι μεταλαβεῖν τόπον ἄλλον ὑπερδέξιον κατὰ τὴν ἀνάβασιν, γενέσθαι δὲ τοῦτο κατὰ θερινὰς τροπάς. Ὁ δ' Ἀριστόβουλος καὶ μέτρα τῆς ἀναβάσεως ἐκτίθεται τετταράκοντα πήχεις, ὧν τοῖς μὲν εἴκοσιν ὑπὲρ τὸ προϋπαρχον βάθος πληροῦν μέχρι χείλους τὸ ῥεῖθρον, τοῖς δ' εἴκοσιν ὑπέρχυσιν εἶναι εἰς τὰ πεδία. Ὁμολογοῦσι δὲ καὶ διότι συμβαίνει νησίζειν τὰς πόλεις, ἐπάνω χωμάτων ἱδρυμένας, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ· μετὰ δὲ Ἀρκτοῦρον παύεσθαι τὴν πλημμύραν, * ἀποβαίνοντος τοῦ ὕδατος· C [2] Ἔτι δ' ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ἀπὸ τοῦ * ψύχοντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν, καὶ ὅμως φύεσθαι τὸν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν. Τὴν δ' ὄρυζαν φησὶν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ· πρασιὰς δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ, τετράπηχυ, πολύσταχύ τε, καὶ πολύκαρπον· θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν Πληϊάδος, [3] καὶ πτίζεσθαι ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ, καὶ Βαβυλωνίᾳ, καὶ Σουσίδι· καὶ ἡ κάτω δὲ Συρία φύει.

* Scripti, ὑποβαίνοντος.

totum autumnum & hyemem & ver & adventantem æstatem in navigatione occupantes circiter canis exortum in Pattalenam perveniſſe: cum menſes X navigantes nunquam aquam ſenſiſſent, vigentibus etiam Eteſiis. Fluminum verò eluvione campos inundatos, mare propter contrarios ventos, quia nullus à terra flatus proſequebatur: navigari non potuiſſe. Idem Nearchus affirmat. De æſtivis autem imbribus non conſentit: ſed æſtate complui campos, hyeme non item, adſerit. De fluminum exundatione convenit inter eos. Nearchus cum prope Aceſinem caſtra poſuiſſent, coactos ait fuiſſe aquis ſe extollentibus in arduum magis locum ea ſubducere: idque circa æſtivum ſolſtitium contigiſſe. Ariſtobulus exundantiæ [2] menſuram cubitorum XL tradidit, quorum viginti alveum implerent ſupra priorem profunditatem, uſque ad labrum, reliqui autem XX in campos effunderentur. Id quoque uno ore dicunt inſularum in morem aquis ambiri urbes, aggeribus impoſitas, quemadmodum in Ægypto etiam & Æthiopia. Poſt Arcturum autem jam aqua ſubſidente, ceſſare inundationem. Addit etiam terram ſemigelatam & frigore fiſſam ſeri & fruges optimas gigni. Ariſtobulus dicit oryzam in aquis eluvionis ſtare, factis areolis quibuſdam eſſe, eam continentibus: ſtirpis altitudinem eſſe quatuor cubitorum, ipſam multarum ſpicarum, multique fructus, meti ſub Plejadum occaſum, & zeæ more contundi. Naſci etiam in Bactriano agro, & in Babylonio, & in Suſio, & in inferiore Syriæ.

1. Τοῦ Ἀκεσίνου πλησίων στρατοπεδεύοντος) Vel στρατοπεδεύοντας, legendum eſt, vel τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀκεσίνου πλησίον στρ. Arrianus ſic, καὶ ἔφυγην ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὰ πεδία. Caſ.

2. *Menſuram.*) Μετὰ erat, quod facillimo lapſu potuit pro μέτρον ſubſtitui, & μέτρον legiſſe videtur interpres. *Xyland.*

3. Ἔτι δὲ ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ἀπὸ τοῦ ψύχοντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν) Hunc locum litera unica pro altera malè poſita mirificè obſcurat. Nam quid eſt χαραχθεῖσα γῆ ὑπὲρ τοῦ ψύχοντος ὀρυκτοῦ? Interpretis quidem Xylandri verſio, nive Gallica frigidior mihi viſa. Legendum eſt, ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν. Laudat Strabo hanc terram quod levi ſulco aretur, ut de Syria Plinius ait, cujus verba ſcripſi, ut hunc locum illuſtrarent. *Syria*, inquit, *tenui ſulco arat, cum multifariam in Italia octoni boves ad ſingulos vomeres anhelent.* (Contrarium de agris Italiæ idem Plinius ait: & eleganter D alter Plinius (Lib. V. Epiſt. 6.) in deſcriptione Tuſcorum ſuorum *Campi*, inquit, *quos non niſi ingentes boves & fortiſſima aratra perfringunt. Tantis glebis tenaciſſimum ſolum; quum primum perſecatur, aſſurgit, ut novo demum ſulco perdometur.*) Errat etiam Xylander cum ἡμίψυκτον vertit ſemigelatam. Nam ita potius locus debuit verti, *Terram autem dum eſt adhuc ſemiſicca, ſeri, à quolibet foſſore leviter ſciſſam.* Sic locutus eſt libro ſeptimo, Ἡ δὲ ἄλλη πεδιὰς καὶ εὔγαιός ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριάκοντα γοῦν ἀποδίδωσι διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη. Potes etiam vocem ὀρυκτοῦ accipere de inſtrumento quo terra χαράσσεται, quam interpretationem juvat locus libri undecimi. πολλαχοῦ γοῦν σπαρεῖσαν ἅπαξ, δὶς ἐκφέρειν καρπὸν ἢ καὶ τρίς· τὸν δὲ πρῶτον δὲ πεντηκοντάχουν ἀνέαστον· καὶ ταῦτα οὐδὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν, ἀλλ' αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ. *Idem.*

4 Καὶ πτίζεσθαι ὡς τὰς ζειάς.) Manuſcripti βαπτίζεσθαι· πτίζεσθαι certè mendo non caret. Nam πτίσσεσθαι potius erat dicendum. *Idem.*

1. Ὁ

Megillus ſcribit, eam ante pluvias ſeri: cultu tamen & irrigatione indigere, & clauſis aquis irrigari. Boſmorum Oneſicritus ait frumenti genus eſſe minus tritico & inter amnes naſci: torreri autem, cùm in area excutitur: ſed jurare, iſtos non priùs ex area ſe elaturos, quam igni frixerint: id eò faciunt ne ſemen exportetur. Porrò Ariſtobulus expoſita & ſimilitudine hujus regionis, qua attingit Ægyptum atque Æthiopiam, & quid ab eis haberet diverſi: cùm auſtrinis imbribus, Nilus impleatur, Indici fluvii ſeptentrionalibus: cauſam quærit, quare intermedia loca imbribus careant: nam nec inter Thebaica uſque in Syenem, & loca Meroæ proxima, nec in Indicæ partibus à Pattalena uſque in Hydaſpem pluit. Superiorem verò regionem, in qua & pluit & ningit: perinde excoli dicit, atque aliam, quæ eſt extra Indiam, cum ab imbribus & nivibus humectetur. Porrò ex iis quæ refert veriſimile eſt, terram facilè terræmotibus concuti ab humiditate nimia laxatam: & facilè rumpi, ut etiam fluminum alvei immutentur. Ipſe quidem ad rem quandam gerendam ſe miſſum, vidiſſe affirmat mille vel amplius urbium & vicorum regionem deſertam, cùm Indus proprium alveum reliquiſſet, & ad ſiniſtram converſus eſſet in alium longè profundiorem, & quaſi ſe inde præcipitaſſet: adeò ut regio ad dextram relicta non amplius effuſionibus irrigaretur, cùm non modo alveo recente ſublimior eſſet: ſed etiam omni fluminis inundatione. Flumina autem exundare, & ventos à terra non ſpirare, id comprobatur verbis Oneſicriti. Is enim maritimam oram dicit paluſtrem undoſamque eſſe, præſertim ad fluminum oſtia, propter limum & maris effluxum, & propterea quod marini venti prævaleant. Megaſthenes Indiæ fœcunditatem ex eo maximè declarat, quòd ea bis fructum ferat uno in anno. Idem Eratoſthenes inquit, alteram hybernam ſementem,

A Μέγιλλος δὲ τὴν ὄρυζαν σπείρεσθαι μὲν πρὸ τῶν ὄμβρων φησίν· ἀρδείας δὲ καὶ φυτείας δεῖσθαι ἀπὸ τῶν κλειστῶν * πληζομένην ὑδάτων. Περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, [1] ὅν φησιν Ὀνησίκριτος· διότι [2] σεπτός ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ· γίνεται δ᾽ ἐν ταῖς μεσοποταμίαις. Φρύγεται δ᾽ ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνυμένων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω, τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα. Τὴν δ᾽ ὁμοιότητα τῆς χώρας ταύτης πρός τε τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ πάλιν τὴν ἐναντιότητα, παραθεὶς ὁ Ἀριστόβουλος, διότι τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, τοῖς Ἰνδικοῖς ποταμοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν, p. 693.
B ζητεῖ πῶς οἱ μεταξὺ τόποι οὐ καταμβροῦνται. οὔτε γὰρ ἡ Θηβαῒς μέχρι Συήνης, καὶ τῶν ἐγγὺς Μερόης, οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Παττηλήνης, μέχρι τοῦ Ὑδάσπου· τὴν δ᾽ ὑπὲρ ταῦτα τὰ μέρη χώραν, ἐν ᾗ καὶ ὄμβροι, καὶ νιφετοὶ παραπλησίως ἔφη γεωργεῖσθαι τῇ ἄλλῃ τῆς ἔξω τῆς Ἰνδικῆς χώρᾳ· ποτίζεσθαι γὰρ ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν χιόνων. Εἰκὸς δ᾽ οἷς εἴρηκεν οὗτος, καὶ εὔσειστον εἶναι τὴν γῆν, χαυνουμένην ὑπὸ τῆς πολλῆς ὑγρασίας, καὶ ἐκρήγματα λαμβάνουσαν, ὥστε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀλλάττεσθαι. Πεμφθεὶς γοῦν ἐπί τινα χρείαν, ἰδεῖν φησιν ἐρημωθεῖσαν χώραν
C πλειόνων, ἢ χιλίων πόλεων σὺν κώμαις, ἐκλιπόντος τοῦ Ἰνδοῦ τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ἐκτραπομένου δ᾽ εἰς τὸ ἕτερον ἐν ἀριστερᾷ κοιλότερον πολὺ, καὶ οἷον καταῤῥάξαντος, εἰς τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἐν δεξιᾷ χώραν μηκέτι ποτίζεσθαι ταῖς ὑπερχύσεσι μετεωροτέραν οὖσαν, [3] οὐ τοῦ ῥείθρου τοῦ καινοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπερχύσεων. Ταῖς δὲ τῶν ποταμῶν πληρώσεσι, καὶ τὸ τοὺς ἀπογαίους μὴ πνεῖν, ὁμολογεῖ καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Ὀνησικρίτου. Τεναγώδη γάρ φησιν εἶναι τὴν παραλίαν, καὶ μάλιστα κατὰ * τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, διά τε τὴν
D χοῦν καὶ τὰς πλημμυρίδας, καὶ τὴν τῶν πελαγίων ἀνέμων ἐπικράτειαν. Μεγασθένης δὲ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς Ἰνδικῆς ἐπισημαίνεται, [4] τῷ δίκαρπον εἶναι καὶ δίφορον· καθάπερ καὶ Ἐρατοσθένης ἔφη, τὸν μὲν εἰπὼν σπόρον χειμερινὸν,

* Manuſſ. ἀρδευομένην.

* Scripti τὸ στόμα.

1. Ὃν φησιν Ὀνησίκριτος, διότι σεπτός ἐστι) Epitomes auctor σῖτος ἐστί. Et ſanè vox σεπτὸς mihi eſt incognita: quam tamen in veteribus codicibus reperias, & priore interprete. boſmori meminit etiam Diodorus libro ſecundo, πολὺ δὲ ὄσπριον καὶ διάφορον, ἔτι δὲ ὄρυζα καὶ τὸ προσαγορευόμενον βόσμορον. Sic ibi legendum, vulgò βόσπορον. *Caſaub.*

2. Σεπτός) de boſmoro pro σεπτὸς eſt σῖτος in epitomis, quod & prætuli. *Xyland.*

3. Οὐ τοῦ ῥείθρου τοῦ καινου μονὸν) Sic erat, illud καινοῦ, ſi attentè locum conſideres: facilè καινοῦ fuiſſe verum deprehendes interpres omiſit. &c. (ne quid diſſimulem) olim me dubium tenuit: toto loco cum ſuperioribus comparato, vidi me in ſcirpo nodum quærere, ut aiunt. *Xyland.*

4. Τῷ δίκαρπον εἶναι καὶ δίφορον) Plinius H. Nat. Lib. VI. c. 17. *Alia illius cœli facies, alii ſiderum ortus, binæ meſſes in anno, binæ æſtates, media inter illa hyeme eteſiarum flatu: noſtra vero brumali.* Diodorus, τὰ πολλὰ δὲ τῆς χώρας ἀρδεύεται καὶ διὰ τοῦτο διττοὺς ἔχει τοὺς κατ᾽ ἔτος καρπούς. *Caſaub.*

A τὸν δὲ θερινόν, καὶ ὄμβρον ὁμοίως· οὐδὲν γὰρ ἔτος εὑρίσκεσθαι φησὶ πρὸς ἀμφοτέρους καιροὺς ἄνομβρον· ὥστε εὐετηρίαν ἐκ τούτου συμβαίνειν, ἀφόρου μηδέ ποτε τῆς γῆς οὔσης· [1] τούς τε ξυλίνους καρποὺς γεννᾶσθαι πολλούς, καὶ τὰς ῥίζας τῶν φυτῶν καὶ μάλιστα τῶν μεγάλων καλάμων, γλυκείας καὶ φύσει καὶ ἑψήσει, χλιαινομένου τοῦ ὕδατος τοῖς ἡλίοις, τοῦ τ' ἐκπίπτοντος ἐκ Διός, καὶ τοῦ ποταμίου. Τρόπον δή τινα λέγειν βούλεται, διότι ἡ παρὰ τοῖς ἄλλοις λεγομένη πέψις καὶ καρπῶν καὶ χυμῶν, παρ' ἐκείνοις ἕψησίς ἐστι· καὶ κατεργάζεται τοσοῦτον εἰς εὐστομίαν, ὅσον καὶ ἡ διὰ πυρός· διὸ καὶ τοὺς κλάδους τῶν δένδρων φησὶν εὐκαμπεῖς εἶναι, ἐξ ὧν οἱ τροχοί· [2] Ἐκ δὲ τῆς B αὐτῆς αἰτίας, ἐνίοις καὶ ἐπανθεῖν ἔριον. Ἐκ τούτου δὲ Νέαρχος φησὶ τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι, [3] καὶ τοῖς σαγμασισάγην· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Σηρικά, [4] ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου.
p. 694. Εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων [5] ὅτι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν· [6] οὐ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον· ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν. [7] Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει, ὧν ἐστι καὶ τό, κάτω νεύοντας * ἔχειν τοὺς κλάδους, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ περιεργότερον τὰ ἐν τῇ Μουσικανοῦ διεξιών, ἅ φησι νοτιώτατα εἶναι τῆς Ἰνδικῆς, C διηγεῖται μεγάλα δένδρα εἶναί τινα, ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας, [εἶτ' ἀναδοθέντας] [8] ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα· ἔπειτα τὴν λοιπὴν αὔξησιν κατωφερῆ λαμβάνειν, ὡς ἂν κατακαμπτομένους ἕως ἂν ἅψωνται τῆς γῆς·

* Manuſſ. ἔχον.

alteram æſtivam nominans quo modo & imbrem. Nullum enim annum inveniri dicit utroque tempore ſine pluvia, qua propter magnam eſſe ubertatem, cum ſemper terra ſit fœcunda. Fructus autem arboreos multos gigni, radices ſtirpium, præſertim magnarum arundinum, & natura & decoctione dulces eſſe, aqua à ſolibus tepefacta, tam cœleſti quam pluviali. Quodammodo igitur id videtur dicere eam quæ apud alios & fructuum & ſuccorum maturitas dicitur, apud illos concoctionem eſſe, quæ tantum ad ſuavitatem ſaporis conducat, quantum ea quæ per ignem fit. Idcirco etiam ramos arborum flexiles eſſe dicit, è quibus rotæ fiant: ob eandem cauſam, in quibuſdam lanam innaſci, ex qua Nearchus ait ſindonas ſubtilis & reticulati operis texi, & Macedones ea pro tomento uſos, ac clitellis ſubjeciſſe: ſerica etiam ejuſdem generis eſſe, byſſo ſcilicet ex corticibus quibuſdam excarminata. Tradit idem arundinem mel ſine apibus gignere: & cum non ſit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrium facere. India multas quidem admirabiles arbores fert, è quibus eſt cujus rami ad terram propendent: foliis non minoribus clypeo. Oneſicritus curioſius ea perſequens quæ ſunt in Muſicana terra, Indiæ auſtraliſſima, refert arbores quaſdam ingentes eſſe, quarum rami cum ad duodenos cubitos creverint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexi quouſque terram contingant:

1. *Τούς τε ξυλινοὺς καρποὺς γεννᾶσθαι πολλοὺς*) Græci *ξυλίνους καρποὺς* vocant omnes fructus qui ex arboribus colliguntur: ſicut & Hebræi dicunt פרי־עץ qui etiam עץ ſive *ξύλον* pro arbore uſurpant: eóſque imitantur & qui Græcè ſcripſêre ſacri auctores ut Johannes Apocalypſ. cap. 2. commate 7. Strab. lib. quinto *καρποὺς ξυλίνους* & *σιτικοὺς* opponit. Athenæus libro tertio cap. 5. pag. 78. *ὅτι δὲ πάντων τῶν καλουμένων ξυλίνων καρπῶν ὠφελιμώτερα ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ σῦκα, ἱκανῶς Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος διὰ πολλῶν ἀποδείκνυσιν.* Diodorus libro tertio ait Dionyſium docuiſſe homines *τὰς οἰνοποσίας καὶ συγκομιδὰς τῶν ξυλίνων καλουμένων καρπῶν.* *Caſaub.*

2. *Ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐνίοις καὶ ἐπανθεῖν ἔριον*) De lanigeris arboribus vide Plinium H. N. Lib. XII. c. 10. Non prætermittam de iis locum Arriani: quia & elegans eſt, & interpreti viro alioquin docto, aqua hæſiſſe ibi videtur. Notat ille. Indos veſci certarum arborum corticibus. vocari autem illas arbores Indorum lingua, *Tala*, naſcíque in iis ſicut in palmarum ſummitatibus, veluti glomos lanarum carptarum. Verba Arriani ipſius infra ſcripſi (Hiſtor. Indic. lib. cap. 7.) *σιτέεσθαι δὲ τῶν δενδρέων τὸν φλοιόν· καλέεσθαι δὲ τὰ δένδρεα ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ Τάλα· καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν κατάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσιν, οἵαπερ τολύπας.* *Idem.*

D

3. *Καὶ τοῖς σαγμασισάγην*) legendum, *καὶ τοῖς σάγμασι σαγῆς.* Antea emendavi, *καὶ τῆς σαγματοσάγης.* Sed nunc hoc magis probo. *Σάγην* vocat tomentum, quo farciuntur *σάγματα*, de quibus nos fuſius. p. 824. a. F. Nam *σάττειν* idem quod *implere & farcire* eſt. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 701. b. G.

4. *Ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου*) Malè in Græco codice *φλοιῶν* legitur, cùm corrigendum ſit, ſerica *ἐκ φύλλων foliis* arborum excarminari. La Cerda in Virgil. Georgic. lib. II. pag. 285. a.

5. *Ὅτι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν*) Notum eſt ſaccharum à veteribus Græcis & Latinis fuiſſe mel appellatum. Tertullianus libr. De judicio Dei,

Mella viridanti confragant pinguia canna.

vide Plinium lib. XII. c. 8. Dioſcoridem cap. CCXCII. & Arriani Periplum maris Rubri. *Caſaub.*

6. *Οὐ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον, ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν*) Hic locus mihi eſt de menda ſuſpectus: ſic tamen & veteres codices. vetus interpres de arundinibus ex quibus ſaccharum colligitur accepit. Sed an eæ ebrietatem afferant viderint *ἰατρῶν παῖδες.* *Idem.*

7. *Πολλὰ δὲ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει*) Arborum Indicarum multis locis Plinius meminit. Diodorus quoque Siculus lib. XVII. ſic ſcribit de Indiæ regione quadam *δένδρων γὰρ εἶχε γένη διαλάττοντα, καὶ τὸ μὲν ὕψος ἔχοντα πηχῶν ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ πάχος μόλις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενον, τριῶν δὲ πλεθρῶν σκιὰν ἀποτελοῦντα.* *Idem.*

8. *Ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα*) *ἐπὶ πήχεις ια* (ſic emaculandum) *καὶ δώδεκα.* Vid. Caſpar. Barth. Animad ad Papin. Statii IV. Thebaid. p. 1002.

1. Ὥστε

deinde terram ſubeant, ac radices agant veluti traduces: mox rurſus in truncum exeant, à quo poſtquam aucti fuerint, in eodem modo flectantur, & aliam propaginem efficiant: rurſuſque aliam, & ſic deinceps, ut ab una arbore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti ſimile. Refert ad hæc miras arborum magnitudines, quarum ſtipitem vix quinque homines complecti queant. Ariſtobulus ad Aceſinem, ac ubi is Hyarotidi permiſcetur, de arboribus dicit quæ ramos deflexos habent, & de earum magnitudine, ut ſub una arbore quinquaginta equites meridiari poſſint. Ille vero quadringentos ait. Narrat etiam Ariſtobulus, arborem eſſe 3 non magnam, quæ magnas ſiliquas habeat fabarum ſimiles, denorum digitorum longitudine, mellis plenas: quas qui ederint, non facile evadant mortem. Qui dixerunt trans Hyarotidem viſam fuiſſe arborem, quæ umbram in meridie faceret quinque ſtadiorum, cunctorum de arborum magnitudine ſermonem exceſſerunt. Idem tradit lanigerarum arborum florem nucleum habere: quo exempto reliquum lanæ in morem carminetur. In Muſicani regione frumentum ſponte naſci tritico perſimile ait: itemque vites viniferas cum cæteri vino carere Indiam dicant, adeo ut nec ibi tibia ſit, ut Anacharſis ajebat, nec ullum aliud muſicum inſtrumentum præter cymbala & tympana & crepitacula, quibus uti præſtigiatores ſolent.

A ἔπειτα κατὰ γῆς διαδοθέντας ῥιζοῦσθαι ὁμοίως ταῖς κατώρυξιν, εἶτ' ἀναδοθέντας στελεχοῦσθαι· ἐξ οὗ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐξήσει κατακαμφθέντα, ἄλλην κατώρυγα ποιεῖν, εἶτ' ἄλλην· καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μακρὸν, πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον. Λέγει δὲ καὶ μεγέθη δένδρων, 1 ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι τὰ στελέχη. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκεσίνην, καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑάρωτιν, καὶ Ἀριστόβουλος εἴρηκε περὶ τῶν καταχαμπτομένους ἐχόντων τοὺς κλάδους, καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· 2 ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας B πεντήκοντα· οὗτος δὲ τετρακοσίους. Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος, 4 καὶ ἄλλο δένδρον, * οὐ μεγάλους λοβοὺς λεπίσματα καρποὺς ἔχον ὡς ὁ κύαμος, δέκα δακτύλους τὸ μῆκος πλήρεις μέλιτος· τοὺς δὲ φαγόντας, οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι. Ἅπαντας δ' ὑπερβέβληνται περὶ τοῦ μεγέθους τῶν δένδρων, οἱ φήσαντες ἑωρᾶσθαι πέραν τοῦ Ὑαρώτιδος δένδρον, ποιοῦν σκιὰν ταῖς μεσημβρίαις πεντασταδίον. Καὶ τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶν οὗτος 5 τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα· ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου, ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως ταῖς ἐρέαις. Ἐν δὲ τῇ Μουσι- C κανοῦ, καὶ σῖτον αὐτοφυῆ λέγει πυρῷ παραπλήσιον· καὶ ἄμπελον, ὥστ' οἰνοφορεῖν, 6 τῶν ἄλλων ἄοινον λεγόντων, τὴν Ἰνδικήν· 7 ὥστε μηδ' αὐλὸν εἶναι κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν, μήτ' ἄλλο τῶν μουσικῶν ὀργάνων μηδὲν 8 πλὴν κυμβάλων καὶ τυμπάνων, καὶ κροτάλων, ἃ τοὺς θαυματοποιοὺς κεκτῆσθαι.

1. Ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι) Diodorus ait quatuor. *Caſaub.*

2. Ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα) Arrianus ex Nearcho refert Sophiſtas Indorum æſtate verſari ſolitos in pratis & paluſtribus locis ſub arboribus tantæ magnitudinis ut unius umbra ad quinque jugera in circuitu extendatur: poſſe etiam mille Sophiſtas unius arboris umbra contegi. *Idem.*

3. *Non magnam.*) Οὐ μεγάλους λοβοὺς λεπίσματα, voces ſunt planè non cohærentes, poſterior ſquamas, prior vibras aut prominentias potiùs quaſdam ſignificat. *Xyland.*

4. Καὶ ἄλλο δένδρον, οὐ μεγάλους λοβοὺς λεπίσματα καρποὺς ἔχον) Locus eſt miſerè corruptus: quem tamen in integrum reſtitueris ſi gloſſema, quo eſt inquinatus, ſuſtuleris. Sic igitur lege, Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλο δένδρον μέγα, μεγάλους ἔχον λοβοὺς ὡς ὁ κυαμὸς δεκαδακτύλους. Tollendæ enim omnino ſunt illæ voces λεπίσματα καρπούς. in quibus vocibus dupliciter peccatum eſt, primum quidem quando in contextu ſunt admiſſæ quum eſſent ejus gloſſa. deinde ipſæ etiam fuere corruptæ. Nam ſcribendum fuit λεπίσματα καρποῦ. hæc enim verba fuerunt aſcripta aut ſuperſcripta potius (qui fuit veterum mos) voci λοβοὺς tanquam ejus interpretamentum: & id quidem non malum. Eſt enim λοβὸς, fabarum integumentum: non illud quidem quo ſingulæ involvuntur, ſed quo plures ſimul. ſiliquam Latini vocant. Gloſſarium *Siliqua* κυάμου καὶ φασήλου λοβός. & λοβὸς τῶν χεδρόπων. In eodem Gloſſario alibi copioſius exponitur quot modis vox λοβὸς ſoleat accipi: quem locum aſcripſi, Λοβὸς ὀσπρίου, Siliqua. Λοβὸς ὠτίου, Lamna. Λοβὸς ἥπατος, fibra, fiber. Λοβοὶ τῶν σπλάγχνων, Hæ lactes. vide D etiam Suidam. *Caſaub.*

5. Τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα) Arrianus τολύπας vocat quod arboribus ἐριοφόροις innaſcitur. *Idem.*

6. Τῶν ἄλλων ἄοινον λεγόντων, τὴν Ἰνδικὴν) Arrianus ex Megaſthene refert Bacchum οἴνου δοτῆρα Ἰνδοῖς γενέσθαι καθάπερ Ἕλλησι. *Idem.*

7. Ὥστε μηδ' αὐλὸν εἶναι κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν) Anacharſis interrogatus an eſſent mulierculæ αὐλητρίδες apud Scythas. Atqui ait ille reſpondens, vitem non habent Scythæ. Extat dictum Anacharſidis apud Ariſtotelem Analyt. poſteriorum lib. priore. Plutarchum, Laërtium, Euſtathium. *Idem.*

8. Πλὴν κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ κροτάλων) Apud Græcos hæc erant Magnæ matris initia & crepundia. Vide libro decimo. Indos vero docuit Bacchus, ait Arrianus θεοὺς σέβειν ἄλλους τε καὶ μάλιστα δὴ ἑαυτὸν, κυμβαλίζοντας καὶ τυμπανίζοντας. Idem.

A [1] Καὶ πολυφάρμακον δὲ, καὶ πολύρριζον, τῶν τε σωτηρίων, καὶ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ πολυχρώματον, καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἄλλοι γε. Προστίθησι δ᾽ οὗτος, ὅτι καὶ νόμος εἴη τῶν ἀνευρόντα τι τῶν ὀλεθρίων, ἐὰν μὴ προσανεύρῃ καὶ τὸ ἄκος αὐτοῦ, θανατοῦσθαι· ἀνευρόντα δὲ, τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν.
p. 695. Ἔχειν δὲ καὶ κιννάμωμον, καὶ νάρδον, καὶ ἄλλα ἀρώματα τὴν νότιον γῆν τὴν Ἰνδικὴν ὁμοίως, ὥσπερ τὴν Ἀραβίαν, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ἐχουσάν τι ἐμφερὲς ἐκείνοις κατὰ τοὺς ἡλίους· διαφέρει δὲ τῷ πλεονασμῷ τῶν ὑδάτων, ὥστ᾽ ἔνικμον τὸν ἀέρα εἶναι, καὶ τροφιμώτερον παρὰ τοῦτο, καὶ γόνιμον μᾶλλον· ὡς δ᾽ αὔτως καὶ τὴν B γῆν· καὶ τὸ ὕδωρ ἤδη· καὶ μείζω τά τε χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ τὰ καθ᾽ ὕδατος, τὰ ἐν Ἰνδοῖς τῶν παρ᾽ ἄλλους εὑρίσκεσθαι. [2] Καὶ τὸν Νεῖλον δ᾽ εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἄλλα, καὶ τὰ ἀμφίβια· τάς τε γυναῖκας ἔσθ᾽ ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας. [3] Ἀριστοτέλης δὲ, καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι· [4] καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον, καὶ τρόφιμον, διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων μετρίαν ἕψησιν, αὐτὸ καταλιπόντων τὸ τρόφιμον, τὸ δὲ περιττὸν ἐκθυμιώντων. Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τοῦτο συμβαίνειν εἰκὸς, ὅπερ φησὶν οὗτος, ὅτι τῷ ἡμίσει πυρὶ ἕψεται C τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ, ἢ τὰ ἄλλα. Ὅσῳ δέ γε φησὶ τὸ μὲν τοῦ Νείλου ὕδωρ δι᾽ εὐθείας ἔπεισι πολλὴν χώραν, καὶ στενὴν, καὶ μεταβάλλει πολλὰ κλίματα, καὶ πολλοὺς ἀέρας· τὰ δ᾽ Ἰνδικὰ ῥεύματα, ἐς πεδία ἀναχεῖται μείζω, καὶ πλατύτερα, ἐνδιατρίβοντα πολὺν χρόνον τοῖς αὐτοῖς κλίμασι· τόσῳ δὲ ἐκεῖνα τούτου τροφιμώτερα, διότι καὶ τὰ κήτη μείζω τε, καὶ πλείω· καὶ ἐκ τῶν νεφῶν δὲ ἑφθὸν ἤδη χεῖσθαι τὸ ὕδωρ.

Item Indiam multa medicamenta habere, & multas herbarum radices, tum salutares, tum noxias: quemadmodum & multos colores: & hic & alii dixerunt. Addit legem esse, si quis exitiale aliquid invenerit, nisi & remedium ejus reperiat, morte plecti: si adinvenerit honorem ei à regibus haberi. Esse Indiæ australi cinnamomum, nardum, & alia aromata, quemadmodum Arabiæ & Æthiopiæ: cui quod ad radios solares attinet persimilis sit: differat autem aquarum abundantia, unde aër udus est, & fœcundior proinde atque ad nutriendum uberior: ac eodem modo & terra & aqua: quapropter animalia tum terrestria, tum aquatilia apud Indos quam cæteros majora esse: siquidem etiam Nilus cæteris fœcundior sit, & magna producit, cum alia, tum ea quæ ancipitis sunt vitæ. Ægyptiæ quoque mulieres interdum quater geminos pariant. Narrat Aristoteles, quandam septem geminos peperisse. Idem Nilum fœcundissimum vocat, & largè nutrientem propter moderatam solis decoctionem, relinquentis nutrimentum & superfluum evaporantis. Ex eadem causa verisimile est id contingere, quod hic dicit, Nili aquam dimidio minori igne decoqui quam cæteras. Quanto autem magis (inquit) Nili aqua, multam & angustam regionem rectè percurrit, & multos aëres ac mundi varias plagas permutat: Indica vero flumina in majores latioresque effunduntur campos, diu in iisdem regionibus immorantia: tanto illa hoc magis nutriunt: unde & cete plurima generant & majora. Præterea aquam jam decoctam è nubibus effundi.

1. Καὶ πολυφάρμακον δὲ καὶ πολύρριζον.) Sic infra laudat τὴν ἀρετὴν τῶν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων Ἰνδικῶν. *Cas.*

2. Καὶ τὸν Νεῖλον δ᾽ εἶναι γόνιμον) Vide libro ultimo. p. 788. *Idem.*

D 3. Ἀριστοτέλης δὲ, καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι) Id verò facile Aristoteli credo: Nam Paulus Jurisconsultus amplius ait, frequens id esse in Ægypto. Verba ejus infra scripsi. *Nam traditum est, & quatuor pariter puellas à matre familias natus esse. Alioquin tradidere non leves auctores, quinquies quaternas enixam Peloponnesi: multas Ægypti uno utero septenos. Sed & tergeminos senatores cinctos vidimus Horatios. Sed & Lælius scribit, se vidisse in palatio mulierem liberam, quæ ab Alexandria perducta est, ut Hadriano ostenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa* (inquit) *dicebatur, quintum post diem quadragesimum.* Hæc Paulus in lege III. Dig. *Si pars hæreditatis petatur:* quibus addere potes quæ scribit Julianus in lege XXXVI. Dig. *De solutionibus & liberationibus.* Porro Aristotelis locus hodie non exstat: Suspicatus autem sum aliquando non ἑπτάδυμα scripsisse Strabonem, sed πεντάδυμα. Nam ita video locum illum Aristot. ab aliis proferri. A. Gell. lib. X. cap. 2. *Aristoteles philosophus memoriæ tradidit, mulierem in Ægypto uno partu quinque enixam pueros: eumque esse finem multijugæ hominum partionis, neque plures unquam simul genitos compertum. hunc autem esse numerum ait rarissimum.* Ipsius Aristotelis verba sunt in historia animalium lib. VII. cap. 4. loquentis de partus muliebris ratione varia. τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον καὶ παρὰ τοῖς πλείστοις, ἓν τίκτουσιν αἱ γυναῖκες. πολλάκις δὲ καὶ πολλαχοῦ δίδυμα, οἷον περὶ Αἴγυπτον· τίκτουσι δὲ καὶ τρία καὶ τέτταρα περὶ ἐνίους μὲν καὶ σφόδρα τόπους ὥσπερ εἴρηται πρότερον πλεῖστα δὲ τίκτεται πέντε τὸν ἀριθμόν· ἤδη γὰρ ὦπται τοῦτο καὶ ἐπὶ πλειόνων συμβεβηκός. Vide eundem. De Generatione animalium lib. IV. cap. 4. Sanè si scripsit Aristoteles, ut Gellius ait, non esse compertum plures unquam esse natos quàm quinque, ignorabat ille tunc quod ex eo refert Strabo septem simul natis. Docti viri cogitent. *Id.* Erudita congessit Carol. Ann. Fabrott. in Disquisitione de numero Puerperii. p. 97.

4. Καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον) Plinius Nili aquam genitalem appellat lib. IX. c. 57. *Idem.*

1. Τὸ

Hoc Aristobulus non concesserit qui negat campos compluі: Onesicrito autem videtur. Idem aquam causam facit proprietatum in animalibus: cujus signum affert, quod peregrina pecora eam potantia colores suos in regioni ei familiarem mutant colorem: atque hoc profecto bene dictum est. Quod autem Æthiopes nigri sunt & crispi, ejus rei non recte in meris aquis causam ponit, ac Theodectem reprehendit, qui causam referat ad solem, cum sic ait:

Quorum propinqua Sol adurens orbita
Fuliginoso corpora colore imbuit,
Aestuque tostas sicco crispavit comas:
Materiemque adolescendi consumtam abstulit

Quanquam hoc quidem rationem aliquam habet: dicit enim solem non esse viciniorem Æthiopibus quam aliis, sed magis perpendicularem, & propterea magis adurere: ut non recte dicat ille solem propinquum ab omnibus æqualiter distantem. Tum calorem quoque non esse nigredinis causam: cum qui in ventre sunt matris, quos nondum sol attigit, tamen nigrescant. Enimvero melius dicunt qui causam soli tribuunt, & ejus adustioni per vehementem quandam summi humoris deminutionem: qua de causa affirmamus Indos non crispari, nec eorum colorem aduri, cum nihil iis tale accidat, humidi aëris compotes. In utero autem ob seminis facultatem atque vim jam tales fiunt, quales fuere qui eos genuerunt. quo pacto etiam affectiones corporum certæ à

A Τοῦτο δ', οἱ μὲν περὶ Ἀριστόβουλον οὐκ ἂν συγχωροῖεν, οἱ φάσκοντες μὴ ὕεσθαι τὰ πεδία. Ὀνησικρίτῳ δὲ δοκεῖ, τόδε τὸ ὕδωρ αἴτιον εἶναι τῶν ἐν τοῖς ζώοις ἰδιωμάτων, καὶ φέρει σημεῖον [1] τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πινόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον. Τοῦτο μὲν οὖν εὖ· οὐκέτι δὲ καὶ τοῦ μέλανας εἶναι καὶ οὐλότριχας τοὺς Αἰθίοπας, ἐν ψιλοῖς τοῖς ὕδασι τὴν αἰτίαν τιθέναι· μέμφεσθαι δὲ τὸν Θεοδέκτην εἰς αὐτὸν τὸν ἥλιον ἀναφέροντα τὸ αἴτιον, ὥς φησιν οὕτως.

[2] Ἧς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν,
B Σκοτεινὸν ἄνθος ἐξέχρωσε λιγνύος
Εἰς σώματ' ἀνδρῶν, καὶ * συνέστρεψεν κόμας * Vulgò, συνέστρεψε.
Μορφαῖς ἀναυξήτησι συντήξας πυρός.

Ἔχοι δ' ἄν τινα λόγον· φησὶ γὰρ μήτε ἐγγυτέρω τοῖς Αἰθίοψιν εἶναι τὸν ἥλιον, ἢ τοῖς ἄλλοις· ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ κάθετον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπικαίεσθαι πλέον· ὥστ' οὐκ εὖ λέγεσθαι ἀγχιτέρμονα αὐτοῖς τὸν ἥλιον [3] ἴσον πάντων διέχοντα. Μήτε τὸ θάλπος εἶναι τοῦ τοιούτου p. 696. πάθους αἴτιον· μηδὲ γὰρ τοῖς ἐν γαστρὶ, ὧν οὐχ ἅπτεται ἥλιος. [4] Βελτίους δὲ οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐπίκαυσιν, κατ' C ἐπίλειψιν σφοδρὰν τῆς ἐπιπολῆς ἰκμάδος· καθ' ὃ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς μὴ οὐλοτριχεῖν φαμὲν, [5] μηδ' οὕτω πεπεισμένως ἐπικεκαῦσθαι τὴν χρόαν, ὅτι ὑγροῦ κοινωνοῦσιν ἀέρος. Ἐν δὲ τῇ γαστρὶ ἤδη κατὰ σπερματικὴν διάθεσιν τοιαῦτα γίνεται οἷα τὰ γεννῶντα· [6] καὶ γὰρ πάθη

1. Τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πινόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον) Aristoteles idem scribit, Historiæ animal. lib. III. cap. 12. Μεταβάλλουσι δ' ἔνια τῶν ζώων τὰς χρόας τῶν τριχῶν κατὰ τὰς τῶν ὑδάτων μεταβολάς. ἔνθα μὲν γὰρ λευκὰ γίνεται, ἔνθα δὲ μέλανα. Sed vide quæ hac de re scripsit summus philosophus Julius Cæsar Scaliger Exercitatione LIX contra Cardanum. *Casaub.*

2. Ἧς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν) Hoc vult Theodectes. Terræ ejus incolas à qua propius abest Sol torreri & nigrescere. Atque ita & philosophi plerique sentiunt: quæritque ea de re Alexander Aphrodiseus Problem. lib. I. Tibullus vero poëta Theodectæ sententiam hanc eleganter expressit. L. II. eleg. VI. ℣. 37.

Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

Addit Theodectes Solem iis συστρέψαι κόμας, quæ ratio sit, cur eæ gentes crispo sint capillo. Sic quoque Posidonius supra libro secundo dicebatur causam afferre cur & homines earum regionum sint οὐλότριχες, & reliqua animalia οὐλόκερω. Τὰ γὰρ ἄκρα συστρέφεσθαι deficiente humore & ardente Sole. *Idem.*

3. Ἴσον πάντων διέχοντα) Hoc astrologi non concedent Onesicrito: quibus placet Solem quando est in Capricorno terræ esse propinquiorem, quam quando est in Cancro. *Idem.*

4. Βελτίους δ' οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι) Hic aperit Strabo quid sibi videatur in hac sententiarum varietate, maximè probabile. *Idem.*

5. Μηδ' οὕτω πεπεισμένως ἐπικεκαῦσθαι) πεπεισμένως accipit pro σφόδρα & vehementer. Sic Laërtius in carmine de Bione,

Καὶ σκυτίσι βραχίονας
Πεπεισμένως ἔδησε. *Idem.*

6. Καὶ γὰρ πάθη συγγενικὰ οὕτω λέγεται καὶ ἄλλαι ὁμοιότητες) Πάθη συγγενικὰ vocat quæ Aristoteles in simili disputatione σημεῖα συγγενῆ. cujusmodi, inquit, sunt φύματα & οὐλαί. (Memoria dignum quod narrat idem philosophus De generat. animalium lib. I. c. 17. Chalcedone quendam, qui stigma in brachio haberet, filium generasse qui eandem notam loco eodem haberet: etsi, inquit, συγκεχυμένον καὶ οὐ διηρθρωμένον τὸ γράμμα.) Antigonus quoque similiter annotat quosdam στίγματα ἐννενοχέναι hoc est, notas inustas vel casu, vel natura parentum corpori, expressa habuisse. Atque hoc historiæ confirmant. Sic enim legimus in femore Seleuci & Seleucidarum ancoræ notam fuisse. Ausonius de Antiochia Syriæ,

—— *Illa Seleucum*
Nuncupat ingenuum cujus fuit anchora signum.
Qualis inusta solet generis nota certa: per omnem
Nam sobolis seriem nativa cucurrit imago.

Vide Appianum in Syriacis, & Justinum lib. XV. cap. 4. *Idem.*

συγγενικὰ οὕτω λέγεται, καὶ ἄλλαι ὁμοιότητες. A [1] Καὶ τὸ πάντων δ' ἴσον ἀπέχειν τὸν ἥλιον πρὸς αἴσθησιν λέγεται, οὐ πρὸς λόγον. Καὶ πρὸς αἴσθησιν * οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὡς φαμὲν σημείου λόγον ἔχειν τὴν γῆν πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου σφαῖραν· ἐπεὶ πρός γε τὴν τοιαύτην αἴσθησιν καθ' ἣν θάλπους ἀντιλαμβανόμεθα, * ἐγγύθεν μὲν μᾶλλον, πόρρωθεν δὲ ἧττον, οὐκ ἴσον· οὕτω δ' ἀγχιτέρμων ὁ ἥλιος λέγεται τοῖς Αἰθίοψιν, [2] οὐχ ὡς Ὀνησίκριτος δέδεκται. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν ὁμολογουμένων ἐστί, καὶ τῶν σωζόντων τὴν πρὸς τὴν Αἴγυπτον ὁμοιότητα, καὶ τὴν Αἰθιοπίαν· ὅτι τῶν πεδίων ὅσα μὴ ἐπίκλυστα, ἄκαρπά ἐστι διὰ τὴν ἀνυδρίαν. B Νέαρχος δὲ τὸ ζητούμενον πρότερον ἐπὶ τοῦ Νείλου, πόθεν ἡ πλήρωσις αὐτοῦ, [3] διδάσκειν ἔφη τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμούς, ὅτι ἐκ τῶν θερινῶν ὄμβρων συμβαίνει. Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους ἰδόντα, ἐν δὲ τῷ Ἀκεσίνῃ κυάμους Αἰγυπτίους, εὑρηκέναι δόξαι τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον εἰς τὴν Αἴγυπτον, ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐκεῖσε πλευσόμενον· μικρὸν δ' ὕστερον γνῶναι, διότι οὐ δύναται ὃ ἤλπισε· * Μέσσον γὰρ μεγάλοι ποταμοί, καὶ δεινὰ ῥεῖθρα, Ὠκεανὸς μὲν πρῶτον εἰς ὃν ἐκδιδόασιν οἱ Ἰνδικοὶ πάντες ποταμοί· ἔπειτα ἡ Ἀριανή, καὶ ὁ Περσικὸς κόλπος, C καὶ ὁ Ἀράβιος καὶ αὐτὴ ἡ Ἀραβία, καὶ ἡ Τρωγλοδυτική. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν ἀνέμων, καὶ τῶν ὄμβρων, τοιαῦτα λέγεται, καὶ τῆς πληρώσεως τῶν ποταμῶν, καὶ τῆς ἐπικλύσεως τῶν πεδίων. Δεῖ δὲ καὶ τὰ καθέκαστα περὶ τῶν ποταμῶν εἰπεῖν, ὅσα πρὸς τὴν γεωγραφίαν χρήσιμα, καὶ ὅσων ἱστορίαν παρειλήφαμεν. ἄλλως τε γὰρ οἱ ποταμοὶ φυσικοί τινες ὅροι, καὶ μεγεθῶν, καὶ σχημάτων τῆς χώρας ὄντες, ἐπιτηδειότητα πολλὴν παρέχουσι πρὸς ὅλην τὴν νῦν ὑπόθεσιν. Ὁ δὲ Νεῖλος, καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἰνδικήν, πλεονέκτημά τι ἔχουσι παρὰ τοὺς ἄλλους, p. 697. διὰ τὸ τὴν χώραν ἀοίκητον εἶναι χωρὶς αὐτῶν, D πλωτὴν ἅμα, καὶ γεωργήσιμον οὖσαν, καὶ μήτε ἐφοδεύεσθαι δυναμένην ἄλλως, μήτ' οἰκεῖσθαι τὸ παράπαν. Τοὺς μὲν οὖν εἰς τὸν Ἰνδὸν καταφερομένους, ἱστοροῦμεν τοὺς ἀξίους μνήμης,

* Vulgò, οὐχ οὕτως.

* Vulgò, ἐκεῖθεν.

* Malim Μέσσῳ. ut apud poëtam Οδυσσ. λ.

generis communitate profectæ, aliæque similitudines explicantur. Porro quod dictum est Solem eodem intervallo ab omnibus terræ locis distare, id sensui verum videtur, non item rationi. Atque id sensus etiam non quovis pacto comprobat: sed ut terram dicimus ad Solis globum puncti rationem obtinere. Nam respectu ejus sensus quo calorem percipimus, de proximo quidem magis, de longinquo vero minus: non æquale indicabitur intervallum. atque hoc modo Sol propinquus Æthiopibus dicitur, non ut Onesicrito visum est. Isthuc ipsum ex iis est, quæ in confesso sunt apud omnes, & similitudinem ad Ægyptum, & Æthiopiam Indiæ tuentur: quod campi qui non inundantur, propter siccitatem sterilescunt. Cæterum Nearchus antiquam de Nili incrementis quæstionem sic explicari ait, quod Indica flumina edoceant, ex æstivis imbribus id contingere. Alexandrum quidem cum crocodilos in Hydaspe vidisset: & Ægyptias fabas in Acesine, putasse Nili initium se invenisse: & propterea classem in Ægyptum parasse, tanquam per hoc flumen in Nilum navigaturum, paulo post intellexisse, quod sperabat, effici non posse. Nam magna flumina interjacent & difficiles alvei, & in primis Oceanus, in quem omnia Indiæ flumina exeunt. Postea Ariana, & Persicus & Arabicus sinus, & ipsa etiam Arabia & Troglodytica. Ac de ventis quidem & imbribus, & fluminum incrementis & camporum inundatione hactenus. ¶ Porro requiritur, ut de singulis fluminibus dicamus, quæcunque ad Geographiam utilia sunt, & quorum nos historiam accepimus. Alias enim flumina in primis ad præsens totum argumentum conducunt, utpote magnitudinum & figurarum regionum naturales termini. At enim Nilus & Indiæ flumina aliquid plus cæteris præstant, propterea quod sine ipsis regio habitari nequit, cum eorum beneficio & colatur & navigetur, nec aliter adiri aut habitari possit. Proinde cogniti nobis sunt fluvii memorabiles ii, qui in Indum illabuntur:

1. *Καὶ τὸ πάντων δ' ἴσον ἀπέχειν*) Defendit Strabo Theodecten adversus reprehensionem Onesicriti. *Casaub.*

2. *Οὐχ ὡς Ὀνησίκριτος δέδεκται*) Manuscripti habent *δέδεκται.* tum fuerit legendum *Ὀνησικρίτῳ*, & ita video fuisse in libris prioris interpretis: cujus versionem Xylander in his posterioribus libris sexcentis locis parùm ingenuè utitur pro sua, mihi vulgata lectio magis probatur: qua significatur malè Onesicritum accepisse vocem *ἀγχιτέρμων* apud Theodectem: & in hac significatione passim apud Grammatic. & Strabonem ipsum occurrit. *Idem.*

3. *Διδάσκειν ἔφη τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμοὺς ὅτι ἐν τῷ θερ.*) Ascribam Arriani locum, ex eodem Nearcho desumptum ut quidem puto. Is postquam dixit æstate restagnare Indiæ fluvios per ejusdem campos ob nimias pluvias quæ in montibus potissimum contigerunt, addit, *ὥστε ἀπὸ τῶν δὲ ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι, καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος. καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν Αἰγυπτίην, θολερὸς ὤν.* *Idem.*

loca etiam per quæ ii deferuntur, novimus: de reliquis plus est ignorationis quam cognitionis. Etenim Alexander, qui hæc cum primis aperuit, initio cum ii, qui Darium dolo occiderant, ad occupandam Arianam impetum fecissent: majus operæprecium fore existimavit, si eos persequeretur & aboleret, quare in loca venit Indiæ proxima per Arianam. qua ad dextram relicta, Paropamissum ad borealia Bactrianamque transcendit: atque omnibus subactis quæ Persis parebant, ac etiam pluribus, in Indiam iter convertit, cum multi de ea quanquam non certa, prædicarent. Quare iisdem montibus par vias breviores exsuperatis reversus est, habens Indiam à sinistris: postea rursus in eam rediit, ac occidentales ejus fines & Cophem flumen & Choaspem qui in Cophem exit, & apud Plegerium urbem fluens præter Gorydalem urbem & Bandobenam & 3 Gandaritim permeat. Intellexit apprimè habitabilem & frugiferam esse montanam & borealem regionem: australem vero partim siti vastam, partim fluminibus, & omnino exustam, & bestiis magis quam hominibus convenientem. Ergo prius laudatam sibi Indiæ partem occupare intendit: simul ratus, flumina quæ trajicienda erant, transitu faciliora esse, cum non procul à suis fontibus abessent, & terram quam permeabant transverse secarent: simul audierat plura in unum coire: atque id semper eo magis effici, quo ulterius procederetur, ut transitu difficiliora subinde fierent, præsertim in navigiorum penuria. Hoc Alexander metuens, Cophem trajecit, & montana omnia subegit quæ ad orientem versa erant. Post Cophem erat Indus, postea Hydaspes, inde Acesines, ab hoc Hyarotis, postremo Hypanis. Ulterius quidem progredi cavit, tum quædam oracula observans, tum propter exercitum jam animos despondentem labore, in primis continuis pluviis defatigatum. Ex orientalibus itaque Indiæ partibus, eæ nobis innotuere quæ cis Hypanim sunt, & si qua porro exploraverunt, qui post illum trans Hypanim usque ad Gangem,

A καὶ τὰς χώρας δι' ὧν ἡ φορά· τῶν δ' ἄλλων ἐστὶν ἄγνοια πλείων, ἢ γνῶσις. 1 Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ μάλιστα * τοῦτ' ἀνακαλύψας, κατ' ἀρχὰς μὲν ἡνίκα οἱ Δαρεῖον δολοφονήσαντες ὥρμησαν ἐπὶ τῆς Βακτριανῆς ἀπόστασιν, ἔγνω προυργιαίτερον ὂν διώκειν, καὶ καταλύειν ἐκείνους. Ἧκε μὲν οὖν τῆς Ἰνδικῆς πλησίον δι' Ἀριανῶν· ἀφεὶς δ' αὐτὴν ἐν δεξιᾷ, ὑπερέβη τὸν Παροπαμισὸν εἰς τὰ προσάρκτια μέρη, καὶ τὴν Βακτριανήν· καταστρεψάμενος δὲ τἀκεῖ πάντα ὅσα ἦν ὑπὸ Πέρσαις, καὶ ἔτι πλείω, τότ' ἤδη καὶ τῆς Ἰνδικῆς ὠρέχθη· λεγόντων μὲν περὶ αὐτῆς πολλῶν, οὐ σαφῶς δέ. Ἀνέστρεψε δ' οὖν, * ὑπερβὰς τὰ αὐτὰ ὄρη, κατ' ἄλλας ὁδοὺς ἐπιτομωτέρας, B ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Ἰνδικήν, εἶτ' ἐπέστρεψεν εὐθὺς ἐπ' αὐτὴν, καὶ τοὺς ὅρους τοὺς ἑσπερίους αὐτῆς, καὶ 2 τὸν Κώφην ποταμὸν καὶ τὸν Χοάσπην, ὃς εἰς τὸν Κώφην ἐμβάλλει ποταμὸν, καὶ κατὰ Πληγήριον πόλιν ῥυεὶς παρὰ Γωρυδάλην πόλιν, καὶ διεξιὼν τήν τε Βανδοβηνὴν, καὶ τὴν Γανδαρῖτιν. Ἐπυνθάνετο δὲ οἰκήσιμον εἶναι μάλιστα, καὶ εὔκαρπον τὴν ὀρεινὴν, καὶ προσάρκτιον· τὴν δὲ νότιον, τὴν μὲν ἄνυδρον, τὴν δὲ ποταμόκλυστον, καὶ τελέως ἔκπυρον, θηρίοις τε μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις σύμμετρον. C Ὥρμησε μὲν οὖν τὴν ἐπαινουμένην κατακτᾶσθαι πρότερον, ἅμα καὶ τοὺς ποταμοὺς εὐπερατωτέρους νομίσας τῶν πηγῶν πλησίον, οὓς ἀναγκαῖον ἦν διαβαίνειν, ἐπικαρσίους ὄντας, καὶ * τέμνοντας ἣν ἐπῄει γῆν. Καὶ ἅμα δὲ καὶ ἤκουσεν εἰς ἓν πλείους συνιόντας, ῥεῖν, καὶ τοῦτ' ἀεὶ καὶ μᾶλλον συμβαῖνον ὅσῳ πλεῖον εἰς τὸ πρόσθεν προΐδειν, ὥστ' εἶναι δυσπερατωτέραν, καὶ ταῦτα ἐν πλοίων ἀπορίᾳ. Δεδιὼς οὖν τοῦτο, διέβη τὸν Κώφην, καὶ κατεστρέφετο τὴν ὀρεινὴν, ὅση ἐτέτραπτο πρὸς ἕω. Ἦν δὲ μετὰ τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς, εἶθ' ὁ Ὑδάσπης, εἶθ' ὁ Ἀκεσίνης, καὶ ὁ Ὑάρωτις, D ὕστατος δ' ὁ Ὕπανις. Προελθεῖν γὰρ περαιτέρω ἐκωλύθη, τοῦτο μὲν μαντείοις τισὶ προσέχων, τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀπηγορευκυίας ἤδη πρὸς τοὺς πόνους ἀναγκασθείς· μάλιστα δ' ἐκ τῶν ὑδάτων ἔκαμνον συνεχῶς ὑόμενοι. Ταῦτ' οὖν ἐγένετο γνώριμα ἡμῖν τῶν ἑωθινῶν τῆς Ἰνδικῆς μερῶν, ὅσα ἐντὸς τοῦ Ὑπάνιος, καὶ εἴ τινα προσιστορήκασιν οἱ μετ' ἐκεῖνον περαιτέρω p. 698.
τοῦ Ὑπάνιος προελθόντες μέχρι τοῦ Γάγγου,

* Scripti, ταῦτα.

* Manusc. ὑπερθείς.

* Manusc. θραύοντας.

1. Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ μάλιστα τοῦτ' ἀνακαλύψας) Sequitur brevis narratio expeditionis Alexandri in Indiam, qua de re fusè Arrianus lib. IV. & sequentibus, Curtius lib. VIII. Et deinceps. & Diodorus Siculus Lib. XVII. quanquam Strabo in nonnullis videtur alios sequi auctores quàm quos illi se secutos ajunt. *Cas.*

2. Τὸν Κώφην) Alius Κωφῆνα dixisset. Strabo Κώφην ut notat etiam Eustathius. *Idem.*

3. *Gandaritim*) Valerius Flaccus *Gangaridas* populos Scythiæ commemorat, V. Argonaut. hoc versu: *Misit in arma Darabs, acies quem Martia cursu Gangaridum.* Turneb. Adv. lib. V. c. 3. p. 142.

1. Τὰ

A καὶ Παλιβόθρων· μετὰ μὲν οὖν τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς ῥεῖ· 1 τὰ δὲ μεταξὺ τούτοιν τοῖν δυοῖν ποταμοῖν ἔχουσιν 2 Ἀστακηνοί τε, καὶ Μασιανοὶ, καὶ Νυσαῖοι, καὶ * Ἱππάσιοι· 3 εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μασόγα πόλις τὸ βασίλειον τῆς χώρας· Ἤδη δὲ πρὸς τῷ Ἰνδῷ πάλιν 4 ἄλλη πόλις Πευκολαῆτις, 5 πρὸς ἣν * Ζεῦγμα γενηθὲν ἐπεραίωσε τὴν στρατιάν. 6 Μεταξὺ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τοῦ Ὑδάσπου, Τάξιλά ἐστι πόλις μεγάλη καὶ εὐνομωτάτη, καὶ ἡ περικειμένη χώρα * σεμνὴ, καὶ σφόδρα εὐδαίμων, ἤδη συνάπτουσα καὶ τοῖς πεδίοις. B Ἐδέξαντό τε δὴ φιλανθρώπως τὸν Ἀλέξανδρον οἱ ἄνθρωποι, καὶ 7 ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Τάξιλος· ἔτυχόν τε πλειόνων, ἢ αὐτοὶ παρέσχον· ὥς τε φθονεῖν τοὺς Μακεδόνας καὶ λέγειν· ὡς οὐκ εἶχεν, ὡς ἔοικεν, Ἀλέξανδρος οὓς εὐεργετήσαι, πρὶν ἢ διέβη τὸν Ἰνδόν. Φασὶ δέ τινες εἶναι τὴν χώραν ταύτην Αἰγύπτου μείζονα. Ὑπὲρ δὲ ταύτης ἐν τοῖς ὄρεσιν 8 ἡ τοῦ * Βιασάρου χώρα, παρ' ᾧ δύο δράκοντας ἀπήγγελλον οἱ παρ' αὐτοῦ πρέσβεις τρέφεσθαι, 9 τὸν μὲν ὀγδοήκοντα πηχῶν, τὸν δὲ τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν, ὡς εἴρηκεν Ὀνησίκριτος· ὃν οὐκ Ἀλεξάνδρου * μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν. C Πάντες μὲν γὰρ οἱ περὶ Ἀλέξανδρον, τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀποδέχονται μᾶλλον· ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τοὺς τοσούτους ἐκεῖνος

* Scripti, Πάσιοι.

* Manuss. ζεύγματος. γεγονότοι.

* Scripti, συχνή.

* Manuss. Ἀβιοσάρου.

* Ita legendum ex manuss.

& Palibothra processere. Post Cophem itaque Indus fluit. Regionem inter hæc duo flumina mediam habent Astacœni, Masiani, Nyssæi, & Hypasii. Sequitur Assacani ditio, in qua est Magosa ejus regia, deinde jam ad Indum est alia civitas nomine, Peucolaitis, juxta quam Alexander per pontem trajecit exercitum. Inter Indum & Hydaspem est Taxila, magna civitas, & legibus optimis constituta. Circumjacens regio præclara & valde ferax, jam campis vicina. Ejus incolæ & Taxilus eorum rex perhumaniter Alexandrum susceperunt: ac plura ab illo receperunt, quàm ipsi præbuere: adeo ut Macedones invidia correpti dicerent: Quasi vero Alexander non habuisset quibus benefaceret, prius quam Indum trajiceret. Sunt qui dicant hanc regionem majorem Aegypto. Supra hanc in montibus est 8 Abisari regio, apud quem legati ab eo missi nunciaverunt duos dracones nutriri, alterum XXC cubitorum longitudine, alterum CXL, ut Onesicritus refert: quem meliore jure fabulosarum & incredibilium de Alexandro narrationum, quam gubernatorum navalium ejusdem rectorem dicere possis. Equidem quotquot Alexandrum comitati, de rebus ejus gestis aliquid scripsere, ii admiranda veris ante habuerunt: monstrosis tamen narrationibus omnes eos

1. *Τὰ δὲ μεταξὺ τούτοιν τοῖν δυοῖν ποταμοῖν ἔχουσιν Ἀστακοινοί τε καὶ Μασσιανοί*) Arrianus. *Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἑσπέρην ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ ἔθνεα Ἰνδικὰ ἐποικέουσιν.* vide ejusdem, libri quarti finem, ubi præterea Guræos gentem inter illos duos fluvios commemorat. Scribendum autem in Strab. Νυσαῖοι per υ non ι. *Cas.*

2. *Ἀστάκοινοί τε*) Male scribitur, cum legendum sit *Ἀστάκηνοί τε*, dicti ab urbe *Ἀστάκανα*. vid. plura apud Salmas. Exercitat. Pliniar. p. 706. b. G.

3. *Εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μασόγα πόλις τὸ βασίλειον*) Malim *Μάσσαγα* ut apud Arrianum lib. IV. & de eadem urbe puto accipienda esse quæ scribit idem libro octavo, *ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα πόλις μεγάλη, ἵνα περ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστὶ τῆς Ἀσσακίης*, quare ibi lego *Μάσσαγα*, ut libro quarto. *Casaub.*

3. *Εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ*) Locus est corruptus, legendum enim est, *εἶθ' ἡ Ἀσσακηνή*. Holstein. in Steph. p. 200. a.

4. *Ἄλλη πόλις Πευκολαῆτις*) Ita potius regio appellatur, urbs Peucela. Arrianus subjicit iis verbis quæ modò protulimus. *Καὶ ἄλλη πόλις Πευκέλα ἔτι μεγάλη καὶ αὐτὴ οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ*: quanquam idem Arrianus, nisi mendum est, eam urbem vocat *Πευκελιῶτιν* lib. quarto, ubi præter has duas alias commemorat. *Casaub.*

5. *Πρὸς ἣν Ζεῦγμα γενηθὲν ἐπεραίωσε τὴν στρατιάν*) De ponte quo Indum stravit Hephæstion, Arrianus lib. V. *Idem.*

6. *Μεταξὺ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ὑδάσπου Τάξιλά ἐστὶ πόλις*) Sic Arrianus, *Alexander*, inquit, *trajecto Indo Taxila venit urbem magnam & felicem, omnium quæ inter Indum & Hydaspen sunt maximam.* Idem.

7. *Ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Τάξιλος*) Hunc vocat Appianus *ὕπαρχον* non *βασιλέα*. Diodorus Siculus auctor est, Mophin tunc fuisse vocatum quando venit Alexander, sed ab Alexandro Taxilum mutato nomine fuisse appellatum: quod fuerat ipsius patri paulò antè mortuo nomen. In editionibus Q. Curtii L. VIII. c. 12. quas vidi, *Omphis est* pro *Mophis.* & de mutatione nominis sic idem scribit, *Omphis, permittente Alexandro, & regium insigne sumsit & more gentis suæ nomen, quod patris fuerat: Taxilem appellavere populares, sequente nomine imperium, in quemcunque transiret.* Idem.

D

8. *Abisari regio*) Hoc reliqui, quanquam Biosari trajectis litteris esset in Græco, neque sanè hic statui operam ludere, multis annotandis varietatibus lectionis, cum pleraque ignota sint, ne dicam fabulosa, apud Curtium Abiasares legitur, lib. IX. Suidas Abisarum loci nomen facit. Paulo post Onesicriti mentio fit quem constat ex historicis fuisse gubernatoribus Alexandri præfectum. Græca sunt manca: sensum perhibui. *Xyland.*

9. *Ἡ τοῦ Βιασάρου χώρα*) Manuscripti *Ἀβιοσάρου*. Diodorus Siculus Embisarum, Arrianus Abissareu, Curtius L. VIII. c. 12. Abiasarem vocat. *Casaub.*

10. *Τὴν μὲν ὀγδοήκοντα πηχῶν*) Etiam in Italiæ regione Hetruria visus aliquando draco pedum LXXXV auctore Dione libro quinquagesimo. *Idem.*

C Ecbatana comportata dicunt fuiſſe & LXXX millia talentorum: VIII millia verò, quæ cum Dario è Media fugiente exportata, ab iis direpta fuerunt, qui eum necaverunt. Alexander Babylonem longè omnibus anteponebat, videns eam & magnitudine & rebus cæteris excellere. Nam Suſiana quanquam opulenta ſit, fervidum tamen & æſtuoſum aërem habet, præſertim circa urbem, ut ille dicit: adeò ut lacertæ & ſerpentes, per æſtatem, dum ſol eſt in meridie, urbis vias tranſire non poſſint, ſed in mediis intercepta concrementur: quod nuſquam in tota Perſia contingit, quanquam magis verſus auſtrum vergente. Lavacra quoque frigida propoſita ſubitò incaleſcere: hordeum in ſole ſparſum ita 3 torreri, ut in furnis cachrys ſolet quapropter ad duos cubitos terram tectis imponunt, domus ipſæ propter onus anguſtæ fiunt & exiguæ, cùm longis trabibus careant, & magnis domibus indigeant propter æſtum. Trabibus autem e palma arbore ajunt peculiare hoc accidere, ut cùm ſolidæ ſint, inveteraſcendo non flectantantur in partem inferiorem, ſed in ſuperiorem pandantur adverſus onus: eoque melius tectum ſuſtinent. Aeſtus cauſa dicitur, quod ſeptentrionem verſus montes quidam altiſſimi imminent, qui omnem borealem flatum intercipiunt, hi verò ſublimes à montibus ſpirantes, campos non attingunt: ſed in auſtraliora Suſiæ perferuntur, reliqua ventis caret, tunc præcipuè, cum reliquam terram æſtu exuſtam eteſiæ refrigerant. Frumento adeò abundant, ut & hordeum & triticum in planicie centuplum ferat, nonnunquam etiam ducentuplum, ideo non crebros ſulcos faciunt: ne confertim radicibus actis germinatio impediatur. Cùm vites in ea non naſcerentur, Macedones ibi & in Babylone eas conſeverunt, non ſcrobibus factis, ſed palos quoſdam in extremo ferratos in terram defigentes, poſtea educentes, ac pro eis palmites demittentes. In Mediterranea verò plurimum, noſtroque tempore ſæpe aliter atque aliter contingit.

A Ἐκβάτανα ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ταλάντων· τὰ δὲ Δαρείῳ φυγόντι ἐκ τῆς Μηδίας συνεκκομισθέντα τάλαντα ὀκτακισχίλια, διήρπασαν οἱ δολοφονήσαντες αὐτόν. Τὴν γοῦν Βαβυλῶνα προέκρινεν ὁ Ἀλέξανδρος, ὁρῶν καὶ τῷ μεγέθει πολὺ ὑπερβάλλουσαν, καὶ τοῖς ἄλλοις. Εὐδαίμων δ' οὖσα ἡ Σουσὶς, ἔκπυρον τὸν ἀέρα ἔχει καυματηρὸν, καὶ μάλιστα τὸν περὶ τὴν πόλιν, ὥς φησιν ἐκεῖνος· τὰς γοῦν σαύρας, καὶ τοὺς ὄφεις, θέρους ἀκμάζοντος τοῦ ἡλίου κατὰ μεσημβρίαν, μὴ φθάνειν διαβῆναι τὰς ὁδοὺς τὰς ἐν τῇ πόλει, ἀλλ' ἐν μέσαις περιφλέγεσθαι· ὅπερ τῆς Περσίδος μηδαμοῦ συμβαίνει, καίπερ νοτιωτέρας οὔσης· λου-
B τρὰ δὲ ψυχρὰ προτεθέντα, ἐκθερμαίνεσθαι παραχρῆμα, [1] τὰς δὲ κριθὰς διασπαρείσας εἰς τὸν ἥλιον, ἀλήθεσθαι, [2] καθάπερ ἐν τοῖς ἰπνοῖς τὰς κέγχρους· διὸ καὶ ταῖς στέγαις ἐπὶ δύο πήχεις τὴν γῆν ἐπιτίθεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ βάρους ἀναγκάζεσθαι στενοὺς μὲν, [4] μακροὺς δὲ ποιεῖσθαι τοὺς οἴκους, ἀπορουμένους μὲν μακρῶν δοκῶν, δεομένους δὲ μεγάλων οἴκων διὰ τὸ πνῖγος. Ἴδιον δέ τι πάσχειν τὴν * φοινικίνην δοκόν· στερεὰν γὰρ οὖσαν παλαιουμένην, οὐκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνειν, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω μέρος κυρτοῦσθαι τῷ βάρει, καὶ βέλτιον ἀνέχειν τὴν ὀροφήν. Αἴτιον δὲ τῶν καυμάτων λέγεται, τὸ ὑπερκεῖ-
C σθαι πρὸς ἄρκτον ὄρη ὑψηλὰ τὰ προεκδεχόμενα ἅπαντας τοὺς βορείους ἀνέμους· ὑπερπετεῖς δὲ πνέοντες ἀπὸ τῶν ἀκρωτηρίων μετέωροι, τῶν γε πεδίων οὐ προσάπτονται, ἀλλὰ παρελαύνουσιν εἰς τὰ νοτιώτερα τῆς Σουσίδος· αὕτη δὲ νηνεμίαις κατέχεται, καὶ μάλιστα τότε, ἡνίκα ἐτησίαι τὴν ἄλλην γῆν καταψύχουσιν ἐκκεκαυμένην ὑπὸ τῶν καυμάτων. Πολύσιτος δ' ἄγαν ἐστὶν, ὥς τε ἑκατοντάχουν διὰ ὁμαλοῦ, καὶ κριθὴν καὶ πυρὸν ἐκτρέφειν· ἔστι δ' ὅτε καὶ διακοσιοντάχουν· διόπερ οὐδὲ πυκνὰς τὰς αὔλακας τέμνουσι· * πυκνούμεναι γὰρ, κωλύουσιν αἱ ῥίζαι τὴν βλάστην. Τὴν δ' ἄμπελον οὐ φυομέ-
D νην πρότερον Μακεδόνες κατεφύτευσαν κἀκεῖ, καὶ ἐν Βαβυλῶνι· οὐ ταφρεύοντες, ἀλλὰ παττάλους ἄτε σεσιδηρωμένους ἐξ ἄκρων πήττοντες, εἶτ' ἐξαιροῦντες, ἀντὶ δ' αὐτῶν τὰ κλήματα p. 732.
καθιέντες εὐθέως. Ἡ μὲν δὴ μεσόγαια πολλάκις, καὶ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἄλλοτ' ἄλλως συνέβη.

* Scripti, φοινίκην.

* Manuſſ. ἐκκαιομένην.

1. *Τὰς δὲ κριθὰς διασπαρείσας εἰς τὸν ἥλιον ἀλήθεσθαι*) Auctor Epitomæ pro *ἀλήθεσθαι* legit *φρύγεσθαι*: mihi vulgata lectio ferri poſſe videtur, ut ſit hæc ſententia, hordeum ſoli expoſitum torreri & parari ad molendum, ut quæ in aliis locis igni torrentur. Nam quæ erant molenda, igni torrebantur. vide Servium ad illud Virgilii Æn. I. 183.
Et torrere parant flammis & frangere ſaxo. Caſ.

2. *Καθάπερ ἐν τοῖς ἰπνοῖς τὰς κέγχρους*) Melius *κάχρυς* ut in Epito. leges. Sic autem appellabant *πεφρυγμένας κριθὰς πρὸς ἀλευροποιΐαν*. *Idem.*

3. *Torreri*) Epitomæ habent non *ἀλήθεσθαι*, ſed *φρύγεσθαι*, neque *κέγχρους*, ſed *κάχρυς*, quas & ſequi malui. Sed cachryn non eſſe hordeum apparet, cùm ei hæc opponatur. *Xyland.*

4. *Μακροὺς δὲ ποιεῖσθαι.*) Senſum puto *μικροὺς* exigere. Inſerui etiam *οὐ* antè *προσάπτονται* eodem argumento. *Idem.*

A Καὶ φησὶν ὁ Νέαρχος μηδὲ καθοδηγῶν ἐπιχωρίων τυγχάνειν, ἡνίκα τῷ στόλῳ παρέπλει πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς· ὅτι προσόρμους οὐκ ἔχειν, οὐδ' ἀνθρώπων εὐπορεῖν οἷός τ' ἦν τῶν ἡγησομένων κατ' ἐμπειρίαν. Γειτνιᾷ δὲ τῇ Σουσίδι τῆς Βαβυλωνίας, ἡ Σιτακηνὴ μὲν πρότερον, Ἀπολλωνιάτις δὲ ὕστερον προσαγορευθεῖσα· ἀπὸ τῶν ἄρκτων δ' ὑπέρκεινται ἀμφοῖν πρὸς ἕω, Ἐλυμαῖοι τὲ, καὶ Παραιτακηνοὶ, λῃστρικοὶ ἄνδρες, καὶ ὀρεινῇ τραχείᾳ πεποιθότες· μᾶλλον δ' οἱ Παραιτακηνοὶ τοῖς Ἀπολλωνιάταις ἐπίκεινται, ὥστε καὶ χεῖρον ἐκείνους διατιθέασιν. Οἱ δὲ B Ἐλυμαῖοι κἀκείνοις, καὶ τοῖς Σουσίοις, τούτοις δὲ καὶ οἱ Οὔξιοι προσπολεμοῦσιν· ἧττον δὲ νῦν, ὡς εἰκὸς, διὰ τὴν τῶν Παρθυαίων ἰσχὺν, ὑφ' ἧς εἰσὶν ἅπαντες οἱ ταύτῃ. Εὖ μὲν οὖν πραττόντων ἐκείνων, εὖ πράττουσιν ἅπαντες, καὶ οἱ ὑπήκοοι αὐτῶν· στασιαζόντων δὲ, ὅπερ συμβαίνει πολλάκις, καὶ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἄλλοτ' ἄλλως συμβαίνει· καὶ δὴ καὶ τὰ αὐτὰ πᾶσι· τοῖς μὲν γὰρ συνήνεγκεν ἡ ταραχὴ, τοῖς δὲ παρὰ γνώμην ἀπήντησεν. Ἡ μὲν δὴ χώρα ἥ τε Περσὶς, καὶ ἡ Σουσιανὴ τοιαύτη. Ἡ δὲ παραλία τεναγώδης ἐστὶ, καὶ ἀλίμενος· διὰ τοῦτο οὖν τὰ ἔθη τὰ Περσι- C κὰ, [2] τούτοις, καὶ Μήδοις τὰ αὐτὰ, καὶ ἄλλοις πλείοσι, περὶ ὧν εἰρήκασι μὲν πλείους, τὰ δὲ καίρια καὶ ἡμῖν λεκτέον. [3] Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται· [4] θύουσι δ' ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, [5] τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία· [6] τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν· [7] καὶ Σελήνην, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ· [8] θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ,

A Ac refert Nearchus, ſe ne viæ quidem duces indigenas habuiſſe, cum ex India in Babyloniam claſſe pedeſtres copias comitans navigaret, quòd nec ſtationes habere poterat, nec homines adipiſci poſſet, qui perite ducerent. Suſidi ea pars Babyloniæ proxima eſt, quæ quondam Sitacena, poſteà Apolloniatis eſt appellata. Ambabus à ſeptentrione orientem verſus Elymæi imminent & Parætaceni, latrones: utpote aſperis montibus freti. Sed magis Parætaceni Apolloniatis imminent, ideoque eos plurimum infeſtant. Elymæi autem illos & Suſios. B Elymæis Uxii bellum faciunt: hodie quidem id minus, propter Parthorum potentiam, ut ego exiſtimo, quibus parent omnes, qui loca ea incolunt: quare bono horum ſtatu, bene eſt etiam omnibus, qui illis parent: diſſidentibus verò, quod ſæpe factum eſt, etiam noſtro tempore, ſæpe aliter atque aliter res ſuccedunt, non eodem modo tamen omnibus: quibuſdam enim tumultus proſunt, quibuſdam præter ſententiam eveniunt. Ac Perſica quidem, & Suſiana regio talis eſt. Ora maritima eſt paluſtris & im- C portuoſa. ¶ [1] Itaque etiam de moribus Perſarum etſi permulti dixerunt, tamen dicenda nobis videntur quæ ad rem attinent: Perſæ nec ſtatuas, nec aras erigunt, ſacrificant in loco excelſo. Cœlum Jovem putant, colunt Solem, quem Mithram vocant. Item Lunam & Venerem, & ignem, & tellurem, & ventos, & aquam. Sacrificant in loco mundo

1. *Itaque etiam*) Locus eſt lacer. Aliquoties autem ἔθνη in ἔθη converti. καὶ τευξάμενοι, nihil eſt, κατευξάμενοι fortè: etſi ſic quoque ſtructura hiante. *Xyland.*

2. Τούτοις καὶ Μήδοις τὰ αὐτὰ) Ideo lib. XI. Mediam deſcribens dicebat ſe de Medorum inſtitutis dicturum quando & de Perſicis, cujus loci videtur lectorum memoriam voluiſſe renovare. *Caſaub.*

3. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται) Ex Herodoto ad verbum hæc ſunt deſumpta: niſi quod Strabo Jonicè non loquitur. Sic ille L. I. 131. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσιδε χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι. Vide & Laërtium in operis prooemio. *Idem.* Perſas omnino nullas habuiſſe ſtatuas negat Th. Hyde Hiſtor. Religion. Veter. Perſarum cap. 3. pag. 90.

4. Θύουσι δ' ἐν ὑψηλῷ τόπῳ) Præter Herodotum, notat hunc morem Perſarum Xenophon Παιδ. lib. VIII. Εὐθὺς οὖν λαβὼν ἱερεῖα ἔθυε Διΐ τε πατρῴῳ καὶ Ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐπὶ τῶν ἄκρων ὡς Πέρσαι θύουσι. Non eſt autem dubium à Perſis hunc ritum hauſiſſe Hebræos, quos toties Deus per prophetarum os objurgat quod in excelſis ſacrificent Ezech. XX. 28. Hoſ. IV. 13. quin eorum lingua vox eadem במה & locum excelſum & altare ſignificat. *Idem.*

5. Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία) Herodot. Lib. I. 131. τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. *Idem.*

6. Τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν) Quod Soli ſacrificent & Herodotus Lib. I. c. 131. ait aliique multi: quod Solem vocent Mithram, diſſentit ille qui D ſic Venerem à Perſis vocari ſcribit: niſi quis Μίτρην & Μίθρην differre putet. Straboni multi aſſentiuntur, Heſychius Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός. *Idem.* De Mithræ apud Perſas cultu ex profeſſo agit Th. Hyde, Hiſtor. Relig. Veter. Perſar. c. 4. quo docet non eſſe adorationem divinam.

7. Καὶ Σελήνην καὶ Ἀφροδίτην, καὶ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ) Eadem turba cœlitum apud Herodotum Lib. I. cap. 131. θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. Deinde ſubjicit de Venere. *Idem.* De Venere vide Th. Hyde Hiſt. Relig. Veterum. Perſarum c. 3. p. 91, 92.

8. Θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ κατευξάμενοι καὶ παραστησάμενοι τὸ ἱερεῖον ἐστεμμένον) Herodoti verba ſunt Lib. I. cap. 132. Τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὴν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα. ubi vides non victimam dici coronari ſolitam, ſed ipſum qui ſacrificat. Non fuit autem nobis difficile puerile mendum

cum imprecationibus, & coronatam hoſtiam ſtatuunt. Ubi magus, qui ſacrificium enarrat, carnes in portiones diſtribuit, ſua quiſque accepta, abeunt, nulla parte diis relicta: dicunt enim deum nihil velle, præter hoſtiæ animam, quidam (ut fertur) omenti partem igni imponunt. Præcipuè igni & aquæ ſacrificant, igni arida ligna imponentes ademto cortice, & arvina ſuperinjecta: deinde infuſo oleo, ſuccendunt, non inſpirantes, ſed ventilantes: ſi quis inſpirat, aut mortuum quicquam, cœnumve in ignem injicit: morte punitur. Aquæ ſacra peragunt hoc modo. In lacum vel flumen vel fontem venientes, ſcrobem faciunt, ibique hoſtiam jugulant, caventes ne quid proximæ aquæ ſanguine contingatur: ſic enim omnia pollutum iri: poſtea carnibus myrto, lauroque impoſitis, eas magi gracilibus virgis comburunt: & factis imprecationibus quibuſdam, oleum lacte ac melle mixtum inſpergunt, non in ignem, nec in aquam, ſed in terram. Imprecationes diu faciunt, faſciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes. In Cappadocia (etenim maxima eſt ibi magorum multitudo, qui Pyrethi vocantur, & multa Perſicorum deorum templa:) non cultro ſed ſtipite quodam mactant, tanquam malleo verberantes.

A * κατευξάμενοι καὶ παραστησάμενοι τὸ ἱερεῖον ἐστεμμένον· 1 μερίσαντος δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν ἀπίασι διελόμενοι· τοῖς θεοῖς, οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος· τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλου δ' οὐδενός· 2 ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν, ὡς λέγουσί τινες ἐπὶ τὸ πῦρ. Διαφερόντως δὲ τῷ πυρὶ, καὶ τῷ ὕδατι θύουσι. τῷ μὲν πυρὶ προστιθέντες ξηρὰ ξύλα τοῦ λέπους χωρὶς, πιμελὴν ἐπιτιθέντες ἄνωθεν· εἶθ' ὑφάπτουσιν ἔλαιον * καταχέαντες, οὐ φυσῶντες, ἀλλὰ ῥιπίζοντες· τοὺς δὲ φυσήσαντας, B 3 ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας, ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι. 4 Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν, ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζονται, φυλαττόμενοι μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος καθαροῦ αἱμαχθείη, ὡς μιανοῦντες· εἶτ' ἐπὶ μυῤῥίνην, ἢ δάφνην διαθέντες τὰ κρέα, 5 ῥάβδοις λεπτοῖς * ἐφάπτονται οἱ μάγοι, καὶ ἐπᾴδουσιν, ἀποσπένδοντες ἔλαιον ὁμοῦ γάλακτι καὶ μέλιτι κεκραμένον, οὐκ εἰς πῦρ, οὐχ ὕδωρ, ἀλλ' εἰς τοὔδαφος· τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες. 6 Ἐν δὲ C τῇ Καππαδοκίᾳ (πολὺ γὰρ ἐστι τὸ τῶν μάγων φῦλον, οἱ καὶ * Πύραιθοι καλοῦνται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερὰ) οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσι, ἀλλὰ κορμῷ τινι, ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες.

* Vulgo, καὶ τευξάμενοι παρ. ineptè.

* Manuſſ. ἐπιχέαντες.

p. 733.

* Manuſſ. ὑφάπτουσι.

* Vulgo, πύρεθοι.

dum tollere καὶ τευξάμενοι. Verbo κατεύχεσθαι utitur in eadem re Herodotus: quem ſi conſuluiſſet Xylander, nunquam preces in imprecationes commutaſſet: quæ ejus eſt inſignis negligentia, cujus ubique impreſſa videas veſtigia: quæ nos tantiſper præterimus, dum otium nacti erimus ad novam verſionem tam excellentis operis cudendam. (Utitur & Dionyſius Halicarn. lib. VII. in deſcriptione ſacrorum Romanorum, ἔπειτα κατευξάμενοι, θύειν τότε τοῖς ὑπηρέταις αὐτὰ ἐκέλευον. & Plutarchus in Dione, item alibi.) *Caſaub.*

1. *Μερίσαντος δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν.*) Diſcedit hic aliquid ab Herodoto L. I. cap. 132. qui hoſtiam in partes ſecari ait ab eo qui ſacrificat: mago autem tribuit partes in ſacrificiis τοῦ ἐπαείδειν θεογονίην. *Idem.*

2. *Ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν ὡς λέγουσί τινες ἐπὶ τὸ πῦρ*) Catullus de Magis Perſarum Epig. XC. ℣. 5.

Gnatus ut accepto veneretur carmine divos,
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

3. *Ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας*) Herodotus in Thalia (III. c. 16.) docet nec Perſas, nec Ægyptios cadavera ſolitos cremare: diverſa tamen inquit ratione. Perſæ quia ignem habent pro Deo, Ægyptii, quia Feram eſſe putant. *Idem.*

4. *Τῷ δὲ ὕδατι, ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες*) Hujus moris non infrequens apud veteres mentio: ferè autem equum fluminibus ſacrificabant, & quidem album, ait Herodotus (Lib. VII. c. 113.) de Xerxe ſic ſcribens & ejus itinere per Thraciam, τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην, τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλιερέοντο, σφάζοντες ἵππους λευκούς. Cornelius Tacitus lib. VI. Annalium cap. 37. de Vitellio & Tiridate, qui copias ad ripam Euphratis habebant, *Sacrificantibus, cum hic more Romano Suovetaurilia daret, ille equum placando amni adornaſſet:* quem locum mirificè Strabonis & Herodoti verba illuſtrant, obſcurum doctis viris viſum: quanquam ut dixi hujus conſuetudinis non infrequens apud veteres mentio: neque verò Perſas tantum, ſed & Romanos id factitaſſe legimus. Vide Plutarchum in Lucullo. *Idem.*

D 5. *Ῥάβδοις λεπτοῖς ἐφάπτονται οἱ μάγοι*) Ita peragebant ſua ſacra Perſæ. Phœnix poëta apud Athenæum lib. XII. cap. 7. pag. 530. de Nino,

Οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησε
Ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.

Fuit & apud Scythas genus μαντικῆς διὰ ῥάβδων. de qua lege Herodotum Melpomene. (Lib. IV. cap. 67.) De iiſdem gentibus Scythiæ Ammianus Marcellinus lib. XXXI. c. 2. *Futura miro præſagiunt modo. Nam rectiores virgas fœminæ colligentes, eaſque cum incantamentis quibuſdam ſecretis præſtituto tempore decernentes, apertè quid portetur norunt.* Idem.

6. *Ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ*) Perſicis inſtitutis pleriſque uſos Cappadocum & Ponti accolas, etiam ex eo intelligas, quod ſacra in excelſis locis faciebant ut de Perſis paulò ante relatum eſt. Appianus de Mithridate, ἔθυε τῷ στρατίῳ Διῒ πάτριον θυσίαν ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ κορυφὴν μείζονα ἄλλην ἀπὸ ξύλων ἐπιτιθείς. Verumtamen de Pyræthis Perſarum & Cappad. nihil alibi legiſſe meminimus. *Idem.*

* Vulgo, πυραθεῖα.

ἔστι δὲ καὶ * Πυραιθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι· A ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς, [1] καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι· καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες, ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι, πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς, καθηκούσας ἑκατέρωθεν, μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη, καὶ τὰς παραγναθίδας· ταῦτα δ' ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος, καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται· τούτων δὲ καὶ σηκοί εἰσι, καὶ ξόανον τοῦ Ὠμανοῦ πομπεύει· ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς ἑωράκαμεν. Ἐκεῖνα δ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἱστορίαις λέγεται, καὶ τὰ ἐφεξῆς. [2] Εἰς γὰρ ποταμὸν οὔτ' οὐροῦσιν, οὔτε νίπτονται Πέρσαι οὐδὲ λούονται, οὐδὲ νεκρὸν ἐκβάλλουσιν, B

* Vulgo, μυταρά.

* Scripti, πρῶτον.

οὐδ' ἄλλα τῶν δοκούντων εἶναι * μυσαρῶν· ὅτῳ δ' ἂν θύσωσι θεῷ * πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται. Βασιλεύονται δ' ὑπὸ τῶν ἀπὸ γένους· ὁ δ' ἀπειθῶν, ἀποτμηθεὶς κεφαλὴν, καὶ βραχίονα ῥίπτεται. [3] Γαμοῦσι δὲ πολλὰς καὶ ἅμα παλλακὰς τρέφουσι πλείους πολυτεκνίας χάριν. Τιθέασι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἆθλα πολυτεκνίας κατ' ἔτος· τὰ δὲ τρεφόμενα μέχρι τῶν τεττάρων ἐτῶν, οὐκ ἄγεται τοῖς γονεῦσιν εἰς ὄψιν. Οἱ δὲ γάμοι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἐπιτελοῦνται· παρέρχεται δ' ἐπὶ τὸν θάλαμον προφαγὼν μῆλον, ἢ καμήλου μυελὸν, ἄλλο δ' οὐδὲν τὴν C ἡμέραν ἐκείνην. [4] Ἀπὸ δὲ πέντε ἐτῶν ἕως τεττάρων καὶ εἴκοσι, παιδεύονται τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν, καὶ ἱππάζεσθαι, καὶ ἀληθεύειν, διδασκάλοις τε λόγων τοῖς σωφρονεστάτοις χρῶνται, οἳ

* Manuff. ἀνάγοντες παραπλέκουσι.

καὶ τὸ μυθῶδες πρὸς τὸ συμφέρον * ἐπανάγοντες πλέκουσι, καὶ μέλους χωρὶς, καὶ μετ' ᾠδῆς, ἔργα θεῶν τε, καὶ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἀναδιδόντες. Συνάγουσι δ' εἰς ἕνα τόπον ψόφῳ χαλκοῦ πρὸ ὄρθρου, διεγείροντες ἐπὶ ἐξοπλισίαν, ἢ θήραν· τάξαντες δ' ἀνὰ πεντήκοντα ἡγεμόνα τῶν βασιλέως ἕνα παίδων αὐτοῖς, ἢ σατράπου.

P. 734.

τρέχοντι κελεύουσιν ἕπεσθαι, χωρίον ἀφορίσαντες τριάκοντα, ἢ τετταράκοντα σταδίων. Ἀπαιτοῦσι D δὲ καὶ λόγον ἑκάστου μαθήματος, ἅμα καὶ μεγαλοφωνίαν, καὶ πνεῦμα, καὶ πλευρὰν ἀσκοῦντες·

* Manuff. ὄμβρων καὶ χειμάρρων.

καὶ πρός καῦμα δὲ, καὶ πρὸς ψῦχος, καὶ * ὄμβρου, καὶ χειμάρρου διαβάσεις, ὥστ' ἄβροχα φυλάττειν, καὶ ὅπλα καὶ ἐσθῆτα· καὶ ποιμαίνειν δὲ, καὶ ἀγραυλεῖν, καὶ καρποῖς ἀγρίοις χρῆσθαι, τερμίνθῳ,

A Sunt & Pyratheia ſepta quædam ingentia, in quorum medio ara eſt. In ea magi & cinerem multum & ignem perennem ſervant: & eò quotidie ingreſſi, imprecationes faciunt, per horam ante ignem virgarum faſciculum tenentes, pileis infulis velati ex utraque parte dependentibus, adeò ut vittæ labia contegant ac malas. Hæc in Anaitidis & Omani delubris fiunt. Nam & horum ibi delubra ſunt, & Omani ſtatua in pompa ducitur. Iſta nos vidimus: quæ ſequuntur, hiſtorici memoriæ mandaverunt. In fluvium Perſæ non immejunt, nec lavant, nec B abluuntur, nec cadaver injiciunt, nec alia quæ immunda eſſe videantur. Cuicunque Deo ſacrificent, primum igni imprecationes faciunt. Reges habent ex eadem ſtirpe. Qui non paruerit, capite & brachio amputato projicitur. Ducunt uxores complures, & multas pellices alunt, multiplicandæ ſobolis gratia. Reges quotannis præmia proponunt iis, qui plures filios progenuerint, pueri ante quartum annum in patris conſpectum non veniunt. Nuptiæ in initio verni æquinoctii celebrantur: ſponſus in thalamum venit, comeſto prius malo vel cameli medulla, præter id nihil eo C die. A quinto uſque ad XXIV annum diſcunt ſagittare, jaculari, equitare, & in primis vera dicere. Diſciplinarum magiſtris continentiſſimis utuntur, qui & fabulas ad utilitatem accommodatas intexunt, cum cantu & ſine cantu, deorum & clarorum virorum facta celebrantes. Congregant eos in unum locum, æris ſonitu ante lucem excitatos ad arma aut venationem. Præficiunt quinquagenis aliquem ex regis filiis, aut ſatrapæ, quem currentem ſequi jubent, loco XXX, XL ve ſtadiorum determinato. Poſtulant hi etiam rationem de ſingulis, quæ illi di- D dicerint, ſimul & vocem, & latus & ſpiritum exercentes. Quin & adverſus æſtum, frigus, imbres, & ad torrentium tranſitus eos condocefaciunt, ut arma & veſtes immadidas ſervent. Paſcere etiam, & in agro pernoctare docent, & ruſticari, & fructibus ſylveſtribus veſci: ut termintho,

1. Καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι) Ignem hunc ſolitum exſtingui quando rex eſſet mortuus reperio in Bibliotheca Diodori obſervatum: quod non putavimus eſſe prætermittendum. *Caſaub.*

2. Εἰς γὰρ ποταμὸν οὔτ' οὐροῦσι, οὐδὲ λούονται) Herodotus I. 138. ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλο τι οὐδὲν ποιοῦσι. *Idem.*

3. Γαμοῦσι δὲ πολλὰς καὶ ἅμα) Omnino ſunt ex Herodoto I. 135. cujus verba quia prolixiora ſunt, Parcam adſcribere. *Idem.*

4. Ἀπὸ δὲ πέντε ἐτῶν ἕως τετάρτου καὶ εἴκοσι) Herodotus I. 136. παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. At Xenophon iſta pluribus initio Παιδείας. *Idem.*

I. Καλοῦσ-

glandibus, pyris agrestibus. Atque hi Cardaces vocantur, furtis viventes: nam carda virile ac bellicosum signat. Quotidianus eorum cibus post exercitationem est panis durissimus, & nasturtium, & salis grana, & carnes assæ vel elixæ, potus aqua. Venantur autem pilas & sagittas ab equis mittentes, & fundantes. Vespertina eorum sunt exercitia arbores serere, aut radices effodere, aut arma fabricari, aut lino & retibus studium impendere artificiosè faciundis. Pueri venationem non attingunt, sed mos est eam domum referre. Cursus & cæterorum quæ in quinquertio exercentur præmia ab rege proponuntur. Pueri auro exornantur, cujus igneum fulgorem venerantur, quare id neque mortuo apponunt: quemadmodum nec ignem, ob honorem quem ei deferunt. Militant, & ordines ducunt à xx anno usque ad quinquagesimum & pedites & equites. Forum non attingunt, nam nec emunt, nec vendunt. Armantur cetra in rhombi figuram facta: præter pharetram, sagares & secures habent, capiti impositum pileum turritum, pectus thorace squamoso muniunt. Principes anaxyridem triplam habent, & tunicam manicatam, duplam, genu tenus, interula candida est, exterior verò vestis florida. Amiculum æstate purpureum vel floridum, hyeme autem floridum: tiaras magorum infulis similes, calceamentum altum ac duplum. Vulgo tunicam duplam gerunt, ad medium usque crus descendentem, circum caput sindonis cento volvitur. Quisque arcu & funda utitur. Persæ lautè cœnant, integra & multa & varia apponentes: vestis & poculorum ornatus splendidissimus, auro & argento refulgent. De rebus maximis in vino consultant, eaque decreta ipsi firmiora censent, quam quæ sobrii faciunt. Si notis & æqualibus in via occurrant, eos osculantur: si humilioribus, genam eis præbent, eaque osculum excipiunt: qui humiliores admodum sunt, duntaxat genu flexo digniores venerantur.

A δρυοβαλάνοις, ἀχράδι· [1] καλοῦνται δ' οὗτοι Κάρδακες, ἀπὸ κλοπείας τρεφόμενοι· κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες, καὶ πολεμικὸν λέγεται. Ἡ δὲ καθ' ἡμέραν δίαιτα ἄρτος μετὰ τὸ γυμνάσιον, καὶ μάζα, καὶ κάρδαμον, καὶ ἁλῶν χόνδρος, καὶ κρέα ὀπτὰ, ἢ ἑφθὰ ἐξ ὕδατος· ποτὸν δ' ὕδωρ. Θηρεύουσι δὲ σαύνια ἀφ' ἵππων βάλλοντες, καὶ τοξεύματα, καὶ σφενδονοῦντες. Δείλης δὲ φυτουργεῖν, καὶ ῥιζοτομεῖν ἀσκοῦσι, καὶ ὁπλοποιεῖν, καὶ λίνα καὶ ἄρκυς φιλοτεχνεῖν· οὐχ ἅπτονται δὲ τῶν θηρευμάτων οἱ παῖδες, ἀλλὰ κομίζειν οἴκαδε ἔθος. Τίθεται δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἆθλα
B δρόμου, καὶ τῶν ἐν τοῖς πεντάθλοις. Κοσμοῦνται οἱ παῖδες χρυσῷ τὸ πυρωπὸν τιθεμένων ἐν τιμῇ· διὸ οὐδὲ νεκρῷ προσφέρουσι, [2] καθάπερ οὐδὲ τὸ πῦρ κατὰ τιμήν. * Στρατεύουσι δὲ καὶ ἄρχουσιν ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἕως πεντήκοντα, πεζοί τε, καὶ ἱππεῖς· ἀγορᾶς δὲ οὐχ ἅπτονται· οὔτε γὰρ πωλοῦσιν οὔτ' ὠνοῦνται· ὁπλίζονται δὲ γέρρῳ ῥομβοειδεῖ· παρὰ δὲ τὰς φαρέτρας σαγάρεις ἔχουσι καὶ κοπίδας· περὶ δὲ τῇ κεφαλῇ πίλημα πυργωτόν· θώραξ δ' ἐστὶν αὐτοῖς * φολιδωτός. Ἐσθὴς δὲ τοῖς ἡγεμόσι μὲν ἀναξυρὶς τριπλῆ, χιτὼν δὲ χειρι-
C δωτὸς διπλοῦς ἕως γόνατος· ὁ ὑπενδύτης μὲν λευκὸς, ἀνθινὸς δ' ὁ ἐπάνω· ἱμάτιον θέρους μὲν πορφυροῦν * ἢ ἀνθινον, χειμῶνος δ' ἀνθινον· τιάραι παραπλήσιαι ταῖς τῶν μάγων, ὑπόδημα κοῖλον διπλοῦν· τοῖς δὲ πολλοῖς χιτὼν ἕως μεσοκνημίου, καὶ διπλοῦς· ῥάκος δὲ σινδόνιόν τι περὶ τῇ κεφαλῇ· ἔχει δ' ἕκαστος τόξον, καὶ σφενδόνην· [3] Δειπνοῦσι πολυτελῶς Πέρσαι, τιθέντες καὶ ὁλομελῆ, καὶ πολλὰ καὶ ποικίλα· κόσμος τε λαμπρὸς * στολῆς, ἐκ πωμάτων τε τῶν ἄλλων, ὥς τε χρυσῷ, καὶ ἀργύρῳ καταλάμπεσθαι. Ἐν οἴνῳ τὰ μέγιστα βουλεύονται, καὶ βε-
D βαιότερα τῶν ἐν νήψει τίθενται· Τῶν κατὰ τὰς ὁδοὺς συναντώντων, τοὺς μὲν γνωρίμους καὶ ἰσοτίμους φιλοῦσι προσιόντας, τοῖς δὲ ταπεινοτέροις παραβάλλουσι τὴν γνάθον, καὶ δέχονται ταύτῃ τὸ φίλημα· οἱ δ' ἔτι ταπεινότεροι προσκυνοῦσι μόνον·

* Scripti, Στρατεύονται.

* Scripti. φαλιδωτός.

* Lego, ἢ ἰάνθινον.

* Manuss. στρωμνῆς.

1. Καλοῦνται δ' οὗτοι Κάρδακες) Vide Hesychium in Κάρδακες: quanquam quid Hesychius sibi velit, non facile dixerim. *Casaub.*

2. Καθάπερ οὐδὲ τὸ πῦρ κατὰ τιμήν) Non apud Persas tantum, sed etiam apud Græcos Romanosque ignis in luctu publico nullus usus, & ut notat Glossarii autor, λύχνους ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις. [θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ.) At Cicero 1. de divinatione cap. 41. *Et in Persis augurantur, & divinant magi, qui congregantur in fano commentandi causa & inter se colloquendi.* Idem Cic. libro II. De legibus cap. 10. *Deorum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset & domus.*] Idem.

3. Δειπνοῦσι πολυτελῶς Πέρσαι) Horatius Lib. I. Od. 38. ℣. 1.

Persicos odi puer apparatus.

Non ita olim Persæ, ante occupatum Medicum imperium. Vide Xenophon. *Idem.*

 1. Οἶνον

p. 735.

* Manuſſ. οἰωνοβότοις. * Manuſſ. πάτριον νενομίσται. * Vulgo, ἄσκησιν. * Manuſſ. ὧν ἔπραττον τῶν φόρων.

A Θάπτουσι δὲ κηρῷ περιπλάσαντες τὰ σώματα· τοὺς δὲ μάγους οὐ θάπτουσιν, ἀλλ' * οἰωνοβρότους ἐῶσι· τούτοις δὲ, καὶ μητράσι συνέρχεσθαι * νενόμισται. Τοιαῦτα μὲν τὰ ἔθη· ἔστι δ' ἴσως καὶ ταῦτα τῶν ἐθίμων, ἅ φησι Πολύκριτος. Ἐν γὰρ Σούσοις ἑκάστῳ τῶν βασιλέων ἐπὶ τῆς ἄκρας ἰδίᾳ πεποιῆσθαι * οἴκησιν, καὶ θησαυροὺς, καὶ παραθέσεις * ὧν ἐπράττοντο φόρων, ὑπομνήματα τῆς οἰκονομίας πράττεσθαι δ' ἐκ μὲν τῆς παραλίας ἀργύριον, ἐκ δὲ τῆς μεσογαίας ἃ φέρει ἑκάστη χώρα, ὥς τε καὶ χρώματα καὶ φάρμακα, καὶ τρίχα ἐρέαν, ἤ τι τοιοῦθ' ἕτερον, καὶ θρέμματα ὁμοίως. Τὸν δὲ διατάξαντα τοὺς φόρους, Δαρεῖον εἶναι τὸν μακρόχειρα, καὶ κάλλιστον B ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων, καὶ τῶν πήχεων, ἅπτεσθαι γὰρ καὶ τῶν γονάτων· τὸ δὲ πλεῖστον, καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον ἐν κατασκευαῖς εἶναι, νομίσματι δὲ οὐ πολλῷ· πρός τε τὰς δωρεὰς ἐκεῖνα κεχαρισμένα νομίζειν μᾶλλον, καὶ πρὸς κειμηλίων ἀπόθεσιν· τὸ δὲ νόμισμα τὸ πρὸς τὰς χρείας ἀρκοῦν ἱκανὸν εἶναι, κόπτειν δὲ πάλιν τὸ τοῖς ἀναλώμασι σύμμετρον. Τὰ μὲν οὖν ἔθη σωφρονικὰ τὰ πλείω. Διὰ δὲ τὸν πλοῦτον εἰς τρυφὴν ἐξέπεσον οἱ βασιλεῖς, ὥς τε πυρὸν μὲν ἐξ Ἄσσου τῆς Αἰολίδος μετιέναι, [1] οἶνον δ' ἐκ Συρίας τὸν Χαλυβώνιον, [2] ὕδωρ δὲ ἐκ τοῦ Εὐλαίου πάν- C των ἐλαφρότατον, ὥστ' ἐν Ἀττικῇ κοτύλῃ δραχμῇ ἀφολκότερον εἶναι. Συνέβη δὲ τοῖς Πέρσαις ἐνδοξοτάτοις γενέσθαι τῶν βαρβάρων, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τῶν μὲν ἄλλων οὐδένες τῶν τῆς Ἀσίας ἀρξάντων, Ἑλλήνων ἦρξαν, οὐδ' ᾔδεισαν οὐδ' ἐκεῖνοι τούτους, οὐδ' οἱ Ἕλληνες τοὺς βαρβάρους· ἀλλ' ἐπὶ μικρὸν μόνον ἐκ τῆς πόρρωθεν ἀκοῆς. Ὅμηρος γοῦν οὔτε τὴν τῶν Σύρων, οὔτε τὴν Μήδων ἀρχὴν οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἂν Θήβας Αἰγυπτίας ὀνομάζων, καὶ τὸν ἐκεῖ, καὶ τὸν ἐν Φοινίκῃ πλοῦτον, τὸν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Νίνῳ, καὶ Ἐκβατάνοις παρεσιώπησε. Πρῶτοι δὲ Πέρσαι, καὶ Ἑλλήνων ἐπῆρξαν. Λυδοὶ δὲ ἐπῆρξαν μὲν, ἀλλ' οὔτε τῆς D Ἀσίας ὅλης ἐπάρξαντες, ἀλλὰ μέρους τινὸς μικροῦ, τοῦ ἐντὸς Ἅλυος μόνον· καὶ ταῦτ' ἐπ' ὀλίγων χρόνων τῶν κατὰ Κροῖσον, καὶ Ἀλυάττην. Κρατηθέντες δ' ὑπὸ Περσῶν, εἰ καί τι τῆς δόξης ἦν αὐτοῖς, ἀφῃρέθησαν τοῦθ' ὑπ' ἐκείνων.

Corpora mortuorum humant, prius cera oblinentes. Magos inſepultos avibus edendos dimittunt: hi cum matribus inſtituto majorum coëunt. Ac Perſarum quidem mores ſunt hujuſmodi, quibus opinor addenda eſſe, quæ à Polycrito referuntur: ſunt autem hæc. Regum cuique Suſis in arce domicilium extat, & theſaurus, & tributorum quæ exegerit tabulæ, adminiſtratæ rei monumentum. Exigere eos ex ora maritima argentum, ex mediterranea, quæ quæque regio ferat, ut colores, medicamenta, lanam, vel aliud tale, aut pecora. Tributa inſtituit Darius Longimanus, qui omnium hominum pulcherrimus fuit, dempta brachiorum & cubitorum longitudine, etiam genua contingentium. Maximam auri atque argenti partem in ſuppellectile habent, in nummis perexiguam. Illam enim exiſtimant & ad donandum magis aptam, & ad reponenda adſervandaque in theſauris ceimelia. Nomiſmatis verò tantum ſufficere arbitrantur, quantum uſui ſatis ſit, & tantum auri percutiunt, quantum impenſis ſufficiat. Perſarum mores magna ex parte moderati ſunt. Cæterùm per opulentiam reges in delicias luxumque prolapſi ſunt, adeò ut triticum ex Aſſo Æolia afferri vellent, vinum autem ex Syria quod Chalybonium dicitur, aquam ex Eulæo, quòd ea omnium eſſet leviſſima, ut Atticæ heminæ comparata, drachma minus appenderet. Ex omnibus autem barbaris, Perſis uſu venit, ut notiſſimi apud Græcos eſſent, quòd nulli Græcis imperaverunt eorum qui Aſiam tenuere, præter eos: nec ii Græcos, nec Græci illos antea noverant, niſi quantum fama percepiſſent admodum exili. Non enim Homerus Medorum, Syrorumve imperium noverat: alioqui Ægyptias Thebas, & earum & Phœnicum divitias nominans, nequaquam Babylonis, [3] Nini & Ecbatanorum opes ſilentio tranſmiſiſſet. Ac primò quidem Græcis Perſæ imperaverunt, Lydi verò non toti Aſiæ, ſed parti ſolùm cis Halym perexiguæ, idque non diu ſed duntaxat, Crœſi & Alyattis. Et ſi quid gloriæ paraverant amiſerunt à Perſis ſubacti.

1. *Οἶνον δ' ἐκ Συρίας τὸν Χαλυβώνιον*) Vide Athenæum L.I.c.22.p.28. *Caſ.* Heſych. Χαλυβώνιος, εἶδος οἴνου· ἀπὸ τόπου τινὸς τῆς Συρίας. Corruptus eſt in hac voce Suidas, apud quem pro Χαλυδώνιος οἶνος legi debet Χαλυβώνιος. Vide & Euſtath. ad Homeri Odyſſ. p. 173. *Scherpez.*

2. *Ὕδωρ δ' ἐκ τοῦ Εὐλαίου*) Fortaſſe & aquam Nili bibebant: nam inde mitti ſolitam notatum eſt ab Athenæo Lib. II. c. 6. p. 45. idem Athen. Lib. XII. aquam fuiſſe docet propriam regi Perſarum & filio maximo natu. vide locum de Choaſpis aqua regia notum ex Herod. I. 188. Plin. Catullo. *Idem.*

3. *Nini*) Νείλῳ erat. ſed vitioſè. Homeri loca ſunt Iliad. τ. & Odyſſ. δ. In fine libri pro δὲ κἂν ἕνδεκα. legi δέκα ἢ ἕνδεκα. quod non arbitror dictione cauſæ indigere. *Xyland.*

1. Τοὺς

Perſæ Medorum rebus in ſuam poteſtatem redactis, ſtatim Lydos ſubegere: & Græcos qui in Aſia erant ſibi ſubditos fecerunt, poſtmodum in Græciam trajicientes magnis multiſque certaminibus victi ſunt. Aſiam tamen uſque ad mare tenuerunt, donec à Macedonibus ſunt debellati. Cyrus primus iis imperium comparavit, cujus ſucceſſor Cambyſes filius, à Magis ſublatus eſt. Septem verò Perſæ qui Magos interemerunt, Dario Hyſtaſpis F. imperium tradidere. Ejus ſucceſſores in Narſem deſierunt: quem cum Bagoa eunuchus interfeciſſet, Darium regem fecit, quanquam è ſtirpe regia non ortum. Hunc cum Alexander evertiſſet, ipſe X aut XI annos regnavit. Poſtea Aſiæ imperium in complures ſucceſſores, & ab eis profectos diviſum, tandem diſſipatum eſt. Permanſit annos circiter CCL. Hodie ſeorſim Perſæ ſuum habent corpus, & reges aliis ſubditos, antè Macedonibus, nunc Parthis.

A Πέρσαι δ' ἀφ' οὗ κατέλυσαν τὰ Μήδων, εὐθὺς καὶ Λυδῶν ἐκράτησαν, καὶ [1] τοὺς * κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ὑπηκόους ἔσχον· ὕστερον δὲ καὶ διέβησαν εἰς τὴν Ἑλλάδα· καὶ ἡττηθέντες πολλοῖς καὶ πολλάκις ἀγῶσιν, ὅμως διετέλεσαν τὴν Ἀσίαν μέχρι τῶν ἐπὶ θαλάττῃ τόπων κατέχοντες, ἕως ὑπὸ Μακεδόνων κατεπολεμήθησαν. Ὁ μὲν οὖν εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταστήσας αὐτοὺς Κῦρος ἦν· διαδεξάμενος δὲ τοῦτον Καμβύσης υἱὸς, ὑπὸ τῶν μάγων κατελύθη. Τούτους δ' ἀνελόντες οἱ ἑπτὰ Πέρσαι, Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπου παρέδοσαν τὴν ἀρχήν· εἶθ' οἱ ἀπὸ τούτου διαδεχόμενοι [2] κατέλυσαν εἰς Νάρσην· ὃν ἀποκτείνας Βαγῶος ὁ

B εὐνοῦχος, [3] κατέστησε Δαρεῖον οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων. Τοῦτον δὲ καταλύσας Ἀλέξανδρος, [4] αὐτὸς ἦρξε δέκα ἢ ἕνδεκα ἔτη· εἶτ' εἰς πλείους τοὺς διαδεξαμένους, καὶ τοὺς ἐπιγόνους τούτων μερισθεῖσα ἡ ἡγεμονία τῆς Ἀσίας διελύθη· συνέμεινε δ' ὅσον πεντήκοντα ἐπὶ τοῖς διακοσίοις ἔτη. Νῦν δ' ἤδη καθ' αὑτοὺς συνεστῶτες οἱ Πέρσαι, βασιλέας ἔχουσιν, ὑπηκόους ἑτέροις βασιλεῦσι, πρότερον μὲν Μακεδόσι, νῦν δὲ Παρθυαίοις.

* Vulgò, εἰς τὴν Ἀσίαν.

p. 736.

1. Τοὺς εἰς Ἀσίαν Ἕλληνας) εἰς Ἀσίαν, pro ἐν Ἀσίᾳ, ut *in civitatem*, pro *in civitate*: niſi ſcripſerat τοὺς εἰς Ἀσίαν περαιωθέντας aut ſimili modo. *Caſaub.*

2. Κατέλυσαν εἰς Νάρσην) Lege ex Diodoro εἰς Ἄρσην. vid. emendat. Pauli Leopard. Lib. XI. cap. 9. pag. 221. in Fac. Crit. Jan. Gruter.

3. Κατέστησε Δαρεῖον οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλ.) Erat Aſtandes. Vide Plutarchum & Diodorum. *Caſaub.*

4. Αὐτὸς ἦρξε δέκα ἢ ἕνδεκα ἔτη·) Imo regnavit Alexander, ſi Diodorum audimus, annos XII. menſes VII. Verùm de his omnibus conſulant ſtudioſi doctorum Chronologorum noſtræ ætatis ſcripta. *Idem.*

SYNO-

SYNOPSIS
LIBRI DECIMI SEXTI.

CONTINET hic liber reliquas Aſiæ regiones omnes, quæ inter Perſidis Suſianæque fines ac Nilum continentur. Tractat Geographus de Aſſyria, ejuſque provinciis, Aturia, ubi quondam Ninus, Babylonia, Elymaide, Adiabena, & Meſopotamia. De Syria ejuſque provinciis, Commagena, Seleucide Syria, & quæ Cava dicitur, Phœnice, Judæa. De Arabia & gentibus quæ Rubrum mare & cognominem ſinum ab utroque ejus latere accolunt: quarum præcipuæ ſunt Arabes, & Troglodytæ.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ A STRABONIS

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ βιβλίον Ἑξκαιδέκατον.

RERUM GEOGRAPHICARUM Liber Decimus Sextus.

2 ΤΗ Περσίδι καὶ τῇ Σουσιανῇ συνάπτουσιν οἱ Ἀσσύριοι· 3 καλοῦσι δ᾽ οὕτω τὴν Βαβυλωνίαν, καὶ πολλὴν τῆς κύκλῳ γῆς, 4 ἧς ἐν μέρει, καὶ ἡ Ἀτουρία ἐστὶν, ἐν ᾗ περ ἡ Νῖνος, 5 καὶ ἡ Ἀπολλωνιάτις, καὶ Ἐλυμαῖοι, καὶ Παραιτάκαι, 6 καὶ ἡ περὶ τὸ Ζάγρον ὄρος Χαωνῖτις, καὶ τὰ περὶ τὴν Νῖνον πεδία, Δολομηνή τε, καὶ Καλαχηνὴ καὶ Χαζηνὴ καὶ Ἀδιαβηνὴ,

1 PERSIAM ac Suſianam contingunt Aſſyrii: ſic enim Babyloniam & maximam circum ſitæ regionis partem vocant, cujus & Aturia eſt, in qua ſunt Ninus, Apollonitatis, Elymæi: Paratacæ, & ad Zagrum montem Chaonetis: tum campi Nino vicini. B Deinde Dolomena, Calachena, Chazena, Adiabena,

1. LOcum hunc dextrè intelligi puto, ſi non hanc fingas ſententiam, omnia quæ heic commemorantur Aſſyriæ nomine cenſeri, ſed Dolomenam & cætera deinceps Aſſyria contigua referri. idque voce deinde volui innuere. Poſt Arbacen repoſui, omnibus hiſtoriis notum pro quo Orbacus fuerat incuria librarii & interpretis receptus. Confer cùm his quintam Aſiæ tabulam, ſupra appoſitam è Ptolemæo. *Xyland.*

2. Τῇ Περσίδι καὶ τῇ Σουσιανῇ συνάπτουσιν οἱ Ἀσσύριοι) Hujus libri cum ſuperiore connexio in promptu eſt, & πασίδηλος. Continet autem, quicquid eſt inter Perſidem & Suſianam, ac Ægyptum. *Caſaub.*

3. Καλοῦσι δ᾽ οὕτω τὴν Βαβυλωνίαν) Et tamen videas apud Geographos diſtingui à Babyloniis Aſſyrios. Dionyſius vero Afer Aſſyrios ad Euxinum ſubmovet: nimirum ita vocat, quos Strabo ait mox Syros fuiſſe appellatos. *Idem.*

4. Ἧς ἐν μέρει καὶ ἡ Ἀτουρία ἐστὶν) Aturia ergo Aſſyriæ pars eſt: neſcio vero quam id verum ſit quod ſcribit Dio in Trajano, ſic à barbaris fuiſſe vocatam τὴν Ἀδιαβηνὴν, mutato σ in τ. Sanè Plinius & Marcellinus Lib. III. cap. 6. auctores ſunt provinciam, ubi fuit Ninus, Aſſyriam prius fuiſſe vocatam, poſtea Adiabenem. Aturiam autem non nominant. *Idem.*

5. Καὶ ἡ Ἀπολλωνιάτις) Quæ olim Sitacena, uti libro ſuperiore p. 732. dixit. aliter alii. *Idem.*

6. Καὶ ἡ περὶ τὸ Ζάγρον ὄρος Χαωνῖτις) Scribendum Χαλωνῖτις. Ut apud Plinium. H. N. Lib. VI. cap. 27 & ſupra. Dionyſius Afer, ℣. 1014.

Αὐτὰρ ὑπὲρ Βαβυλῶνος, ἐπὶ πνοιὴν βορέαο,
Κισσοὶ, Μεσσαβάται τε, Χαλωνῖται τε νέμονται.

Sic ferè apud Polybium libro ſexto ubi legendum, διακομίσαντες γὰρ εἰς τὴν Χαλωνῖτιν πρὸς αὐταῖς ἀπεσαύρωσαν ταῖς εἰς τὸν Ζάγρον ἀναβολαῖς. *Idem.*

1. Ἀπὸ

& Meſopotamiæ gentes, Gordyæis & Mygdonibus iis proximæ qui circa Niſibim ſunt, uſque ad Zeugma quod eſt ad Euphratem & ad multam trans Euphratem regionem, quam Arabes tenent, & qui proprie nunc Syri appellantur, uſque ad Cilices & Phœnices & Libyas, & Ægyptium pelagus, ac Iſſicum ſinum. Syrorum nomen tendere videtur à Babylonia uſque ad Iſſicum ſinum, & ab hoc olim uſque ad Euxinum. Etenim utrique Cappadoces, tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum jacent, ad hoc uſque tempus Leucoſyri, id eſt, albi Syri nominantur: ſcilicet, quod ſint aliqui etiam B Syri nigri: hi autem extra Taurum ſunt. Taurum dico eum, qui ad Amanum uſque nomen extendit. Jam qui de Syrorum imperio ſcribunt, cum Medos à Perſis everſos dicunt, Syros autem à Medis, nullos alios Syros intelligunt, quam eos qui Babylone, ac Nini regiam conſtituerunt: quarum alteram Ninum Ninus in Aturia condidit: ejus uxor Semiramis, quæ & in regnum ſucceſſit, Babylonem. Atque hi Aſiam occupaverunt. Semiramidis verò opera præterea, quæ apud Babylonem ſunt, multa per univerſam ferè hanc continentem, ut aggeres, C qui Semiramidis vocantur, & mœnia & munitionum fabricæ, tabulorumque in iis, & aquæ ductus & ſcalæ & foſſæ in fluminibus & lacubus, & viæ, & pontes. Poſteris verò ſuis imperium reliquerunt uſque ad Sardanapalum & Arbacem, quod poſtea in Medos tranſlatum eſt. ¶ Sed Ninus poſt everſos Syros, extemplò deleta eſt. Ea multo major erat Babylone, in Aturiæ campo ſita. Aturia ſimilis eſt iis locis; quæ circa Arbela ſunt, & Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent, & juxta eam ſunt. Trans Lycum verò Aturiæ campi, Ninum circumjacent. D In Aturia quoque pagus eſt nomine

A καὶ τὰ τῆς Μεσοποταμίας ἔθνη, τὰ περὶ Γορδυαίους, καὶ τοὺς περὶ Νίσιβιν Μυγδόνας, μέχρι τοῦ Ζεύγματος τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην, καὶ τῆς πέραν τοῦ Εὐφράτου πολλῆς, ἣν Ἄραβες κατέχουσι, καὶ οἱ ἰδίως * ὑπὸ τῶν νῦν λεγόμενοι, Σύροι, μέχρι Κιλίκων καὶ Φοινίκων, καὶ Λιβύων, καὶ τῆς θαλάττης τῆς κατὰ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος, καὶ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον. Δοκεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα διατεῖναι, [1] ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου· ἀπὸ δὲ τούτου μέχρι τοῦ Εὐξείνου τοπαλαιόν. [2] Οἱ γοῦν Καππαδόκες ἀμφότεροι, οἵ τε πρὸς τῷ Ταύρῳ, καὶ οἱ πρὸς τῷ Πόντῳ, μέχρι νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται, ὡς ἂν ὄντων τινῶν B Σύρων καὶ Μελάνων· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου· λέγω δὲ Ταῦρον μέχρι τοῦ Ἀμανοῦ διατείνων τοὔνομα. [3] Οἱ δ' ἱστοροῦντες τὴν Σύρων ἀρχὴν, ὅταν φῶσι Μήδους μὲν ὑπὸ Περσῶν καταλυθῆναι, Σύρους δὲ ὑπὸ Μήδων, οὐκ ἄλλους τινὰς τοὺς Σύρους λέγουσι, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Νίνῳ κατεσκευασμένους τὸ βασίλειον· ὧν ὁ μὲν Νῖνος ὁ τὴν Νῖνον ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ κτίσας· ἡ δὲ τούτου γυνὴ, ἥπερ καὶ διεδέξατο τὸν ἄνδρα, Σεμίραμις· ἧς ἐστὶ κτίσμα ἡ Βαβυλών. Οὗτοι δὲ ἐκράτησαν τῆς Ἀσίας· καὶ τῆς Σεμιράμιδος, χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἔργων, πολλὰ καὶ ἄλλα κατὰ πᾶσαν γῆν σχεδὸν δείκνυται, ὅση τῆς ἠπείρου ταύτης ἐστὶ, C [4] τά τε χώματα, ἃ δὴ καλοῦσι Σεμιράμιδος, καὶ τείχη, καὶ ἐρυμάτων κατασκευαὶ, καὶ συρίγγων τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ ὑδρείων, καὶ κλιμάκων, καὶ διωρύχων ἐν ποταμοῖς, καὶ λίμναις, καὶ ὁδῶν, καὶ γεφύρων. Ἀπέλιπον δὲ τοῖς μεθ' ἑαυτοὺς τὴν ἀρχὴν, [5] μέχρι τοῦ Σαρδαναπάλου, καὶ Ἀρβάκου· μετέστη δ' εἰς Μήδους ὕστερον. Ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις, ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν· [6] πολὺ δὲ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος, ἐν πεδίῳ κειμένη τῆς Ἀτουρίας· ἡ δ' Ἀτουρία, τοῖς περὶ Ἄρβηλα τόποις * ὁμοία ἐστὶ μεταξὺ ἔχουσα τὸν Λύκον ποταμόν. Τὰ μὲν οὖν Ἄρβηλα τῆς Βαβυλωνίας ὑπάρχει, ἃ κατ' αὐτήν ἐστιν· D ἐν δὲ τῇ περαίᾳ τοῦ Λύκου, τὰ τῆς Ἀτουρίας πεδία, τῇ Νίνῳ περίκειται. Ἐν δὲ τῇ Ἀτουρίᾳ ἐστὶ

* Vet. lib. ὑπὸ τῶν νῦν Ἰουδαίων λ.

p. 737.

* Scripti, ὅμοιος.

1. Ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ) Heſychius annotat Συρίαν λέγεσθαι γῆν, τὴν ἀπὸ Φοινίκης μέχρι Βαβυλωνίας. Qui verſati ſunt in ſacris, ſciunt quàm latè pateat terra *Sur* Hebræis dicta. *Caſaub.*

2. Οἱ γοῦν Καππάδοκες ἀμφότεροι) Vide ad librum XII. p. 533. *Idem.*

3. Οἱ δ' ἱστοροῦντες τὴν Σύρων ἀρχὴν) quod uſitatius Aſſyriorum imperium appellatur, Juſtinus L. I. c. 2. *Imperium Aſſyrii, qui poſtea Syri dicti ſunt, mille trecentis annis tenuêre.* Idem.

4. Τά τε χώματα, ἃ δὴ καλοῦσι Σεμιράμιδος) Ut quæ Lib. XII. pag. 559. commemoravit, quum dicebat Zela urbem ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην. Cæterum de Nino & Semiramide, & eorum operibus conſule Herodotum, Diodorum, Juſtinum, alios. Sunt enim omnia decantatiſſima. *Idem.*

5. Μέχρι Σαρδαναπάλου καὶ Ἀρβάκου) Quorum quidem ille ultimus Aſſyriorum rex fuit, hic primus Medorum. Vocatur & Arbatus. Strabonis verba obſcuriora ſunt. *Idem.*

6. Πολὺ δὲ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος) Fuit ejus figura ἑτερομηκής. duo illa latera, quæ erant longiora, ſtadiis conſtabant CL. quæ breviora, ſtadiis XC. circuitus ſtadiorum CCCLXXX. nec poſtea ulla umquam urbs par huic magnitudini fuit ædificata. Hæc Diodorus Lib. II. *Idem.*

A [1] Γαυγάμηλα κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι, καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον. [2] Ἔστι μὲν οὖν τόπος ἐπίσημος οὗτος, καὶ τοὔνομα· [3] μεθερμηνευθὲν γάρ ἐστι καμήλου οἶκος· ὠνόμασε δ᾽ οὕτω Δαρεῖος ὁ * Ὑστάσπου, κτῆμα δοὺς εἰς διατροφὴν τῇ καμήλῳ τῇ * συνεκπεπονηκυίᾳ μάλιστα * τὴν ὁδὸν, τὴν διὰ τῆς ἐρήμου Σκυθίας μετὰ τῶν φορτίων, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ διατροφὴ τῷ βασιλεῖ. [4] Οἱ μέν τοι Μακεδόνες, τοῦτο μὲν ὁρῶντες κώμιον εὐτελὲς, τὰ δὲ Ἄρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον, κτίσμα ὥς φασιν [5] Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως, περὶ Ἄρβηλα τὴν μάχην καὶ νίκην [6] κατεφήμησαν, καὶ τοῖς συγγραφεῦσιν οὕτω παρέδωκαν. Μετὰ δὲ τὰ Ἄρβηλα, καὶ τὸ Νικατόριον ὄρος (ὃ προσωνόμασεν Ἀλέξανδρος νικήσας B τὴν περὶ Ἄρβηλα μάχην) ὁ Κάπρος ἐστὶ ποταμὸς, ἐν ἴσῳ διαστήματι, ὅσῳ καὶ ὁ Λύκος· [7] ἡ δὲ χώρα * Ἀρτακηνὴ λέγεται. Περὶ Ἄρβηλα δέ ἐστι καὶ Δημητρίας πόλις· [8] εἶθ᾽ ἡ τοῦ Νάφθα πηγὴ, [9] καὶ τὰ πυρὰ, [10] καὶ τὸ τῆς Ἀναίας ἱερὸν, καὶ Σαδράκαι τὸ Δαρείου τοῦ * Ὑστάσπου βασίλειον, καὶ ὁ Κυπαρισσὼν, καὶ ἡ τοῦ Κάπρου διάβασις, συνάπτουσα ἤδη Σελευκείᾳ, καὶ Βαβυλῶνι. [11] Ἡ δὲ Βαβυλὼν, καὶ αὕτη μέν ἐστιν ἐν πεδίῳ, [12] τὸν δὲ κύκλον ἔχει τοῦ τείχους τριακοσίων ὀγδοήκοντα πέντε σταδίων· πάχος δὲ τοῦ τείχους ποδῶν δύο καὶ τριάκοντα· ὕψος δὲ τῶν μὲν μεσοπυργίων, πήχεις πεντήκοντα, τῶν δὲ πύργων ἑξήκοντα· ἡ δὲ C πάροδος ἐπὶ τοῦ τείχους, ὡς τέθριππα ἐναντιοδρομεῖν ἀλλήλοις ῥᾳδίως· διόπερ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων λέγεται καὶ τοῦτο, [13] καὶ ὁ κρεμαστὸς κῆπος,

* Scripti, Ὑστάσπεω.
* Manuſſ. συμπεπονηκυῖα.
* Scripti, κατὰ τὴν ὁδόν.
* Legendum Ἀρακτηνή.
p. 738.
* Scripti, Ὑστάσπεω.

Gaugamela, apud quem Darius ſuperatus amiſit imperium: quare hic locus inſignis eſt, ut & nomen. Cameli enim domus interpretatur: nam ſic Darius Hyſtaſpis F. nominavit, cùm hanc poſſeſſionem Camelo in alimentum daret, in via (qua per deſerta in Scythiam itur) oneribus portandis, in quibus regi etiam alimentum erat maximè defatigatæ: pagum Macedones hunc cùm tenuem viderent, Arbela verò habitationem memorabilem, ab Arbelo, ut tradunt Athmonei F. condita: circa Arbela & prælium & victoriam fuiſſe, famam ſparſerunt, eamque ſcriptoribus tradiderunt. Poſt Arbela & Nicatorium montem, quem ſic Alexander nominavit, à parta apud Arbela victoria, flumen eſt Caprus, tanto, quanto Lycus intervallo. Regio ipſa Artacena dicitur. Circa Arbela eſt urbs Demetrias. Pòſt fons, qui naphthæ ſcatebras habet, inde ignes, & Anææ templum, & Sadracæ Darii regia, Hyſtaſpis F. & Cupreſſetum, & Capri trajectus, jam ad Seleuciam & Babylonem pertinens. ¶ Babylon ipſa quoque in campo jacet, muri ambitu CCCXXCV ſtadiorum, craſſitie pedum XXXII. Altitudine inter turres cubitorum L, turrium ipſarum LX, viam ſuper mœnibus habet tam latam ut quadrigæ occurrentes facilè ſe tranſmittant. Unde & hoc de VII ſpectaculis unum dicitur: & hortus penſilis figura quadrata,

1. Γαυγάμαλα) Ald. Γαυγάμηλα, & ita legi debere monent viri Perſicæ linguæ periti. *Scherpez.*

1. Γαυγάμηλα) Ita Plin. VI. 26. Am. Mercellin. XXIII. 6. ſed Plutarchus in Alexandro p. 1252. ed. H. Steph. vocat Γαυσάμηλα, ed. FFurt. p. 683. male Παυσάμηλα, quæ vox cum dicatur ſignificare *domum cameli*, forte non inepte reſtituas Γαυκάμηλα.

2. Ἔστι μὲν οὖν τόπος ἐπίσημος οὗτος) Prorſus aliter Arrianus, qui de hoc loco ſic ſcribit, πόλις οὐκ ἦν, ἀλλὰ κώμη οὐ μεγάλη. οὐδὲ ὀνόμαστος ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα. Sed & Strabo mox fatetur fuiſſe κώμιον εὐτελές. *Caſaub.*

3. Μεθερμηνευθὲν γάρ ἐστι καμήλου οἶκος) Neſcio an è lingua Hebræa vocis ratio peti poſſit. de poſteriore quidem parte non eſt dubium: de priore credat fortaſſe quis ita eſſe: quum גב Hebræis ſit locus eminens & excelſus. Verum peritiores earum linguarum de his ſtatuant. *Idem.*

4. Οἱ μέντοι Μακεδόνες) Eadem leges apud Arrianum lib. VI. Diodorum vero miror Gaugamelorum nullam feciſſe mentionem. *Idem.*

5. Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως) Hoc loco verſio latina corrigenda eſt, quæ perperam redditur, *ab Arbelo Athmonei filio*, cum reddenda ſit, *ab Arbelo Athmonenſi.* Holſtein. in Steph. p. 42.

6. Κατεφήμησαν) Scribe κατεφήμισαν. *Caſaub.*

7. Ἡ δὲ χώρα Ἀρτακηνὴ λέγεται) Joſephus Scaliger vir prorſus admirabilis & cum nemine noſtræ ætatis comparandus in Tibul. Lib. III. pag. 158. cenſet legendum Ἀρακτηνὴ λέγ. ut intelligatur regio *Arec*, cujus meminit Moſes Geneſeos cap. x. de Nemrodo loquens, *ejus*, inquit, *regni caput fuit Babylon, Arec, Acad, & Calne in terra Senaar.* De eadem putat ille accipiendum Tibulli hunc locum lib. IV. Panegyr. ad Meſſalam ✓ſ. 142.

Ardet Arecteis aut unda perhoſpita campis. Idem.

8. Εἶθ᾽ ἡ τοῦ νάφθα πηγὴ) Ne naphtha vide Plin. Lib. II. c. 105. & alibi: item Plutarchum in Alexandro & alios. *Idem.*

9. Καὶ τὰ πυρὰ) Videtur intelligere Babyloniæ locum, de quo Plin. II. c. 106. *Campus Babyloniæ flagrat quadam veluti piſcina jugeri magnitudine.* Meminere & alii, ut Dio in Tito de Veſuvio loquens. *Idem.*

10. Καὶ τὸ τῆς Ἀναίας ἱερὸν) Videtur eſſe τῆς Ἀναΐτιδος cujus toties meminit. *Idem.*

D

11. Ἡ δὲ Βαβυλὼν καὶ αὕτη μὲν ἐστὶν ἐν πεδίῳ) Herodotus in Babylonis deſcriptione (L. I. c. 178.) κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ. *Idem.*

12. Τὸν δὲ κύκλον ἔχει τοῦ τείχους τριακοσίων ὀγδοήκοντα πέντε σταδίων) Herodotus (Lib. I. c. 178.) ait Babylonis ambitum fuiſſe ſtadiorum CCCCLXXX. Plinius Herodotum ſecutus ſexaginta mill. paſſ. Diodorus CCCLXV. qui hoc etiam addit, voluiſſe Semiramidem ſtadiorum numero dierum anni totius numerum æquare. In reliquis demenſionibus non minor varietas, quam lectori apud ipſos auctores quos nominavi videndam relinquo. *Idem.*

13. Καὶ ὁ κρεμαστὸς κῆπος) Meminit Diodorus. Ὑπῆρχε δὲ καὶ ὁ κρεμαστὸς καλούμενος κῆπος παρὰ τὴν ἀκρόπολιν οὐ Σεμιράμιδος &c. quæ ſunt Strabonis verbis ſimillima. Beroſus apud Joſephum non κῆπον ſed παράδεισον vocat, & à Nabuchodonoſoro fuiſſe conſtructum ait in uxoris gratiam, quæ in Media regione montana educata, ſylvis delectabatur. *Idem.*

1. Ἔστι

cujus latus quodlibet quatuor eſt jugerum. Fornicibus continentur fornicatis ſitis ſuper talos cubi formam habentes. Tali iſti, pilæ concavæ ſunt & terra planæ, ut arbores maximas conſitas recipere poſſint, ex lapide coctili & bitumine conſtructæ, cum ipſæ tum teſtudines & fornices. Supremum tabulatum aſcenſus ſcalares habet & cochlias ipſis adjacentes, per quas continenter aqua ex Euphrate in hortos attollitur ab hominibus ad hoc ipſum conſtitutis. Nam flumen mediam urbem perlabitur, latitudine ſtadium occupans: horti ſuper flumine ſunt. Ibi etiam Beli ſepultura eſt, nunc everſa: quod feciſſe Xerxes fertur. Pyramis quædam erat quadrata, ex latere coctili ſtructa, ſtadii altitudine, cujus quodque latus ſtadium obtinebat. Hanc Alexander inſtaurare voluit: ſed cum multi res laboris eſſet, & multi temporis (nam ad expurgandam duntaxat terram x millibus hominum, duorum menſium opus erat) quod inceperat perficere non valuit: illico enim morbus & mors ejus oppreſſit. Poſteriorum nemo curavit: quinetiam reliqua neglecta ſunt, & urbis partem Perſæ diruerunt, partem tempus conſumſit & Macedonum negligentia: præſertim poſtquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit ſtadiis tantum CCC à Babylone diſſitam. Nam & ille & poſteri omnes huic urbi maximoperè ſtuduerunt, & regiam eo tranſtulerunt, & nunc Babylone hæc major eſt, illa magna ex parte deſerta, ut intrepide de ea uſurpari poſſit, quod de Megalopoli Arcadiæ magna urbe quidam dixit Comicus:

Eſt magna ſolitudo nunc Megalopolis.

In Babylonia propter lignorum penuriam è palmaceis trabibus & columnis ædificia faciunt. Circum columnas funes ex contortis calamis confectos ponunt, poſtea illinientes coloribus pingunt.

A ἔχων ἐν τετραγώνῳ σχήματι ἑκάστην πλευρὰν τεττάρων πλέθρων· συνέχεται δὲ ψαλιδώμασι καμαρωτοῖς, ἐπὶ πεττῶν ἱδρυμένοις κυβοειδῶν ἄλλης ἐπ' * ἄλλῃ· οἱ δὲ πεττοὶ κοῖλοι πλήρεις γῆς, ὥστε δέξασθαι φυτὰ δένδρων τῶν μεγίστων, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεσκευασμένοι, καὶ αὐτοὶ, καὶ αἱ ψαλίδες, καὶ τὰ καμαρώματα. Ἡ δ' ἀνωτάτω στέγη προσβάσεις κλιμακωτὰς ἔχει, παρακειμένους δ' αὐταῖς, καὶ κοχλίας, δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἀνῆγον εἰς τὸν κῆπον ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου συνεχῶς οἱ πρὸς τοῦτο τεταγμένοι. Ὁ γὰρ ποταμὸς διὰ * μέσον ῥεῖ τῆς πόλεως σταδιαῖος B τὸ πλάτος· ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ ὁ κῆπος. [1] Ἔστι δὲ καὶ ὁ τοῦ Βήλου τάφος αὐτόθι, νῦν μὲν κατεσκαμμένος, Ξέρξης δ' αὐτὸν κατέσπασεν, ὥς φασιν· ἦν δὲ πυραμὶς τετράγωνος ἐξ ὀπτῆς πλίνθου, καὶ αὐτὴ σταδιαία τὸ ὕψος· σταδιαία δὲ καὶ ἑκάστη τῶν πλευρῶν· ἣν Ἀλέξανδρος ἐβούλετο ἀνασκευάσαι· πολὺ δ' ἦν ἔργον καὶ πολλοῦ χρόνου (αὐτὴ γὰρ ἡ χοῦς εἰς ἀνακάθαρσιν μυρίοις ἀνδράσι δυεῖν μηνῶν ἔργον ἦν) ὥστ' οὐκ ἔφθη τὸ ἐγχειρηθὲν ἐπιτελέσαι, παραχρῆμα γὰρ ἡ νόσος, καὶ ἡ τελευτὴ συνέπεσε τῷ βασιλεῖ. Τῶν δ' ὕστερον οὐδεὶς ἐφρόντισεν. ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ C ὠλιγωρήθη καὶ κατήρειψαν τῆς πόλεως, τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δ' ὁ χρόνος, καὶ ἡ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ [2] τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρητι πλησίον τῆς Βαβυλῶνος [3] ἐν τριακοσίοις που σταδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἅπαντες περὶ ταύτην ἐσπούδασαν τὴν πόλιν, καὶ τὸ βασίλειον ἐνταῦθα μετήνεγκαν· καὶ δὴ καὶ νῦν ἡ μὲν γέγονε Βαβυλῶνος μείζων· ἡ δ' ἔρημος ἡ πολλή· ὥστ' ἐπ' αὐτῆς μὴ ἂν ὀκνῆσαί τινα εἰπεῖν ὅπερ ἔφη τις τῶν κωμικῶν ἐπὶ τῶν Μεγαλοπολιτῶν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ.

D Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγάλη πόλις.

Διὰ δὲ τὴν τῆς ὕλης σπάνιν, ἐκ φοινίκων ξύλων αἱ οἰκοδομαὶ συντελοῦνται, καὶ δοκοῖς καὶ στύλοις· περὶ δὲ τοὺς στύλους στρέφοντες ἐκ τῆς καλάμης σχοινία περιτιθέασιν. p. 739.

* Scripti, ἄλλης.

* Scripti, μέσης.

1. Ἔστι δὲ ὁ Βήλου τάφος αὐτόθι) Lege Arrianum Lib. VII. & Ælianum Lib. XIII. cap. 3. variæ hiſtoriæ. Plinius H. N. Lib. VI. cap. 26. de Babylone loquens, *Durat adhuc ibi Jovis Beli templum.* Caſaub.

2. Τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρητι) Hæc eſt quæ vocatur Seleucia ad Tigrin, inquit Plinius. Idem ſic ſcribit Lib. V. cap. 26. *Scinditur Euphrates à Zeugmate* LXXXIII. M. P. *circa vicum Maſſicen & parte læva in Meſopotamiam vadit per ipſam Seleuciam circa eam præfluenti infuſus Tigri.* Idem.

3. Ἐν τριακοσίοις που σταδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ) Plinius de Babylone H. N. Lib. VI. c. 26. *Cæterum in ſolitudinem rediit, exhauſta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ à Nicatore intra nonageſimum lapidem in confluente Euphratis foſſa perducti atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac ſui juris, Macedonumque moris.* Vides miram diverſitatem in intervallo quod eſt Babylone Seleuciam. Nam millia paſſ. ſive ut loquitur Plinius lapides nonaginta, ſtadia ſunt IↃCCXX. *Idem.*

A εἶτ' ἐπαλείφοντες χρώμασι καταγράφουσι· τὰς δὲ θύρας ἀσφάλτῳ· ὑψηλαὶ δὲ καὶ αὗται, καὶ οἱ οἶκοι καμαρωτοὶ πάντες διὰ τὴν ἀξυλίαν. Ψιλὴ γὰρ ἡ χώρα, καὶ θαμνώδης ἡ πολλὴ, πλὴν φοίνικος· οὗτος δὲ πλεῖστος ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, πολὺς δὲ καὶ ἐν Σούσοις, καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ Περσίδι, καὶ ἐν τῇ Καρμανίᾳ· Κεράμῳ δ' οὐ χρῶνται· [1] οὐδὲ γὰρ κατομβροῦνται. Παραπλήσια δὲ καὶ τὰ ἐν Σούσοις, καὶ ἐν τῇ Σιτακηνῇ. Ἀφώριστο δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσόφοις, τοῖς Χαλδαίοις προσαγορευομένοις, οἳ περὶ ἀστρονομίαν εἰσὶ τὸ πλέον· προσποιοῦνται δέ τινες καὶ γενεθλιαλογεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι· ἔστι δὲ καὶ φῦλόν τι τῶν Χαλ- B δαίων, καὶ χώρα τῆς Βαβυλωνίας ὑπ' ἐκείνων οἰκουμένη, πλησιάζουσα καὶ τοῖς Ἄραψι, καὶ τῇ κατὰ Πέρσας λεγομένῃ θαλάττῃ. Ἔστι δὲ καὶ τῶν Χαλδαίων τῶν ἀστρονομικῶν γένη πλείω. [2] Καὶ γὰρ Ὀρχηνοί τινες προσαγορεύονται. [3] καὶ Βορσιππηνοὶ, καὶ ἄλλοι πλείους, ὡς ἂν κατὰ αἱρέσεις, ἄλλα καὶ ἄλλα * λέγοντες περὶ τῶν αὐτῶν δογμάτων· μέμνηνται δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐνίων οἱ Μαθηματικοὶ, καθάπερ Κιδήνα τε καὶ Ναβουριανοῦ, καὶ Σουδίνου· καὶ Σέλευκος δ' ὁ ἀπὸ τῆς Σελευκείας Χαλδαῖός ἐστι, καὶ ἄλλοι πλείους ἀξιόλογοι ἄνδρες· τὰ δὲ Βόρσιππα, ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, λινουργεῖον μέγα. Πλη- C θύουσι δ' ἐν αὐτῇ νυκτερίδες * μείζους τῶν ἐν ἄλλοις τόποις· ἁλίσκονται δ' εἰς βρῶσιν, καὶ ταριχεύονται· περιέχεται δ' ἡ χώρα τῶν Βαβυλωνίων, ἀπὸ μὲν τῆς ἠοῦς, ὑπό τε Σουσίων καὶ Ἐλυμαίων καὶ Παραιτακηνῶν· ἀπὸ δὲ τῆς μεσημβρίας, ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ κόλπου, καὶ τῶν Χαλδαίων, μέχρις Ἀράβων τῶν Ἀλεσηνῶν· ἀπὸ δὲ ἑσπέρας ὑπό τε Ἀράβων τῶν Σκηνιτῶν μέχρι τῆς Ἀδιαβηνῆς, καὶ τῆς Γορδυαίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ὑπό τε Ἀρμενίων καὶ Μήδων, μέχρι τοῦ Ζάγρου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ἐθνῶν. Διαρρεῖται δ' ὑπὸ πλειόνων μὲν ποταμῶν ἡ χώρα, μεγίστων δὲ τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος· μετὰ γὰρ τοὺς Ἰνδι- D κοὺς οὗτοι λέγονται δευτερεύειν, κατὰ τὰ νότια μέρη τῆς Ἀσίας οἱ ποταμοί· ἔχουσι δ' ἀνάπλους, ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Ὦπιν καὶ τὴν νῦν Σελεύκειαν· [4] ἡ δὲ Ὦπις, κώμη ἐμπορεῖον τῶν κύκλῳ τόπων, ὁ δ' ἐπὶ Βαβυλῶνα, πλειόνων ἢ τρισχιλίων σταδίων·

* Manuſſ. νέμοντες.

* Scripti, μείζους πολὺ τῶν.

A Portæ bituminatæ & altæ ſunt tam ipſæ, quam domus, quæ omnes propter lignorum penuriam fornicantur. Quippe regio magna ex parte nuda, nihil fert præter frutices & palmam: quæ & in Babylonia & in Suſiana & in ora Perſiæ & in Carmania permulta eſt. Imbrice autem non utuntur, cum imbribus careant. Idem fit in Suſiana & Sitacena. ¶ Conſtituta eſt habitatio peculiaris in Babylonia philoſophis indigenis, plurimum aſtronomîam tractantibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex iis qui è natalibus hominum eventura iis vaticinari ſe profiteantur: ſed à ceteris B non probantur. Eſt & Chaldæorum natio & Babyloniæ regio ab eis habitata, Arabibus & mari proxima, quod Perſicum appellatur. Chaldæorum aſtronomicorum genera ſunt aliquot. Nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borſippeni, & alii complures qui (ut in ſectarum fieri ſolet diverſitate) eiſdem de rebus aliter atque aliter ſtatuunt. Mathematici quoque nonnullos eorum commemorant: ut Cidenam, & Naburianum, & Sudinum, & Seleucus ex Seleucia Chaldæus eſt, atque alii complures illuſtres viri. Borſippa urbs eſt Dianæ & Apolli- C ni ſacra. In ea maximum linificium eſt, & maxima veſpertilionum multitudo, qui longe majores ſunt quam in cæteris locis. Capiuntur ad cibum, & ſale condiuntur. Babyloniorum regio ab oriente continetur à Suſis & Elymæis & Parætacenis: à meridie vero Perſico ſinu & Chaldæis uſque ad Arabes Aleſenos: ab occidente ab Arabibus Scenitis uſque ad Adiabenam & Gordyæam: à ſeptentrione ab Armeniis ac Medis uſque ad Zagrum montem, & gentes circa eum habitantes. ¶ Regio multis fluminibus irrigatur: quorum maximi ſunt Tigris & Euphrates: ſecundi ab Indicis inter D hos, qui in auſtrali parte Aſiæ ſunt, fluvios. His adverſis navigatur à mari per alterum, Opim, & in eam, quæ nunc Seleucia dicitur: (Opis autem pagus eſt circumſtantium locorum emporium) per alterum vero Babylonem, ſupra tria millia ſtadiorum.

1. *Οὐδὲ γὰρ κατομβροῦνται*) Imbribus carent, pluvia non omnino, ut docent Arrianus & alii. *Caſ.*

2. *Καὶ γὰρ ὀρχηνοί τινες προσαγορεύονται*) Plinius H. N. L. VI. c. 26. *Orcheni quoque tertia Chaldæorum doctrina in eodem ſitu locantur, ad meridiem verſi.* Meminit & Ptolem. *Idem.*

3. *Καὶ Βορσιππηνοὶ*) Stephan. Βόρσιππα πόλις Χαλδαίων, οὐδετέρως. ex hoc loco Strab. & ſequenti. Joſepho eſt Βόρσιππος. *Idem.*

4. *Ἡ δ' Ὦπις*) Meminit etiam libro ſecundo p. 80. De Alexandro pluribus habes apud Arrianum libro ſeptimo, ἐκεῖθεν δὲ αὖθις, inquit, ἔπλει ἐς Ὦπιν, πόλιν ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ᾠκισμένην. ἐν δὲ τῷ ἀνάπλῳ τοὺς καταρράκτας τοὺς κατὰ τὸν ποταμὸν ἀφανίζων, ὁμαλὸν πάντη ἐποίει τὸν ῥοῦν, οἳ δὴ ἐκ Περσῶν πεποιημένοι ἦσαν, τοῦ μή τινα ἀπὸ θαλάσσης ἀναπλεύσαντα εἰς τὴν χώραν αὐτῶν νηΐτῃ στόλῳ κρατῆσαι· ταῦτα δὲ μεμηχάνητο, ἅτε δὴ οὐ ναυτικοῖς τοῖς Πέρσαις. & quæ ſequuntur. *Idem.*

1. Πλημ-

Persæ quidem volentes de industria subvectiones eas prohibere, extranearum invasionum metu, catarrhactas manuum opere confecerunt, per quos fluviis in præceps dejectis, sursum navigandi facultas tolleretur. Alexander cum adventasset, quos potuit omnes demolitus est, præsertim qui erant in navigatione ad Opim. Fossarum quoque idem curam habuit. Exundat enim Euphrates æstate, sub ver incipiens, cum jam nives in Armenia liquefiunt: ut necesse sit stagnari arva, atque obrui: nisi quis ingruentem fluxum, & aquarum vim per fossas & canales divertat: quemadmodum Nilum quoque coërcent in Ægypto. Hinc ergo fossæ actæ sunt: sed opera nulla opus est. Nam cum terra profunda sit, & mollis ac facilè cedat: nullo negocio ab aquis abripitur, & campi nudantur, ac limus fossas implet, eorumque ora obstruit: unde rursum aquarum eluvio fit, quæ in campos mari propinquos effusæ, lacus, & paludes efficiunt & arundineta: è quorum arundinibus varia contexuntur vasa: quorum quæ liquida suscipiunt, bitumine illinuntur, cætera nuda, & lituræ expertia relinquuntur. Fiunt etiam vela arundinea storeis & cratibus similia. Fieri nequit ut hæc inundatio omnino prohibeatur: afferre autem aliquod remedium optimorum principum munus est. Remedium est, nimiam aquarum effusionem obstruendo prohibere, fossarum vero repletionem quam limus efficit, eas expurgando & ora aperiendo. Ac purgatio quidem facilis est: obstructio multarum manuum operam requirit. Nam cum terra facilè cedat, & mollis sit, aggestum limum non sustinet, sed cedendo & ipsa trahitur, & os obthuratu difficile reddit. Quin & celeritate opus est, ut cito fossæ claudantur & ne omnino ex eis aqua elabatur. Fossæ enim per æstatem arefactæ flumen quoque siccant, quod subsidens derivationibus non potest tempestivis sufficere, quibus regio perusta & siccitate squalens per æstatem plurimum eget: neque vero quicquam refert aquarumne multitudine obruantur fruges, an siti depereant. Præterea cum navigationes valde utiles sunt, ab ante dictis causis impeditæ, confici rectè nequeunt,

A οἱ μὲν οὖν Πέρσαι τοὺς ἀνάπλους ἐπίτηδες κωλύειν p. 740.
ἐθέλοντες φόβῳ τῶν ἔξωθεν ἐφόδων, καταῤῥάκτας χειροποιήτους κατεσκευάκεισαν· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐπιὼν ὅσους οἷός τε ἦν ἀνεσκεύασε, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπὶ τὴν Ὦπιν. Ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῶν διωρύγων· [1] πλημμυρεῖ γὰρ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους, ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος, ἡνίκα τήκονται αἱ χιόνες ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, ὥστ' ἀνάγκη λιμνάζειν, καὶ κατακλύζεσθαι τὰς ἀρούρας. εἰ μὴ διοχετεύοι τις ταφρείαις καὶ διώρυξι τὸ ἐκπίπτον τοῦ ῥοῦ καὶ ἐπιπολάζον ὕδωρ, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τὸ τοῦ Νείλου. ἐντεῦθεν μὲν οὖν αἱ διώρυγες γεγένηνται· Χρεία δέ ἐστιν ὑπουργίας μεγάλης, βαθεῖα γὰρ ἡ γῆ, καὶ μαλακὴ, καὶ εὐένδοτος, ὥστε καὶ ἐκσύρεται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ῥευμάτων, καὶ γυμνοῦται τὰ πεδία. πληροῦται δὲ τὰς διώρυγας, καὶ τὰ στόματα αὐτῶν ἐμφράττει ῥᾳδίως ἡ χοῦς· οὕτω δὲ συμβαίνει πάλιν τὴν ὑπέρχυσιν τῶν ὑδάτων εἰς τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ πεδία ἐκπίπτουσαν, λίμνας ἀποτελεῖν καὶ ἕλη, καὶ καλαμῶνας, ἐξ ὧν καλάμινα πλέκεται παντοῖα σκεύη, τὰ μὲν ὑγροῦ δεκτικὰ, τῇ ἀσφάλτῳ περιαλειφόντων, τοῖς δ' ἄλλοις ψιλῶς χρωμένων· καὶ ἱστία δὲ ποιοῦνται καλάμινα, ψιάθοις, ἢ ῥιψὶ παραπλήσια· τὸ μὲν οὖν παντάπασι κωλύειν τὴν τοιαύτην πλημμύραν οὐχ οἷόν τε ἴσως· τὸ δὲ τὴν δυνατὴν προσφέρειν βοήθειαν, ἡγεμόνων ἀγαθῶν ἐστιν ἡ δὲ βοήθεια αὕτη, τὴν μὲν πολλὴν παρέκχυσιν ἐμφράξει κωλύειν, τὴν δὲ πλήρωσιν ἣν ἡ χοῦς ἐργάζεται τοὐναντίον, ἀνακαθάρσει τῶν διωρύγων, καὶ ἐξανοίξει τῶν στομάτων· ἡ μὲν οὖν ἀνακάθαρσις ῥᾳδία· ἡ δὲ ἔμφραξις, πολυχειρίας δεῖται· εὐένδοτος γὰρ οὖσα ἡ γῆ καὶ μαλακὴ, τὴν ἐπιφορηθεῖσαν οὐχ ὑπομένει χοῦν, ἀλλ' * ἀεὶ συνεφέλκεται κἀκείνην, καὶ ποιεῖ δυσεύχωστον τὸ στόμα. * Manuss. ἀλλ' εἴκουσα.
Καὶ γὰρ καὶ τάχους δεῖ πρὸς τὸ ταχέως κλυσθῆναι τὰς διώρυγας, καὶ μὴ πᾶν ἐκπεσεῖν ἐξ αὐτῶν τὸ ὕδωρ. ξηρανθεῖσαι γὰρ τοῦ θέρους, ξηραίνουσι καὶ τὸν ποταμόν· ταπεινωθεὶς δὲ, τὰς ἐποχετείας οὐ δύναται παρέχεσθαι κατὰ καιρὸν, ὧν δεῖται πλεῖστον τοῦ θέρους ἔμπυρος οὖσα ἡ χώρα καὶ καυματηρά· διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων κατακλύζεσθαι τοὺς καρπούς, ἢ τῇ λειψυδρίᾳ, * τῷ δίψει διαφθείρεσθαι· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀνάπλους πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχοντας ἀεὶ λυμαινομένους γὰρ ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν λεχθέντων παθῶν, οὐχ οἷόν τε ἐπανορθοῦν, εἰ μὴ ταχὺ μὲν ἐξανοίγοιτο τὰ στόμια τῶν διωρύγων, * Fortasse καὶ τῷ. Sed hic locus totus est de mendo suspectus.

1. Πλημμυρεῖ γὰρ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος) Plinius H. N. Lib. v. c. 26. de Euphrate, *Increscit autem & ipse Nili modo statis diebus, paulum differens ac Mesopotamiam inundat Sole obtinente vicesimam partem Cancri. Minui incipit in Virgine, & Leone transgresso. In totum vero remeat in vigesima nona parte Virginis.* Casaub.

A ταχὺ δὲ κλείοιντο, καὶ αἱ διώρυγες ἀεὶ μετριάζοιεν, ὥς τε μηδὲ πλεονάζειν ἐν αὐταῖς τὸ ὕδωρ, μήτ᾽ ἐλλείπειν. p. 741. Φησὶ δ᾽ Ἀριστόβουλος τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος, ἐπισκοπεῖν, καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυγας μετὰ τοῦ πλήθους τῶν συνακολουθησάντων· ὡς δ᾽ αὔτως, καὶ τὰ στόμια ἐμφράττειν, τὰ δ᾽ ἀνοίγειν· κατανοήσαντα δὲ μίαν * συντείνουσαν ἐπὶ τὰ ἕλη, καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ στόμα, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὐένδοτον, καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα ἀπὸ σταδίων τριάκοντα ὑπόπετρον λαβόντα χωρίον, B κἀκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον· ταῦτα δὲ ποιεῖν, προνοοῦντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησιάζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος· διανοεῖσθαι γὰρ δὴ κατακτᾶσθαι τὴν χώραν ταύτην, καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι, τὰ πλοῖα, τὰ μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον διάλυτά τε, καὶ γομφωτά, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον, σταδίοις ἑπτά, εἶτα τῷ ποταμῷ κατακομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος. Τὰ δ᾽ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων· C σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα· ἐν δὲ Κοσσαίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία· [1] σκήψασθαι μὲν οὖν αἰτίαν τοῦ πολέμου * φασίν, ἐπειδὴ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες ὡς αὐτόν· τὸ δ᾽ ἀληθὲς ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον· καὶ * ἐπειδὴ δύο θεοὺς ἐπυνθάνετο τιμᾶσθαι μόνους ὑπ᾽ αὐτῶν, τόν τε Δία καὶ τὸν Διόνυσον τοὺς τὰ κυριώτατα πρὸς τὸ ζῆν παρέχοντας, τρίτον ὑπολαβεῖν ἑαυτὸν * τιμήσεσθαι, κρατήσαντα, καὶ ἐπιτρέψαντα τὴν πάτριον αὐτονομίαν ἔχειν, ἣν εἶχον πρότερον. Ταῦτά τε δὴ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυγας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· D τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι. Ἐρατοσθένης δὲ τῶν λιμνῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ φησὶ τὸ ὕδωρ ἀπορούμενον διεξόδων ἀνοῖξαι πόρους ἐπὶ γῆς· καὶ δι᾽ ἐκείνων ὑποφέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων· ἀναθλίβεσθαι δὲ εἰς * τοὺς περὶ Ῥινοκόλουραν, καὶ τὸ Κάσιον ὄρος ποταμούς, [2] καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας, καὶ τὰ βάραθρα·

* Manuss. τὴν μάλιστα τείνουσαν.

* Fortassè φησί.

* Scripti, ἐπεί.

* Lego τιμηθήσεσθαι.

* Scripti, τοὺς πόρους.

nisi fossarum ora cito claudantur: ut semper fossæ mediocritatem servent, ne in eis aqua aut redundet aut deficiat. Narrat Aristobulus, Alexandrum ipsum navigantem, & scapham gubernantem fossas inspexisse, easque comitantis multitudinis opera expurgasse, & ora quædam obstruxisse, nonnulla aperuisse. Cumque fossam quandam ad paludes & lacus, qui sunt Arabiam versus, tendere animadverteret habentem os intractibile, & obstructu difficillimum, propter cedentem & mollem terram: aliud novum os aperuisse XXX à priore stadiis, capto loco petroso, atque traducto alveo. Idque etiam ideo arctum, ut præcaveret, ne Arabia omnino difficilis esset ingressu propter lacus & paludes: cùm propter aquæ multitudinem jam tum effecta insula videretur. Habebat enim in animo regionem eam occupare, jamque ad hoc & classem & receptacula paraverat, ac navigia partim in Phœnicia Cyproque construxerat, tum dissolubilia, tum clavis compacta, quæ per septem stadia Thapsacum portata, postea Babylonem flumine delata sunt: partim in Babylonia ædificaverat, ex hortorum & lucorum cupressis. Ibi enim materiei inopia est: apud Cossæos vero & nonnullos alios mediocris copia. Hanc eum causam dicunt bello prætendisse, quod Arabes ex omnibus gentibus legatos ad eum non misissent: revera, omnibus dominandi impulsum cupiditate: & quoniam duos tantum Deos ab illis coli audisset, Jovem scilicet, & Bacchum, qui eorum, quæ ad vitam pertinent, potissima largirentur: se tertium existimasse cultum iri, si vicisset, & patriam libertatem illis restituisset. Cum hæc Alexander circa fossas tradit effecisse: tum regum & principum sepulturas, quarum plurimæ in lacubus erant, refodisse, Eratosthenes paludum mentionem faciens, quæ apud Arabiam sit, aquam dicit, cùm exitum nullum inveniret, subterraneos sibi meatus aperuisse, ac per illos usque in Cœlesyriam delatam in ea flumina erupisse, quæ circa Rhinocolura & Casium montem sunt: atque ibi & lacus & voragines effecisse,

1. Σκήψασθαι μὲν οὖν τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου φασίν) Legebatur σκέψασθαι ineptè. Arrianus eadem pluribus persequitur. *Casaub.*

2. Καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας καὶ τὰ βάραθρα) Etsi omnes voragines possunt appellari βάραθρα, tamen hic fuit interpretibus ea vox retinenda cum sit locis de quibus loquitur propria. Diodorus Siculus lib. I. de iisdem locis τὰ μὲν οὖν προειρημένα πεδία τοιαύτην ἔχοντα τὴν φύσιν, οἰκείας ἔτυχε προσηγορίας ὀνομασθέντα βάραθρα. Idem docet etiam lib. XVI. & lib. XX. *Idem.*

1. Et

quæ haud ſcio an veriſimilia dixerit. Nam Euphratis effuſiones, quæ Arabiam verſus, & lacus & paludes efficiunt, mari Perſico proximæ ſunt: iſthmus autem, qui ea dirimit, neque magnus, nec petroſus. Itaque probabilius erat, aquam in mare impelli, ſive ſub terram ſive ſupra ejus ſuperficiem: quam amplius ſex millibus ſtadiorum ſiccam & aridam regionem perrumpere: præſertim cum Libanus & Antilibanus, & 1 Caſius montes in medio eſſent. Atque hi quidem hæc dicunt. Polycletus negat Euphratem exundare. Etenim per campos maximos ferri: montium verò alios duobus millibus ſtadiorum, Caſios ad mille abeſſe, non admodum altos, nec multa nive tectos, aut quæ confertim liquetur: maximam enim montium altitudinem in borealibus partibus eſſe ultra Ecbatana: verſus auſtrum verò ſciſſos ac dilatatos plurimum deprimi: tum maximam aquæ partem à Tigri excipi. Equidem quod ultimò dicitur, apertè abſurdum eſt: in eoſdem enim campos Tigris deſcendit. Jam montium altitudines, quibus inundationes adſcribuntur, inæqualitatem quandam habent: cùm alias borealia magis attollantur: interdum meridionalia diducantur. Nix autem non modò altitudine montium, ſed climatibus etiam judicatur, ut ejuſdem montis boreales partes magis nivibus tegantur quàm auſtrales: & diutius illæ nivem retineant quam hæ. Tigris quidem ex auſtraliſſimis Armeniæ partibus, quæ ſunt Babyloniæ proximæ, nivalem aquam excipiens non ſanè multam, utpote ab auſtrali latere delabentem, minus ſanè exundat. Euphrates verò ex utriſque partibus aquam recipit, non ex uno monte ſolum, ſed ex multis: ut in deſcriptione Armeniæ declaravimus: addita etiam fluminis longitudine, quantum in magna & in parva Armenia ſpacii conficiat, & quantum deinde per Cappadociam & Taurum vadens, dum Thapſacum uſque defertur, inferiorem Syriam & Meſopotamiam dirimens: & quantum porrò Babylonem uſque & ad oſtia: quæ ſumma continet millia ſtadiorum XXXVI. Ergo hæc de foſſis dicta ſufficiunt. Regio hordeum fert quantum alia nulla: nam trecenticuplum reddere dicitur.

A οὐκ οἶδα δ' εἰ πιθανῶς εἴρηκεν· αἱ γὰρ τοῦ Εὐφράτου παρεκχύσεις αἱ ποιοῦσαι τὰς πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ λίμνας καὶ τὰ ἕλη, πλησίον εἰσὶ τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης· ὁ δὲ διείργων ἰσθμὸς, οὔτε πολύς ἐστιν οὔτε πετρώδης, ὥς τε ταύτῃ μᾶλλον εἰκὸς ἦν βιάσασθαι τὸ ὕδωρ εἰς τὴν θάλατταν, εἴθ' * ὑπὸ γῆς, εἴτ' ἐπιπολῆς, ἢ p. 742. πλείους τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων διανύειν, ἄνυδρον καὶ ξηρὰν οὕτω· καὶ ταῦτα ὀρῶν ἐν μέσῳ κειμένων, τοῦτε Λιβάνου καὶ τοῦ Ἀντιλιβάνου, τοῦ * Κασίου· οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα λέγουσι. Πολύκλειτος δέ φησι μὴ πλημμυρεῖν τὸν Εὐφράτην· διὰ γὰρ πεδίων φέρεσθαι μεγάλων, τὰ B δ' ὄρη τὰ μὲν δισχιλίους ἀφεστάναι σταδίους [2] τὰ δὲ * Κάσσια μόλις χιλίους, οὐ πάνυ ὑψηλὰ, οὐδὲ νιφόμενα σφοδρῶς, οὐκ ἀθρόαν ἐπιφέροντα τῇ χιόνι τὴν τῆξιν· εἶναι γὰρ καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρῶν ἐν τοῖς ὑπὲρ Ἐκβατάνων μέρεσι τοῖς * προσβορείοις. ἀεὶ δὲ τοῖς πρὸς νότον σχιζόμενα, καὶ πλατυνόμενα πολὺ ταπεινοῦσθαι, ἅμα δὲ καὶ τὸ πολὺ τοῦ ὕδατος * ἐνδέχεσθαι τὸν Τίγριν. Τὸ μὲν οὖν ὕστατον ῥηθὲν φανερῶς ἄτοπον· εἰς γὰρ τὰ αὐτὰ κατέρχεται πεδία· καὶ οὕτως τὰ πλημμυρεῖν λεχθέντα ὕψη τῶν ὀρῶν ἀνωμαλίαν ἔχει· πῇ μὲν * ἐξηρμένα μᾶλλον, τὰ C βόρεια· πῇ δὲ πλατυνόμενα, τὰ μεσημβρινά· ἡ δὲ χιὼν, οὐ τοῖς ὕψεσι κρίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς κλίμασι· τό, τε αὐτὸ ὄρος τὰ βόρεια μέρη νίφεται μᾶλλον ἢ τὰ νότια· καὶ τὴν χιόνα * συμμένουσαν ἔχει μᾶλλον ἐκεῖνα, ἢ ταῦτα· ὁ μὲν οὖν Τίγρις ἐκ τῶν νοτιωτάτων μερῶν τῆς Ἀρμενίας, ἃ πλησίον ἐστὶ τῆς Βαβυλωνίας, δεχόμενος τὸ ἐκ τῶν χιόνων ὕδωρ οὐ πολὺ ὂν, ἅ τε ἐκ τῆς νοτίου πλευρᾶς, ἧττον ἂν πλημμύροι· ὁ δὲ Εὐφράτης, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων δέχεται τῶν μερῶν, καὶ οὐχ ἑνὸς ὄρους, ἀλλὰ πολλῶν, (ὡς ἐδηλοῦμεν ἐν τῇ περιηγήσει τῆς Ἀρμενίας,) προστιθεὶς τὸ μῆκος τοῦ ποταμοῦ, ὅσον D μὲν τὸ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ διέξεισι, καὶ τῇ μικρᾷ. ὅσον δὲ τὸ ἐκ * τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, καὶ * τῆς Καππαδοκείας, διὰ τοῦ Ταύρου διεκβαλὼν ἕως Θαψάκου φέρεται, τὴν κάτω Συρίαν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἀφορίζων· ὅσον δὲ τὸ λοιπὸν μέχρι Βαβυλῶνος καὶ τῆς ἐκβολῆς ὁμοῦ, τρισμυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων· τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς διώρυγας τοιαῦτα. Ἡ δὲ χώρα φέρει κριθὰς μὲν ὅσας οὐκ ἄλλη· καὶ γὰρ * τριακοσιάχια λέγουσι·

* Scripti, ὑπὸ γῆν.

* Scripti, καὶ τοῦ Μασσίου & Μαρσίου.

* Prior interpr. Κισσαῖα.

* Scripti, προσβόρροις.

* Scripti, ἐκδέχεσθαι

* Vulgo, ἐξηρμένου.

* Scripti, συνέχουσαν.

* Sic habent vet. lib. vulgo, ἐκ τῆς Ἀρμενίας καὶ τῆς μ.

* Scripti, διὰ τῆς.

* Scripti, τριακοσιάχιον & τριακοσιάχου.

1. *Et Caſius*) Interpres Marſyam pro Caſio repoſuit, neſcio quid ſecutus, mihi non probatur. Quid ſi Maſium legas, ſub quo Tigranocerta jacent? Sed nulla neceſſitate urgente, nolo quicquam mutare. de Marſya dixi ſuo loco. *Xyland.*

2. Τὰ δὲ Κάσσια) Lege cum priore interprete τὰ δὲ Κοσσαῖα. quorum montium & lib. II. meminit. *Caſaub.*

1. Ἡ μὲν

* Manuss. παρέχεται. * Vulgo, αὐτόν.

τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ φοίνικος * παρέχονται· καὶ γὰρ A * ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ ὄξος, καὶ μέλι, καὶ ἄλφιτα, τά τε πλεκτὰ παντοῖα ἐκ τούτου· τοῖς δὲ πυρῆσιν ἀντ' ἀνθράκων οἱ χαλκεῖς χρῶνται· βρεχόμενοι δὲ τοῖς σιτιζομένοις εἰς τροφὴν βουσὶ, καὶ προβάτοις. Φασὶ δ' εἶναι καὶ Περσικὴν ᾠδὴν, ἐν ᾗ τὰς ὠφελείας τοῦ φοίνικος, τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διαριθμοῦνται· ἐλαίῳ δὲ χρῶνται τῷ σησαμίνῳ τὸ πλέον· οἱ δ' ἄλλοι τόποι σπανίζονται τούτου τοῦ φυ-

p. 743.

τοῦ. Γίνεται δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ ἡ ἄσφαλτος πολλὴ, περὶ ἧς Ἐρατοσθένης μὲν οὕτως εἴρηκεν· ὅτι [1] ἡ μὲν ὑγρὰ ἣν καλοῦσι νάφθαν, γίνεται ἐν τῇ Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρὰ δυναμένη πήττεσθαι, ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· ταύτης δ' ἐστὶν ἡ πηγὴ τοῦ νάφθα B πλησίον· πλημμύροντος δὲ τούτου κατὰ τὰς τῶν χιόνων τήξεις, καὶ αὐτὴ πληροῦται, καὶ ὑπέρχυσιν εἰς τὸν ποταμὸν λαμβάνει· ἐνταῦθα δὲ συνίστανται βῶλοι μεγάλαι πρὸς τὰς οἰκοδομὰς ἐπιτήδειαι, τὰς διὰ τῆς ὀπτῆς πλίνθου. Ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ὑγρὰν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γίνεσθαι φασί· περὶ μὲν οὖν τῆς ξηρᾶς, εἴρηται πόσον τὸ χρήσιμον τὸ ἐκ τῶν οἰκοδομιῶν μάλιστα· φασὶ δὲ καὶ πλοῖα πλέκεσθαι, ἐμπλασθέντα δ' ἀσφάλτῳ, πυκνοῦσθαι. Τὴν δ' ὑγρὰν, ἣν νάφθαν καλοῦσι, παράδοξον ἔχειν συμβαίνει τὴν φύσιν· προσαφθεὶς γὰρ ὁ νάφθας πυρὶ πλησίον, ἀναρπάζει τὸ πῦρ, κἂν ἐπιχρίσας αὐτῷ σῶμα προσαγάγῃς, φλέγεται· σβέσαι C δ' ὕδατι οὐχ οἷόν τε· ἐκκαίεται γὰρ μᾶλλον, πλὴν εἰ πάνυ πολλῷ· [2] ἀλλὰ πηλῷ καὶ ὄξει, καὶ στυπτηρίᾳ, καὶ ἰξῷ πνιγέντα, σβέννυται. Πείρας δὲ χάριν φασὶν Ἀλέξανδρον ἐν λουτρῷ * [3] προσχέαι παιδὶ τοῦ νάφθα, καὶ προσαγαγεῖν λύχνον· φλεγόμενον δὲ καὶ τὸν παῖδα, ἐγγὺς ἐλθεῖν τοῦ ἀπολέσθαι, πλὴν πολλῷ σφόδρα καταντλοῦντες τῷ ὕδατι, ἐξίσχυσαν καὶ διέσωσαν οἱ περιεστῶτες. Ποσειδώνιος δέ φησι τοῦ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ νάφθα τὰς πηγὰς, τὰς μὲν εἶναι λευκοῦ, τὰς δὲ μέλανος· τούτων δὲ τὰς μὲν εἶναι θείου ὑγροῦ, λέγω δὲ τὰς τοῦ λευκοῦ· ταύτας δ' εἶναι τὰς ἐπισπώσας τὰς φλόγας· τὰς δὲ τοῦ μέλανος, ἀσ- D φάλτου ὑγρᾶς, [4] ᾧ ἀντ' ἐλαίου τοὺς λύχνους καίουσι. Πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, [5] νῦν δὲ Σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ

* Manuss. περιχέαι.

Cætera verò palmæ suppeditant. Ex iis enim panis & mel & vinum, & acetum fit, & textilia varia, nucleis pro carbonibus fabri ferrarii utuntur, iidem in aqua macerati bobus & ovibus in pabulum dantur. Dicunt esse carmen quoddam Persicum in quo CCCLX palmæ utilitates numerentur: oleo frequentius sesamino utuntur. Cætera loca hujus arboris penuriam habent. In Babylonia etiam bitumen multum nascitur, de quo Eratosthenes dicit; liquidum, quod naphthan vocant, in Susiano agro nasci: siccum verò, quod congelascere potest, in Babylonio: cujus fons est propè ipsam naphthan: hoc autem inundante ex liquefactione nivium, & ipse augetur, & effusionem in fluvium facit. Hic glebæ maxime coëunt ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sunt qui liquidam etiam in Babylonio nasci dicunt. De sicco quidem dictum est, quantus sit ejus ad ædificia usus: dicunt etiam navigia contexi, quæ bitumine illita solidentur. Liquidi bituminis, quod naphthan vocant, admirabilis est natura. Nam igni admotum, eum corripit: & si corpus eo illitum igni admoveris, deflagrat, nec aqua ullo pacto extingui potest: sed magis etiam exardescit, nisi valdè multam superinfuderis, cœno & aceto, & alumine, & visco oppressum exstinguitur. Alexandrum tradunt, ut experimento rem cognosceret, puero cuidam in balneo naphthan illevisse, ac lucernam admovisse, puerum pœnè deflagrasse: circumstantes multa admodum aqua flammas devicisse, ac puerum servasse. Posidonius scribit, è fontibus naphthæ Babyloniis quosdam nigrum naphthan, quosdam album producere: atque ex iis alios esse liquidi sulphuris, eos scilicet qui album naphthan habent, quam & flammæ arripiant: eos verò, qui nigri bituminis sint, liquidos esse, & pro oleo in lucernis usurpari. Babylon olim Assyriæ fuit metropolis: nunc Seleucia est, quæ ad

1. Ἡ μὲν ὑγρὰ ἣν καλοῦσι νάφθαν) Plinio Lib. XXXV. c. 15. non placet inter bituminis genera referri naphtham. *Sunt*, inquit, *qui & naphtham de qua in secundo diximus volumine* c. 105. *bituminis generi ascribant. Verum ardens ejus vis ignium naturæ cognata procul ab omni usu abest.* Idem tamen liquidum bitumen commemorat, quod à Babylone invehitur. *Casaub.*

2. Ἀλλὰ πηλῷ) Refert Plinius lib. II. c. 104. de maltha, quæ huc videntur pertinere. *Idem.*

3. Προσχέαι παιδὶ) Puero nomen Stephano. Vide Plutarch. *Idem.*

4. Ὧ ἀντ' ἐλαίου τοὺς λύχνους καίουσι) Idem Plinius de alio bitumine, *Utuntur eo ad lucernarum lumina olei vice.* Idem.

5. Νῦν δὲ Σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ Τίγρει λεγομένη) Vere hæc de suis temporibus Strabo. mox alio translatum est imperium. Plinius H. Nat. L. VI. c. 26. postquam egit de Seleucia. *Invicem*, ait, *ad hanc exhauriendam Ctesiphontem juxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nunc est caput regni.* Idem.

1. Ἀπὸ

Tigrim dicitur. Propè eam pagus maximus est nomine Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemabant, Seleuciæ parcentes, ne Scythicæ & militaris nationis hospitio adsiduo opprimeretur. Hic pagus urbis potentia ac magnitudine est, cum Parthorum multitudinem & apparatum omnem recipiat, ac venalia & necessaria artificia illis suppeditet. Ibi Parthorum reges in hyeme propter aëris temperiem degere solebant: æstatem verò in Hyrcania & Ecbatanis agunt, propter antiquam loci, & adhuc durantem famam. Et quemadmodum Babyloniam regionem vocamus, sic indigenas Babylonios dicimus non ab urbe, sed à regione. A Seleucia non item, & si ibi nati sint, ut Diogenes philosophus Stoicus, (*qui Babylonios usurpatur.*) Est porrò Artemita, insignis civitas, quingentis stadiis à Seleucia distans, plurimum orientem versus, ut & Sitacena. Nam & ea multa & opulenta inter Babylonem & Susianam jacet: quare è Babylone Susa euntibus, totum iter per Sitacenam est. Ad orientem verò è Susis in Persiæ mediterraneam euntibus iter est per Uxiam, quemadmodum iis, qui ex Persia in medios Carmanios proficiscuntur. Carmaniam à septentrione Persia circumdat, quæ multa est, cum Paraetacenis & Cossæis conjuncta usque ad Caspias portas, montanis sanè gentibus ac latrociniis: Susiæ conjungitur Elymaitica, quæ magna ex parte aspera est, & latronibus referta. Elymaiticæ Media, & quæ Zagro sunt proxima. ¶ Cossæi ferè sagittarii sunt, quemadmodum & montani eis finitimi, qui semper latrocinia exercent: parvam enim ac sterilem regionem incolentes, ex alieno vivere, & quidem prævalere oportet: omnes enim bello student. Sanè Elymæis cum hi adversus Babylonios, Susiosque bellum gererent, auxilio miserunt, tredecim hominum millia. Paraetaceni, quanquam magis agriculturam exerceant, quàm Cossæi, ne ipsi tamen à latrociniis abstinent.

A Τίγρις λεγομένη. Πλησίον δ' ἐστὶ κώμη, Κτησιφῶν λεγομένη, μεγάλη· ταύτην δ' ἐποιοῦντο χειμάδιον οἱ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖς, φειδόμενοι τῶν Σελευκείων, ἵνα μὴ κατασταθμεύοιντο ὑπὸ τοῦ Σκυθικοῦ φύλου καὶ στρατιωτικοῦ· δυνάμει οὖν Παρθικῇ πόλις ἀντὶ κώμης ἐστὶ καὶ τὸ μέγεθος τοσοῦτόν γε πλῆθος δεχομένη, καὶ τὴν κατασκευὴν ὑπ' ἐκείνων αὐτῶν κατεσκευασμένη, καὶ τὰ ὤνια, καὶ τὰς τέχνας προσφόρους ἐκείνοις πεπορισμένη· εἰώθασι γὰρ ἐνταῦθα τοῦ χειμῶνος διάγειν οἱ βασιλεῖς διὰ τὸ εὐάερον· θέρους δὲ ἐν Ἐκβατάνοις, καὶ τῇ Ὑρκανίᾳ διὰ τὴν ἐπικράτειαν τῆς παλαιᾶς

B δόξης. Ὥσπερ δὲ Βαβυλωνίαν τὴν χώραν καλοῦμεν, οὕτω καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκεῖθεν Βαβυλωνίους καλοῦμεν, οὐκ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χώρας· [1] ἀπὸ δὲ τῆς Σελευκείας ἧττον κἂν ἐκεῖθεν ὦσι, καθάπερ Διογένη τὸν Στωϊκὸν φιλόσοφον. P. 744. Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτεμίτα πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα πεντακοσίους τῆς Σελευκείας σταδίους, πρὸς ἕω τὸ πλέον, [2] καθάπερ καὶ ἡ Σιτακηνή· καὶ γὰρ αὕτη πολλή τε καὶ ἀγαθή, μέση Βαβυλῶνος τέτακται, καὶ τῆς Σουσίδος, ὥστε τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα βαδίζουσι διὰ τῆς Σιτακηνῆς ἡ ὁδὸς ἅπασα·

C πρὸς ἕω δ' ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκ Σούσων εἰς τὴν μεσόγαιαν τῆς Περσίδος, διὰ τῆς Οὐξίας, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Περσίδος, εἰς τὰ μέσα τῆς Καρμανίας. Τὴν μὲν οὖν Καρμανίαν ἐγκυκλοῦται πρὸς ἄρκτον ἡ Περσὶς, πολλὴ οὖσα· ταύτῃ δὲ συνάπτει ἡ Παραιτακηνὴ καὶ Κοσσαία μέχρι Κασπίων πυλῶν, ὀρεινὰ καὶ λῃστρικὰ ἔθνη· [3] τῇ δὲ Σουσίδι ἡ Ἐλυμάτις, καὶ αὐτὴ τραχεῖα ἡ πολλὴ, καὶ λῃστρική· τῇ δὲ Ἐλυμάτιδι, τὰ περὶ τὸν Ζάγρον καὶ ἡ Μηδία. Κοσσαῖοι μὲν οὖν εἰσὶ τοξόται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ οἱ συνεχεῖς ὀρεινοὶ προνομεύοντες ἀεί· χώραν γὰρ ἔχουσιν ὀλίγην τε καὶ λυπρὰν, ὥστ' ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀνάγ-

D κη ζῆν· ἀνάγκη δὲ καὶ ἰσχύειν· ἅπαντες γάρ εἰσι μάχιμοι· [4] τοῖς γοῦν Ἐλυμαίοις συνεμάχουν μύριοι καὶ τρισχίλιοι, πολεμοῦσι πρός τε Βαβυλωνίους καὶ Σουσίους· οἱ δὲ Παραιτακηνοὶ μᾶλλον μὲν τῶν Κοσσαίων ἐπιμελοῦνται γῆς· ὅμως δὲ καὶ αὐτοὶ λῃστηρίων οὐκ ἀπέχονται.

1. Ἀπὸ δὲ τῆς Σελευκείας ἧττον) Atqui ipsa Seleucia Babylonia appellabatur: ut mirum non sit Seleucenses, Babylonios non tantum à nomine regionis, sed etiam ab altera urbis appellatione fuisse dictos: tamen & Laërtius de Diogene Babylonio idem notat, plures ejusdem nominis referens, τέταρτος, inquit, στωϊκὸς γένος Σελευκεὺς, καλούμενος δὲ Βαβυλώνιος διὰ γειτονίαν. *Casaub.*

2. Καθάπερ καὶ ἡ Σιτακηνή) Ptolemæus post Artemitam Sittacen urbem refert. *Idem.*

3. Τῇ τε Σουσίδι ἡ Ἐλυμάτις. *Susiæ Elymaitica.*) Non multum abest ea vox à voce *Elam*, quæ Persas in sacris paginis ubique significat. *Palmer.*

4. Τοῖς γοῦν Ἐλυμαίοις συνεμάχουν) Idem dixit lib. IX. p. 524. *Casaub.*

Ἐλυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τούτων κεκτῆνται χώραν καὶ ποικιλοτέραν· ὅση μὲν οὖν ἀγαθή, γεωργοὺς ἔχει τοὺς ἐνοικοῦντας· ἡ δ᾽ ὀρεινή, στρατιώτας τρέφει, τοξότας τοὺς πλείστους· πολλὴ δὲ οὖσα, πολὺ καὶ τὸ στρατιωτικὸν παρέχεται, ὥστε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν δύναμιν κεκτημένος μεγάλην, οὐκ ἀξιοῖ τῷ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ὑπήκοος εἶναι· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς Μακεδόνας ὕστερον, τοὺς τῆς Συρίας ἄρχοντας διέκειτο· 1 Ἀντίοχον μὲν οὖν τὸν Μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα, ἀνεῖλον ἐπιθέμενοι καθ᾽ αὑτοὺς οἱ πλησίον βάρβαροι. Ἐκ δὲ τῶν ἐκείνῳ συμβάντων παιδευθεὶς ὁ Παρθυαῖος, χρόνοις ὕστερον ἀκούων τὰ ἱερὰ πλούσια παρ᾽ αὐτοῖς, ὁρῶν δ᾽ ἀπειθοῦντας, ἐμβάλλει μετὰ δυνάμεως μεγάλης· καὶ τό, τε τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἷλε, 2 καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος τὰ Ἄζαρα, καὶ ἦρε ταλάντων μυρίων γάζαν· ᾑρέθη δὲ καὶ πρὸς τῷ Ἡδυφῶντι ποταμῷ Σελεύκεια μεγάλη πόλις· * Σολόκη δ᾽ ἐκαλεῖτο πρότερον. Τρεῖς δ᾽ εἰσὶν εἰς τὴν χώραν εὐφυεῖς εἰσβολαί· ἐκ μὲν τῆς Μηδίας καὶ τῶν περὶ τὸν Ζάγρον τόπων διὰ τῆς Μασσαβατικῆς· ἐκ δὲ τῆς Σούσιδος διὰ τῆς Γαβιανῆς (ἐπαρχίαι δ᾽ εἰσὶν αὗται τῆς Ἐλυμαΐας, 3 ἥ τε Γαβιανὴ καὶ ἡ Μασσαβατικὴ) τρίτη δ᾽ ἐστὶν ἡ ἐκ τῆς Περσίδος. Ἔστι δὲ καὶ * Κορβιανὰ ἐπαρχία τῆς Ἐλυμαΐδος· ὅμοροι δ᾽ εἰσὶ τούτοις Σαγαπηνοί τε καὶ Σιλακηνοί, δυναστεῖαι μικραί. Τοσαῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα ἔθνη πρὸς ἕω τὰ ὑπερκείμενα τῆς Βαβυλωνίας. Πρὸς ἄρκτον δὲ τὴν Μηδίαν φαμέν, καὶ τὴν Ἀρμενίαν· ἀπὸ δὲ δύσεως ἡ Ἀδιαβηνή, καὶ ἡ Μεσοποταμία. 4 Τῆς μὲν οὖν Ἀδιαβηνῆς ἡ πλείστη πεδιάς ἐστι, καὶ αὐτὴ τῆς Βαβυλωνίας μέρος οὖσα, ἔχουσα δ᾽ ὅμως ἄρχοντα ἴδιον· ἔστιν ὅπη καὶ τῇ Ἀρμενίᾳ προσχωροῦσα. Οἱ γὰρ Μῆδοι καὶ οἱ Ἀρμένιοι, τρίτοι δὲ Βαβυλώνιοι, τὰ μέγιστα τῶν ἐθνῶν τῶν ταύτῃ·

* Scripti lib. Σοδόμη.

p. 745.

* Scripti, Κυρβιάνη.

A Elymæi plus terræ possident, quàm hi & magis variæ, quæ ferax est, incolas rusticos habet: montana verò milites nutrit majore ex parte sagittarios, & cum multa sit, multum exercitum emittit. Ideò rex eorum potentia magna fretus recusat Parthorum regi obtemperare, quod faciunt alii. Eodem modo erga Macedonas, qui postmodum Syriæ imperaverunt, adfectus fuit. Antiochum quidem magnum, Beli templum spoliare conatum, finitimi barbari absque aliorum ope adorti interemerunt. Parthus ex his, quæ illi evenerant, edo- B ctus, & aliquanto post audiens templa esse apud eos opulenta, vidensque haudquaquam ultrò concessuros, vi magna invasit: & Minervæ templum ac Dianæ, quod Azara dicitur, cepit, CCIↃↃ talentorum gaza ablata. Capta est etiam propè flumen Hedyphontem Seleucia magna civitas, quæ prius Soloce vocabatur. Tres sunt in eam regionem commodi ingressus: è Media quidem & locis Zagro vicinis, per Massabaticam: ex Susiade per Gabianam (Gabiana & Massabatica Elymæorum sunt provinciæ) tertius ingressus est è Persia: est etiam Corbia- C na Elymæorum provincia. His finitimi sunt Sagapeni, & Silaceni, exiguæ præfecturæ principatus. Atque hæ sunt gentes, quæ orientem versus Babyloniam habitant. Ad septentrionem Media, ut supra diximus, & Armenia: Ad occidentem est Adiabena: & Mesopotamia. ¶ Maxima Adiabenæ pars plana est, ea præsertim quæ pertinet ad Babyloniam: quanquam proprium principem habeat, quibusdam locis Armeniam contingit. Nam Medi, Armenii, ac Babylonii, præter omnes alias gentes, quæ hic sunt,

1. Ἀντίοχον μὲν οὖν τὸν μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα) Josephus lib. XII. Ἀρχαιολογίας cap. 13. narrat Antiochum Epiphanem templum Dianæ in Elymaide spoliare conantem, magna clade accepta Babylonem recessisse: ubi cum paulò post accepisset nuntium de altera clade à suis accepta in Judæa dolore sit confectus. Idem & D. Hieronymus refert in Danielem. refert & Justinus, sed paulò aliter Lib. XXXII. Sed quia de Epiphane narrantur, non de Magno, docti censent nihil ea pertinere ad hunc locum. Antiochi autem Magni interitum reperies apud Justinum libro XXXVIII. *Casaub.*

2. Καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος Ἄζαρα) Hoc illud esse videtur Dianæ fanum, de quo Josephus intelligit. Puto autem legendum, τὰ Ζάρα. Nam inde dicta est Diana Ζαρῆτις. Hesychius, Ζαρῆτις, ἄρτεμις Πέρσαι. *Idem.*

3. Ἥτε Γαβιανὴ καὶ ἡ Μασσαβατικὴ) De Massa- D batica diximus ad Lib. XI. Gabianæ meminit Diodorus Lib. XIX. *Idem.*

4. Τῆς μὲν οὖν Ἀδιαβηνῆς ἡ πλείστη πεδιάς) De Adiabena locus est elegans apud Marcellinum Lib. XXIII. cap. 6. *Juxta* (al. *intra*) *hunc circuitum Adiabena est Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum, ea re, quod inter Oenam & Tigridem sita navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit: transire enim* διαβαίνειν *dicimus Græci: & veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem didicimus quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos & transivimus Diavas & Adiavas, juncti navalibus pontibus. Ideoque intelligi Adiavenam cognominatam.* Ex his melius docemur ubi fuerit, quæ Adiabene vocabatur, regio, quàm ex Stephano, qui hoc tantum ait, esse χώραν μέσην Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. & addit quod falsum jure videatur, ἥτις καὶ Μεσήνη ὠνόμαστο. Nam aliud Mesene, aliud Adiabene. vide Plinium. *Idem.*

1. Καλοῦν-

ita ſuas ab initio res inſtituerant, ut ſe invicem adorirentur, quiſque ſibi opportuno tempore: ac rurſum in gratiam redirent, quod uſque ad Parthorum imperium duravit. Proinde Medis ac Babyloniis Parthi imperant: Armenios autem nunquam in ſuam redegerunt poteſtatem, qui ſæpe bello impetiti, nunquam ſubacti ſunt, immò Tigranes (ut in rebus Armenicis docuimus) fortiter reſtitit. Adiabena ergo qualis ſit, intelligitur. Adiabeni etiam Saccopodes vocantur. De Meſopotamia & gentibus, quæ ad meridiem vergunt, deinceps dicemus, ſi priùs pauca de moribus Aſſyriorum dixerimus. ¶ Hi itaque in cæteris Perſarum ſimiles ſunt: proprium verò id habent, quod cuique tribui tres viros integros præficiunt, qui puellas nubiles in mediam multitudinem producentes, eas per præconem locandas ſignificant, ac primo eas, quæ digniores ſunt. Sic enim conjugia apud eos conficiuntur. A coitu ſurgunt, quiſque ſeorſum ſuffiti: lavantur mane priuſquam aliquid attingant, & perinde eis lavacrum in more eſt à coitu, atque à mortuis. Omnibus Babyloniorum mulieribus mos eſt, ex quodam oraculo, apud quoddam Veneris fanum cum hoſpite corpus miſcere, cum turba & cultu plurimo ad illud veniunt, quælibet funiculo coronatur: qui verò ad eam admittitur, poſito ſuper ejus genibus argento quantum convenire videtur, init longè eam à fano abductam: id argentum Veneri ſacrum eſt. Tria ſunt Aſſyriorum concilia, unum eorum qui jam militia ſunt defuncti, alterum nobiliorum, tertium ſenum. Seorſum aliud à rege inſtitutum eſt.

A διετέλουν οὕτως ἐξ ἀρχῆς συνεστῶτες, ὥστ' ἀλλήλοις ἐπιτίθεσθαι κατὰ καιροὺς τοὺς οἰκείους ἑκάστοι, καὶ πάλιν διαλύεσθαι· καὶ τοῦτο μέχρι καὶ τῆς τῶν Παρθυαίων ἐπικρατείας διέμενε. Τῶν μὲν οὖν Μήδων καὶ τῶν Βαβυλωνίων ἐπάρχουσι Παρθυαῖοι· τῶν δ' Ἀρμενίων οὐδ' ἅπαξ· ἀλλ' ἔφοδοι μὲν γεγόνασι πολλάκις, ἀνακράτος δ' οὐχ ἑάλωσαν, ἀλλ' ὅ γε Τιγράνης καὶ ἐρρωμένως ἀντεπεκράτησεν, ὡς ἐν τοῖς Ἀρμενιακοῖς εἴρηται. Ἡ μὲν οὖν Ἀδιαβηνὴ τοιαύτη· [1] καλοῦνται δ' οἱ Ἀδιαβηνοὶ, καὶ Σακκόποδες. Περὶ δὲ
B τῆς Μεσοποταμίας ἐροῦμεν ἐφεξῆς, καὶ τῶν πρὸς μεσημβρίαν ἐθνῶν, ἐπιόντες ἐπὶ μικρὸν πρότερον τὰ λεγόμενα περὶ τῶν ἐθῶν τῶν παρὰ τοῖς Ἀσσυρίοις. Τ' ἄλλα μὲν οὖν ἔοικε τοῖς Περσικοῖς· [2] ἴδιον δὲ, τὸ καθεστάναι τρεῖς ἄνδρας σώφρονας ἑκάστης ἄρχοντας φυλῆς, οἱ τὰς ἐπιγάμους κόρας προσάγοντες εἰς τὸ πλῆθος, ἀποκηρύττουσι τοῖς νυμφίοις ἀεὶ τὰς ἐντιμοτέρας πρώτας· οὕτω μὲν αἱ συζυγίαι τελοῦνται· ὁσάκις δ' ἂν μιχθῶσιν ἀλλήλοις ἐπιθυμιάσαντες, ἐξανίστανται ἑκάτερος χωρίς· ὄρθρου δὲ λούονται,
C πρὶν ἀγγείου τινὸς ἅψασθαι· παραπλησίως γὰρ ὥσπερ ἀπὸ νεκροῦ τὸ λουτρὸν ἐν ἔθει ἐστὶν, οὕτω καὶ ἀπὸ συνουσίας. [3] Πάσαις δὲ ταῖς Βαβυλωνίαις ἔθος κατά τι λόγιον, ξένῳ μίγνυσθαι, πρός τι Ἀφροδίσιον ἀφικνουμέναις μετὰ πολλῆς θεραπείας καὶ ὄχλου. [4] θώμιγγι δ' ἔστεπται ἑκάστη· ὁ δὲ προσιὼν καταθεὶς ἐπὶ τὰ γόνατα ὅσον καλῶς ἔχει ἀργύριον, συγγίνεται, ἄπωθεν τοῦ τεμένους ἀπαγαγών· τὸ δ' ἀργύριον ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης νομίζεται. Ἀρχεῖα δ' ἐστὶ τρία, τὸ τῶν ἀφειμένων ἤδη τῆς στρατείας, καὶ τὸ τῶν ἐνδοξοτάτων, καὶ τὸ τῶν γερόντων,
D χωρὶς τοῦ ὑπὸ τοῦ βασιλέως καθισταμένου.

1. *Καλοῦνται δ' οἱ Ἀδιαβηνοὶ, καὶ Σακκόποδες*) Locum hunc doctiſſimus Caſaubonus præterivit intactum, attamen in eum vir maximus Salm. ad Solinum ita ſcribit: *Haud ſcio, quare ſic dicti, niſi ſit quod ſuſpicor. Græci Ἀδιαβήνους putarunt nominatos quaſi τοῦ διαβαίνειν impotes, qui minimè poſſent crura divaricare ad ambulandum: haud ſecus ac ſi pedes ambos intra ſaccum conditos haberent, καὶ συμβεβηκότας.* Hæc ille quidem acutè, ut ſolet; Tamen ego aliud ſuſpicor, nempe mendoſe ſcribi Σακκόποδες pro Σαυκρόποδες: & vocem ignotam librarios corrupiſſe. Σαυκρόποδες Heſychio ſunt ἁβρόποδες, id eſt, ἁβρὰ βαίνοντες, qui infracto greſſu & ſuſpenſo mollitiem animi præ ſe ferunt. Hinc Suidæ ἁβρὰ βαίνων eſt θρυπτόμενος, *deliciis fractus*; & Heſychio ἁβρὰ βαίνων eſt τρυφερόβιος, *qui molliter & delicatè vivit.* Nempe mollis inceſſus mollem & effœminatam vitam arguit. Vide plura apud Bochart. in Phaleg. Lib. IV. c. 19. p. 246. Edit. Lug. Bat.

2. *Ἴδιον δὲ τὸ καθεστάναι τρεῖς ἄνδρας*) Herodotus Κλειοῖ paulò aliter hunc Aſſyriorum morem refert. eum, ſi vacat, lege. *Caſaub.*

3. *Πάσαις δὲ ταῖς Βαβυλωνίαις ἔθος κατά τι λόγιον ξένῳ μίγνυσθαι*) Etiam hæc ſunt ex Herodoto Lib. I. cap. 199. δεῖ, inquit, πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἱζομένην ἐς ἱερὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζώῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. *Idem.*

4. *Θώμιγγι δ' ἔστεπται ἑκάστη*) Herodotus L. I. c. 199. ἐν τεμένει Ἀφροδίτης κατέαται στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος πολλαὶ γυναῖκες. In quibuſdam exemplaribus ante vocem θώμιγγι legebantur hæc, σειρὰ ἐκ φοινίκων. quod ortum exiſtimo ex gloſſa vocis θώμιγξ. quanquam θώμιγξ non eſt σειρὰ, ſed funiculus. *Idem.*

p. 746.

τούτου δ' ἐστὶ καὶ τὸ τὰς παρθένους ἐκδιδόναι, καὶ τὸ τὰς περὶ τῆς μοιχείας δικάζειν δίκας· * ἄλλο δὲ τὸ τὰς τῆς κλοπῆς, τρίτον τὸ περὶ τῶν βιαίων. [1] Τοὺς δ' ἀρρώστους εἰς τὰς τριόδους ἐκτιθέντες, πυνθάνονται τῶν παριόντων, εἴ τις τι ἔχοι λέγειν τοῦ πάθους ἄκος· οὐδείς τέ ἐστιν οὕτω κακὸς τῶν παριόντων, ὃς οὐκ ἐντυχὼν εἴ τι φρονεῖ σωτήριον ὑποτίθεται. Ἐσθὴς δ' αὐτοῖς ἐστὶ χιτὼν λινοῦς ποδήρης, καὶ ἐπενδύτης ἐρεοῦς, ἱμάτιον λευκόν· κόμη μικρά, ὑπόδημα ἐμβάδι ὅμοιον· φοροῦσι δὲ καὶ σφραγῖδα, καὶ σκῆπτρον οὐ λιτὸν, ἀλλ' ἐπίσημον, ἔχον * ἐπάνω μῆλον ἢ ῥόδον ἢ κρίνον ἤ τι τοιοῦτον· ἀλείφονται δ' ἐκ τοῦ σησάμου. θρηνοῦσι δὲ τοὺς ἀποθανόντας ὡς οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων· θάπτουσι δ' ἐν μέλιτι κηρῷ περιπλάσαντες· τρεῖς δ' εἰσὶ φρατρίαι τῶν ἀπόρων σίτου· ἕλειοι δ' εἰσὶν οὗτοι καὶ ἰχθυοφάγοι, διαιτώμενοι παραπλησίως τοῖς κατὰ τὴν Γεδρωσίαν.

* Vulgo, ἄλλῳ.

* Scripti, εἰς τὸ ἄνω.

Μεσοποταμία δ' ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὠνόμασται· εἴρηται δ' ὅτι κεῖται μεταξὺ τοῦ Εὐφράτου, καὶ τοῦ Τίγριος· καὶ διότι ὁ μὲν Τίγρις τὸ ἑωθινὸν αὐτῆς μόνον κλύζει πλευρὸν, τὸ δὲ ἑσπέριον, καὶ νότιον ὁ Εὐφράτης· πρὸς ἄρκτον δὲ ὁ Ταῦρος, ὁ τοὺς Ἀρμενίους διορίζων ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας· τὸ μὲν οὖν μέγιστον ὃ ἀφίστανται διάστημα ἀπ' ἀλλήλων, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσίν ἐστι· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ ὅπερ εἴρηκεν Ἐρατοσθένης, τὸ ἀπὸ Θαψάκου, καθ' ὃ ἦν τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιὸν ἐπὶ τὴν τοῦ * Τίγριδος διάβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτὸν, δισχιλίων τετρακοσίων· τὸ δ' ἐλάχιστον μικρῷ πλέον τῶν διακοσίων, κατὰ Σελεύκειάν που καὶ Βαβυλῶνα. [2] Διαρρεῖ δ' ὁ Τίγρις τὴν Θωνῖτιν καλουμένην λίμνην κατὰ πλάτος μέσην· [3] περαιωθεὶς δ' ἐπὶ θάτερον χεῖλος, κατὰ γῆς δύεται μετὰ πολλοῦ καὶ ψόφου καὶ ἀναφυσημάτων· ἐπὶ πολὺ δ' * ἐνεχθεὶς ἀφανὴς, ἀνίσχει πάλιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Γορδυαίας [4] οὕτω δὲ σφοδρῷ διεκβάλλει τὴν λίμνην, ὡς φησιν

* Scripti, Τίγριος.

* Scripti, ἀναχθεὶς. minus recte.

A Hujus ſunt partes nuptum virginis collocare, & de adulteriis jura reddere, ſecundi de furtis, tertii de vi. Babylonii ægrotos in compitis exponentes, quærunt è prætereuntibus, quiſquam ne morbi præſentis remedium norit: neque verò prætereuntium ullus adeò eſt improbus, quin occurrens admoneat, ſi quid ſalutare novit. Veſtes gerunt, interiorem tunicam ex lino talarem, exteriorem ex lana, amictum album: coma eis parva eſt, calceamentum non ſanè magnum, ſoleæ ſimile. Geſtant etiam ſigillum & ſceptrum non rude, ſed inſigne: in ſuperiore parte malo, vel roſa, vel lilio, vel aliqua ejuſmodi re ornatum. B Unguntur ſeſamo, lugent mortuos ut Ægyptii, & alii permulti, ſepeliunt in melle, cera cadavere oblito. Tres ſunt curiæ eorum, qui frumento carent, ... paluſtres ii ſunt, & piſcibus veſcuntur, atque ita vivunt, quemadmodum Gedroſii.

Meſoptamia ab eventu rei nominata eſt. Dictum eſt enim eam inter Euphratem ac Tigrim jacere, & Tigrim orientale ejus latus alluere, occidentale verò & auſtrale Euphratem: ad ſeptentrionem eſt Taurus, qui Armenios dirimit à Meſopotamia. C Maxima diſtantia, qua inter ſe fluvii abſunt, ad montes eſt: quantum etiam Eratoſthenes à Thapſaco dixit, juxta quam antiquus Euphratis pons erat, ad Tigris tranſitum: ubi Alexander cum exercitu trajecit: ſtadiorum ſcilicet bis mille & cccc: minima verò diſtantia paulò ſuprà cc, circa Seleuciam ferè ac Babylonem. Labitur Tigris per lacum, qui Thonitis dicitur, per mediam ejus latitudinem: in alteram verò ripam perveniens cum multo ſonitu ac flatu terram ſubit: diuque ita lapſus, ut videri non poſſit, rurſum exoritur non procul à Gordyæa: D atque eo impetu lacum permeat (ſi

1. Τοὺς δ' ἀρρώστους εἰς τὰς τριόδους ἐκτιθέντες) Herod. L. I. c. 197. τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν ἐκφορέουσι· οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι. Meminit Strabo hujus conſuetudinis iterum libro tertio p. 155. ubi ſuſpicor legendum ὥσπερ οἱ Ἀσσύριοι, non ut vulgo ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι. *Caſaub.* Vide quæ dixi §. x. p. 108, 109. de Inventis Novantiquis. Iis adde Serv. ad Virg. Æn. xii. 395. Iſidor. Orig. Lib. x. p. 1072. v. *Deſperatus.*

2. Διαρρεῖ δ' ὁ Τίγρις τὴν Θωνῖτιν καλουμένην λίμνην) Dionyſius Periegeta 987.

Ἔστι δέ τις κατὰ μέσσα περίτροχος ὕδασι λίμνη,
Οὔνομα Θωνῖτις, ἧς ἕλκεται ἐς μυχὰ Τίγρις,
Δούνων πολλὸν ἔνερθε· πάλιν δ' ἐξαῦτις ἀνασχὼν
Ὀξύτερον προΐησι κάτω ῥόον. *Idem.*

3. Περαιωθεὶς δ' ἐπὶ θάτερον χεῖλος, κατὰ γῆς δύεται) Plin. H. N. Lib. vi. cap. 27. de Tigri, *Fertur autem & curſu & colore diſſimilis: tranſvectuſque occurrente Tauro monte in ſpecu mergitur: ſubterque lapſus, à latere altero ejus erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem eſſe manifeſtum eſt, quod demerſa perfert. Alterum deinde tranſit lacum, qui Thoſpites appellatur, rurſuſque in cuniculos mergitur, & poſt XXV. M. paſſ. circa Nymphæum redditur.* Idem.

4. Οὕτω δὲ σφοδρῷ διεκβάλλει τὴν λίμνην) Lego σφοδρῶς. & ita fuit in Euſtathii exemplaribus: alioquin ῥεύματι eſſet ſubaudiendum. διεκβαίνει autem quod habetur in ſcriptis, non poſtpoſuerim vulgatæ lectioni διεκβάλλει vel διαβάλλει, quod apud Euſtath. legitur. Porrò Tigris celeritatem nomen teſtatur ipſum. Curtius Lib. iv. c. 9. *Itaque à celeritate, qua defluit, Tigri nomen eſt inditum: quia Perſica lingua Tigrim ſagittam appellant.* Idem.

1. Καὶ

Eratostheni credimus) ut quanquam lacus salsus sit, & piscibus careat: tamen hac in parte dulcescat, & fluat, ac piscibus abundet. Mesopotamia in magnam sanè longitudinem porrecta coarctatur, & quodammodo navigio similis est: maximam partem Euphrates ambit. Intervallum à Thapsaco Babylonem usque (ut Eratosthenes ait) est stadiorum quatuor millium & octingentorum. A Zeugmate verò (*id est ponte*) juxta Commagenam, ubi Mesopotamia incipit usque Thapsacum, sunt non pauciora duobus millibus stadiorum. Ad montes sita regio satis ferax est. Partem ejus ad Euphratem expositam, & pontem qui nunc juxta Commagenam est, & eum qui olim juxta Thapsacum erat, ii habent, qui à Macedonibus Mygdones sunt denominati, quorum est Nisibis, quam Antiochiam Mygdoniam appellarunt, sub Masio monte sitam. Tum Tigranocerta & loca quæ sunt circa Carrhas, & Nicephorium, & Chordiraza, & Sinnaca, in qua Surena Parthorum imperator Crassum dolo captum interemit. Ad Tigrim sunt Parthorum loca, quos antiqui Carduchos appellabant, & urbes quædam è quibus est Sarasa & Sitalca, & Pinaca munitio validissima, quæ arces tres habet, singulas suo muro cinctas, ut quasi triurbs videatur. Veruntamen ea Armenio paruit, & Romani vi ceperunt: quanquam Gordyæi excellentes architecti videbantur, & eorum instrumentorum periti artifices quibus urbes oppugnari solent, unde & Tigranes in his eorum operam adhibebat. Reliqua etiam Mesopotamia Romanis paruit, cujus magnam partem & præcipua quæque Pompejus Tigrani dedit. Nam regio pascuis læta est, ac germinibus: adeoque etiam fert quæ semper virent, & de aromatibus amomum. Alit etiam leones, gignit naphtham, & 5 Gagatem lapidem qui serpentes fugat. Traditum est, Gordym Triptolemi F. Gordyenam habitatoribus frequentasse. Postea Eretrienses, quos Persæ domo abreptos eo collocaverant.

A Ἐρατοσθένης, ὥστε ἁλμυρὰν αὐτὴν οὖσαν, καὶ ἀνιχθυν γλυκεῖαν, κατὰ τοῦτ' εἶναι τὸ μέρος, καὶ ῥοώδη, καὶ ἰχθύων πλήρη. Ἐπὶ μῆκος δὲ συχνὸν προσπέπτωκεν ἡ συναγωγὴ τῆς Μεσοποταμίας, [1] καὶ πλοίῳ πως ἐῴκει· ποιεῖ δὲ τὸ πλεῖστον τῆς περιφερείας ὁ Εὐφράτης· καὶ ἔστι τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Θαψάκου μέχρι Βαβυλῶνος, ὡς εἴρηκεν Ἐρατοσθένης τετρακισχίλιοι καὶ ὀκτακόσιοι στάδιοι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ Κομμαγηνὴν ζεύγματος, ἤπερ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς Μεσοποταμίας, οὐκ ἔλαττον τῶν δισχιλίων σταδίων ἕως ἐπὶ Θάψακον. p. 747. Ἔστι δ' ἡ μὲν παρόρειος εὐδαίμων ἱκανῶς· ἔχουσι δ' αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς
B τῷ Εὐφράτῃ, καὶ τῷ Ζεύγματι, τῷ τε νῦν τῷ κατὰ τὴν Κομμαγηνὴν, καὶ τῷ πάλαι τῷ κατὰ τὴν Θάψακον, οἵτε Μύγδονες κατωνομασθέντες ὑπὸ τῶν Μακεδόνων· [2] ἐν οἷς ἐστιν ἡ Νίσιβις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν τὴν ἐν τῇ Μυγδονίᾳ προσηγόρευσαν, ὑπὸ τῷ Μασίῳ ὄρει κειμένην· καὶ Τιγρανόκερτα· καὶ τὰ περὶ Κάῤῥας, καὶ Νικηφόριον χωρία, καὶ Χορδίραζα, [3] καὶ Σίνακα, ἐν ᾗ Κράσσος διεφθάρη, δόλῳ ληφθεὶς ὑπὸ Σουρήνα τοῦ τῶν Παρθυαίων στρατηγοῦ. Πρὸς δὲ τῷ Τίγρει τὰ τῶν Παρθυαίων χωρία, [4] οὓς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον, καὶ αἱ πόλεις ὧν * Σάρασά * Scripti, Σάρισα.
C τε καὶ Σιτάλκα καὶ Πινάκα κράτιστον ἔρυμα, τρεῖς ἄκρας ἔχουσα, ἑκάστην ἰδίῳ τείχει τετειχισμένην, ὥς τε οἷον τρίπολιν εἶναι· ἀλλ' ὅμως καὶ ὁ Ἀρμένιος εἶχεν ὑπήκοον, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι βίᾳ παρέλαβον· εἰ καίπερ ἔδοξαν οἱ Γορδυαῖοι διαφερόντως ἀρχιτεκτονικοί τινες εἶναι, καὶ πολιορκητικῶν ὀργάνων ἔμπειροι· διόπερ αὐτοῖς εἰς ταῦτα ὁ Τιγράνης ἐχρῆτο. Ἐγένετο δὲ καὶ ἡ λοιπὴ Μεσοποταμία ὑπὸ Ῥωμαίοις. Πομπήϊος δ' αὐτῆς τὰ πολλὰ τῷ Τιγράνῃ προσένειμεν ὅσα ἦν ἀξιόλογα· ἔστι γὰρ εὔβοτος ἡ χώρα, καὶ εὐερνὴς, ὥς τε καὶ τὰ ἀειθαλῆ * τρέφειν, καὶ ἄρωμα τὸ * Scripti, τρεφέσθαι.
D ἄμωμον· καὶ λεοντοβοτός ἐστι. Φέρει δὲ καὶ * τὸν νάφθαν, καὶ τὴν γαγγίτιν λίθον, ἣν φεύγει τὰ ἑρπετά. Λέγεται Γόρδυς ὁ Τριπτολέμου [6] τὴν Γορδυηνὴν οἰκῆσαι· ὕστερον δὲ καὶ Ἐρετριεῖς οἱ ἀναρπασθέντες ὑπὸ Περσῶν. * Scripti, τὸ νάφθα.

1. Καὶ πλοίῳ πως ἐῴκει) Similis est πλοίῳ ὑπηρετικῷ. vide libro secundo. *Casaub.*

2. Ἐν οἷς ἐστιν ἡ Νίσιβις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν) Plinius H. N. Lib. VI. c. 13. *Oppida, Alexandria, item Antiochia, quam Nisibin vocant.* De Nisibi Dio in fragmento libri XXXV. *Idem.*

3. Καὶ Σίνακα) Scribitur Σύνακα apud Appianum in Parthicis, ubi & de Crasso & de Surena leges. vide & Plutarch. in Crasso. *Idem.*

4. Οὓς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον) Ita appellantur à Diodoro, & Xenophonte multis locis Ἀναβάσεως libro quarto. *Idem.*

5. *Gagatem lapidem.*) Γαγγῖτιν est etiam in epitomis, sed nescio quid Gangi heic loci, aut quid lapidis sit Gangites. Gagate lapide serpentes fugari, tradunt & alii, & Plinius XXXVI. 19. etsi in Lycia scribat, nasci, non est vero mirum idem alibi nasci, etiam aut natum perhiberi. *Xyland.*

6. Τὴν Γορδυηνὴν) Apud Dionem. L. XXXVI. p. 31. Κορδουηνὴ scribitur. *Casaub.*

A Περὶ μὲν οὖν Τριπτολέμου δηλώσομεν ἐν τοῖς Συριακοῖς αὐτίκα. Τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένα τῆς Μεσοποταμίας, καὶ ἀποτέρω τῶν ὀρῶν, ἄνυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα [1] ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες, λῃστρικοί τινες καὶ ποιμενικοὶ, μεθιστάμενοι ῥᾳδίως εἰς ἄλλους τόπους, ὅταν ἐπιλείπωσιν αἱ νομαὶ, καὶ αἱ λεηλασίαι. Τοῖς οὖν παρωρείοις ὑπό τε τούτων κακοῦσθαι συμβαίνει καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρμενίων· ὑπέρκεινται δὲ, καὶ καταδυναστεύουσι διὰ τὴν ἰσχύν· τέλος δ' ὑπ' ἐκείνοις εἰσὶ τὸ πλέον, ἢ τοῖς Παρθυαίοις· ἐν πλευραῖς γάρ εἰσι κἀκεῖνοι, τήν τε Μηδίαν ἔχοντες καὶ τὴν Βαβυλωνίαν. Μεταξὺ δὲ τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος
[2] ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς, Βασίλειος καλούμενος· B
[3] καὶ περὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν ἄλλος Ἀβόρρας· διὰ δὲ
p. 748. τῶν Σκηνιτῶν ὑπὸ τῶν Μαλίων νυνὶ λεγομένων, καὶ τῆς ἐκείνων ἐρημίας, ἡ ὁδὸς τοῖς ἐκ τῆς Συρίας εἰς Σελεύκειαν, καὶ Βαβυλῶνα ἐμπορευομένοις ἐστίν. [4] Ἡ μὲν οὖν ἀνάβασις τοῦ Εὐφράτου, κατὰ τὴν Ἀνθεμουσίαν ἐστὶν αὐτοῖς, τόπον τῆς Μεσοποταμίας· ὑπέρκειται δὲ τοῦ ποταμοῦ, σχοίνους τέτταρας διέχουσα [5] ἡ Βαμβύκη, ἣν καὶ Ἔδεσσαν

qui Marsyam & Ituræorum montana obtinebat. Baſſi ſocius fuit etiam Alchædamus Rhambæorum rex, qui Nomades intra Euphratem habitant. Is Romanorum amicus fuerat: ſed cùm ſe injuria affectum ab eorum præfectis exiſtimaret, egreſſus in Meſopotamiam, ſub Baſſo ſtipendia meruit. Ex hac urbe eſt Poſidonius Stoicus, vir philoſophorum noſtri temporis eruditiſſimus. ¶ Apamienſium regioni ad auroram finitima eſt regulorum ditio Arabum, quæ Parapotamia dicitur, & Chalcidica a Marſya deſcendens, & tota ea, quæ Apamienſibus ad auſtrum jacet, hominum magna ex parte Scenitarum, qui Meſopotamiæ Nomadibus ſunt perſimiles. Nam quo Syris magis magiſque appropinquant, eò mitiores ſunt, & minus Arabes & Scenitæ, ac melius conſtitutas habent dominationes, ut eſt Sampſicerami Arethuſa, & quæ Cambari eſt, & Themella, & aliæ hujuſmodi. Talis ergo eſt Seleucenſis mediterranea. ¶ Reliquum litus à Laodicea ita habet. Laodiceæ propinqua ſunt oppidula, Poſidium, Heraclium, & Gabala: inde antiqua Aradiorum jam regio, Paltus, Balanæa, & Caranus Aradiorum navale: poſtea Enydra, & Marathus, antiqua Phœnicum urbs, nunc diruta: agrum ſorte diviſum Aradii tenent, deinceps eſt Taxymira, Orthoſia, & Eleutherus amnis, quem quidam Seleucidis terminum faciunt, Phœniciam & Cœleſyriam verſus. ¶ Ante jugum quoddam & importuoſum litus Aradus jacet, inter ſuum navale, quod diximus & Marathum, diſtans à terra ſtadiis XX. Eſt autem ſaxum à mari circumfuſum, ſeptem ferè ſtadiorum ambitu, habitationibus plenum: tanta hominum multitudine ad hoc uſque tempus, ut domus inhabitent multis faſtigiis aptas. Ajunt à Sidoniis quibuſdam exſulibus conditam. Aquantur partim è ciſternis & lacubus, partim ex oppoſita continente.

A τῷ τὸν Μαρσύαν κατέχοντι, καὶ τῶν Ἰτουραίων ὀρεινήν· τῶν δὲ συμμαχούντων τῷ Βάσσῳ ἦν καὶ [1] Ἀλχαίδαμος ὁ τῶν Ῥαμβαίων βασιλεὺς τῶν ἐντὸς τοῦ Εὐφράτου Νομάδων· ἦν δὲ φίλος Ῥωμαίων· ἀδικεῖσθαι δὲ νομίσας ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων, ἐκπεσὼν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, ἐμισθοφόρει τότε τῷ Βάσσῳ. Ἐντεῦθεν δ' ἐστὶ Ποσειδώνιος ὁ Στωϊκὸς, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος. Ὅμορος δ' ἐστὶ τῇ Ἀπαμέων, πρὸς ἕω μὲν ἡ τῶν Φυλάρχων Ἀράβων καλουμένη Παραποταμία, καὶ ἡ Χαλκιδικὴ, ἀπὸ τοῦ Μαρσύου καθήκουσα, καὶ πᾶσα ἡ πρὸς νότον τοῖς Ἀπαμεῦσιν, ἀνδρῶν Σκηνιτῶν τὸ πλέον· B παραπλήσιοι δ' εἰσὶ τοῖς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ νομάσιν· ἀεὶ δ' οἱ πλησιαίτεροι τοῖς Σύροις ἡμερώτεροι, καὶ ἧττον Ἄραβες, καὶ Σκηνῖται, ἡγεμονίας ἔχοντες συντεταγμένας μᾶλλον, καθάπερ ἡ Σαμψικεράμου Ἀρέθουσα, [2] καὶ ἡ Γαμβάρου, * καὶ ἡ Θέμελλα, * καὶ ἄλλων τοιούτων. Τοιαύτη μὲν ἡ μεσόγαια τῆς Σελευκίδος. Ὁ δὲ παράπλους ὁ λοιπὸς ἀπὸ τῆς Λαοδικείας ἐστὶ τοιοῦτος. Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, τό, τε Ποσείδιον, καὶ τὸ Ἡράκλειον, καὶ τὰ Γάβαλα· [3] εἶτ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ Πάλτος, καὶ Βαλαναία, [4] καὶ Κάρανος τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράδου, λιμένιον ἔχον· εἶτ' Ἔνυδρα, C καὶ Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη. Τὴν δὲ χώραν Ἀράδιοι κατεκληρούχησαν, [5] καὶ Ταξύμιρα τὸ ἐφεξῆς χωρίον· τούτοις δ' ἡ Ὀρθωσιὰς συνεχής ἐστι, καὶ ὁ Ἐλεύθερος ὁ πλησίον ποταμὸς, ὅνπερ ὅριον ποιοῦνταί τινες τῆς Σελευκίδος πρὸς τὴν Φοινίκην καὶ τὴν κοίλην Συρίαν. Πρόκειται δ' ἡ Ἄραδος ῥαχιώδους τινὸς, καὶ ἀλιμένου παραλίας, μεταξὺ τοῦ τε ἐπινείου αὐτῆς μάλιστα, καὶ τῆς Μαράθου, διέχουσα τῆς γῆς σταδίους εἴκοσιν· ἔστι δὲ πέτρα περίκλυστος, ὅσον ἑπτὰ τὸν κύκλον σταδίων, πλήρης * κατοικίας· τοσαύτη δ' εὐανδρία κέχρηται μέχρι καὶ νῦν, ὥστε πολυορόφους οἰκοῦσι τὰς οἰ- D κίας· ἔκτισαν δ' αὐτὴν φυγάδες, ὥς φασιν, ἐκ Σιδῶνος· τὴν δ' ὑδρείαν, τὴν μὲν ἐκ τῶν ὀμβρίων, καὶ λακκαίων ὑδάτων ἔχουσι, τὴν δ' ἐκ τῆς περαίας·

* Malim ἡ Θέμελλα ſine καὶ.
* Manuſſ. καὶ ἄλλαι τοιαυται.
* Scripti, καὶ Ἄραθος. malè.
* Lego κατοικιῶν.

1. Ἀλχαίδαμος ὁ τῶν Ῥαμβαίων βασιλεὺς) Hic à Dione Ἀλχαυδόνιος nominatur L. XLVII. p. 343. *Caſ.*

2. Καὶ ἡ Γαμβάρου, καὶ ἡ Θέμελλα) Lego καὶ ἡ Γαμβάρου Θέμελλα, καὶ ἄλλαι τοιαῦται & ita fere libri ſcripti. *Idem.*

3. Εἶτ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιά) Videndum num legendum potius ſit παραλία. quod genus mendi etiam alibi occurrit. *Idem.*

3. Εἶτ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ Πάλτος) Lege παραλία, non verò παλαιά. id eſt, *deinde Aradiorum maritima regio*, non verò vertendus locus: *Inde antiqua Aradiorum jam regio*, confirmatur ea lectio ex ſequentibus, cum Strabo dicit: *Ante jugum quoddam & importuoſum litus Aradus jacet, inter ſuum navale, quod diximus & Marathum, diſtans à terra ſtadiis viginti.* Bochart. in Phaleg. Lib. IV. c. 36. p. 305.

4. Καὶ κάρανος) Sed obiter monendum pro Κάρανος in Strabone corrigendum Κάρνος, quod eſt apud Artemidorum & Stephanum noſtrum. *Berkelius ad Stephan. de Urbib. V.* ΠΑΛΤΟΣ pag. 621.

5. Καὶ Ταξύμιρα τὸ ἐφεξῆς χωρίον) Legendum καὶ τὰ Ξύμιρα, vel potius τὰ Σύμιρα. Stephanus vocare Σίνηρα videtur, Plinius & Ptolem. Σίμυρα. *Caſaub.*

5. Καὶ Ταξύμιρα) Sic perperam ſcribitur, pro τὰ Σύμιρα, Memoratur etiam Melæ Lib. I. cap. 12. *Tum Simyra caſtellum, & urbs non* obſcura Marathos. Pined. in Steph. p. 601. n. 41.

1. Πηγὴν

p. 754. ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ἐκ τοῦ πόρου μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ὑδρεύονται, [1] πηγὴν ἔχοντες ἀφθόνου ὕδατος· εἰς ἣν περικαταστρέφεται κλίβανος, * καθεθεὶς ἀπὸ τῶν ὑδρευομένων σκαφῶν μολυβοῦς, * εὐρύστομος, εἰς πυθμένα συνηγμένος στενόν, ἔχοντα τρῆμα μέτριον· τῷ δὲ πυθμένι περιέσφιγκται σωλὴν σκύτινος, εἴτε ἄσκωμα δεῖ λέγειν, ὁ δεχόμενος τὸ ἀναθλιβόμενον ἐκ τῆς πηγῆς διὰ τοῦ κλιβάνου ὕδωρ· τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀναθλιβὲν τὸ τῆς θαλάττης ἐστί. περιμείναντες δὲ τὴν τοῦ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος ῥύσιν, ὑπολαμβάνουσιν εἰς ἀγγεῖα παρεσκευασμένα ὅσον ἂν δέῃ, καὶ πορθμεύουσιν εἰς τὴν πόλιν. A

* Suspecta vox, lego καθεθεὶς.
* Manuss. εὐρυστόματος.

Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν οἱ Ἀράδιοι καθ' αὑτοὺς ἐβασιλεύοντο παραπλησίως, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη πόλεων τῶν Φοινικίδων· ἔπειτα τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δ' οἱ Μακεδόνες, τὰ δὲ νῦν Ῥωμαῖοι μετέθηκαν εἰς τὴν παροῦσαν τάξιν. B Οἱ δ' οὖν Ἀράδιοι μετὰ τῶν ἄλλων Φοινίκων ὑπήκουον τῶν Συριακῶν βασιλέων ἅτε φίλων· ἔπειτα στασιασάντων ἀδελφῶν δυοῖν, [2] τοῦ τε Καλλινίκου Σελεύκου, καὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἱέρακος προσαγορευθέντος, προσθέμενοι τῷ Καλλινίκῳ, ποιοῦνται συμβάσεις, ὥστ' ἐξεῖναι δέχεσθαι τοὺς καταφεύγοντας ἐκ τῆς βασιλείας παρ' αὐτοὺς, καὶ μὴ ἐκδιδόναι ἄκοντας· μὴ μέντοι μηδ' ἐκπλεῖν ἐᾶν ἄνευ τοῦ ἐπιτρέψαι βασιλέα. Συνέβη δὲ ἐκ τούτου αὐτοῖς μεγάλα πλεονεκτήματα· C οἱ γὰρ καταφεύγοντες ἐπ' αὐτοὺς οὐχ οἱ τυχόντες ἦσαν, ἀλλ' οἱ τὰ μέγιστα πεπιστευμένοι, καὶ περὶ τῶν μεγίστων δεδιότες· ἐπιξενούμενοι δ' αὐτοῖς, εὐεργέτας ἡγοῦντο, καὶ σωτῆρας τοὺς ὑποδεξαμένους· ἀπεμνημόνευόν τε τὴν χάριν, καὶ μάλιστα * ἐπανελθόντες εἰς τὴν οἰκείαν· ὥστ' ἐκ τούτου χώραν τε * ἐκτήσαντο τῆς περαίας πολλὴν, ἧς τὴν πλείστην ἔχουσι καὶ νῦν, καὶ τἄλλα εὐθήνουν. Προσέθεσαν δὲ τῇ εὐτυχίᾳ ταύτῃ, καὶ πρόνοιαν καὶ φιλοπονίαν πρὸς τὴν θαλαττουργίαν· ὁρῶντές γε τοὺς γειτονεύοντας Κίλικας τὰ πειρατήρια συνισταμένους, οὐδ' ἅπαξ ἐκοινώνουν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης ἐπιτηδεύσεως. Μετὰ δὲ Ὀρθωσίαν ἐστὶ καὶ τὸ Ἐλεύθερον Τρίπολις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν ἐπίκλησιν εἰληφυῖα· [3] τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα, Τύρου, D

* Scripti, παρελθόντες.
* Scripti, ἐκτήσατο.

A In bello autem è freto paulo antè urbem aquam petunt: abundantem aqua id habet fontem: in quem clibanus inversus è scapha aquaria demittitur, plumbeus, ore lato, in angustum fundo coacto: is fundus mediocre foramen habet, cui fistula ex corio (sive utriculum dicere malumus) astricta est, quæ aquam è fonte per clibanum elisam excipit. Primò quæ exhauritur aqua, salsa est: expectantes verò puræ & dulcis aquæ cursum, in vasis ad id paratis excipiunt, atque in urbem deferunt. Olim Aradii per sese reges habebant, B ut cæteræ Phœnicum civitates: postea partim Persæ, partim Macedones, partim Romani, in præsentem statum redegerunt. Aradii itaque cum cætera Phœnicia Syriacis regibus ut amicis obtemperabant: postea duobus fratribus dissidentibus Callinico Seleuco, & Antiocho, qui Hierax cognominatus est, Callinico adhærentes, pacti hoc sunt, ut ad se ex regno confugientes recipere liceret, nec tradere invitos; sed nec etiam injussu regis enavigare permittere: quibus ex rebus amplissima eis commoda obtigerunt. Confugiebant enim C ad eos non vulgares homines, sed quibus maximæ res creditæ fuerant, & qui extrema timebant. Hi susceptri beneficium id putabant, ac servatores eos agnoscebant, & gratiam referebant, maximè cùm in patriam revertissent. Hinc bonam oppositæ continentis partem adepti sunt, atque etiamnum tenent, & alii in rebus usi sunt successibus prosperis. Huic verò felicitati & providentiam addiderunt, & studium rei navalis: ac cùm viderent vicinos Cilicas piraticam exercere, nunquam cum eis societatem instituti hujus iniverunt. ¶ Post Orthosiam & Eleutherum est Tripolis, D quæ nomen à re ipsa accepit: est enim condita è tribus urbibus, Tyro,

1. Πηγὴν ἔχοντες ἀφθ.) Lego ἔχοντος videlicet τοῦ πόρου. Plinius H. N. Lib. II. c. 103. *Nam dulcis haustus in mari plurimis locis, ut ad Chelidonias insulas, & Aradum, & in Gaditano Oceano.* Lucretius lib. VI. ℣. 890.

Quod genus endo mari spirat fons, dulcis aquai
Qui scatit, & salsas circum se dimovet undas.

Quibus verbis non est dubium Aradi fontem à Lucretio describi, neque potest meliori commentario explanari ille locus, quàm istis Strabonis verbis. At eruditissimus vir Lambinus de Arethusa accipit, nunquam id factum si poëtæ mentem ullo modo vidisset, à qua planè aliena sunt, quæcunque ille de Arethusa majore studio, quam judicio congerit. *Casaub.*

2. Τοῦτε Καλλινίκου Σελεύκου, καὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἱέρακος) Fratres hi fuere filii Antiochi τοῦ Θεοῦ, cui pater Antiochus Soter. *Idem.*

3. Τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα, Τύρου, Σιδόνος, Ἀρίδου) Non tantum Tripolis e tribus urbibus fuit condita, sed etiam, tribus urbibus stadii unius intervallo invicem distantibus constabat. Diodorus libro XVI. κατὰ τὴν Φοινίκην ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος ὄνομα Τρίπολις οἰκείαν ἔχουσα τῇ φύσει τὴν προσηγορίαν· τρεῖς γάρ εἰσιν ἐν αὐτῇ πόλεις σταδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα· ἐπικαλεῖται δὲ τούτων ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων. *Idem.*

Sidone, & Arado. Tripoli continua est ea quæ Dei facies appellatur: in quam Libanus mons desinit. Inter hæc est locus quidam, nomine Trieris seu triremis. ¶ Porrò duo montes sunt, qui Syriam concavam (*hoc enim est Cœlesyria*) includunt, æqualibus ferè inter se dissiti spaciis, Libanus & Antilibanus, paulò supra mare incipientes: Libanus propè Tripolim & Dei faciem: Antilibanus supra mare Sidonium: desinunt autem ad Arabiæ montes, qui sunt ultra Damascum & eos, qui ibi Trachonitæ dicuntur, in alios quosdam montes, qui glebosos atque fructiferos colles habent. In medio concavitatem planam relinquunt, cujus latitudo ad mare est stadiorum cc, longitudo à mari in mediterraneam dupla. Irrigatur autem à fluminibus per regionem fœcundam, & omnium rerum feracem delabentibus, præsertim à Jordane: lacum habet, qui aromaticum juncum, & calamum fert: habet etiam paludes. Lacui nomen est Gennesaritico. Gignit etiam balsamum: de amnibus Chrysorrhoas ab urbe & regione Damascenorum incipiens, totus ferè in rivos consumitur: multa enim loca & profunda irrigat. Per Lycum & Jordanem onerariis navibus adverso alveo subvehuntur, præsertim Aradii. Pars camporum prima à mari Macras vocatur, & Macra campus, in quo Posidonius scribit visum fuisse serpentem mortuum jugeri longitudine: crassitudine tanta, ut equites ex utraque parte adsistentes, alter alterum videre nequiret: rictu eo qui hominem equo insidentem reciperet: exuvii squamam quamlibet clypeo majorem. Post Macram est Marsyas,

A Σιδόνος, Ἀράδου· τῇ δὲ Τριπόλει συνεχές ἐστι [1] τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος· [2] μεταξὺ δὲ Τριήρης χωρίον τι. [3] Δύο δέ ἐστιν ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν Κοίλην καλουμένην Συρίαν, ὡς ἂν παράλληλα, ὅ, τε Λίβανος καὶ ὁ Ἀντιλίβανος, μικρὸν ὕπερθεν τῆς θαλάττης ἀρχόμενα ἄμφω· ὁ μὲν Λίβανος τῆς κατὰ Τρίπολιν καὶ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον μάλιστα· ὁ δ' Ἀντιλίβανος τῆς κατὰ Σιδόνα· τελευτῶσι δ' ἐγγύς πως τῶν Ἀραβίων ὀρῶν, τῶν ὑπὲρ τῆς Δαμασκηνῆς, καὶ τῶν Τραχωνιτῶν ἐκεῖ λεγομένων εἰς ἄλλα B ὄρη * γεώλοφα, καὶ καλλίκαρπα. Ἀπολείπουσι δὲ μεταξὺ πεδίον κοῖλον· πλάτος μὲν τὸ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ διακοσίων σταδίων, μῆκος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐς τὴν μεσόγαιαν ὁμοῦ τι διπλάσιον. [4] Διαρρεῖται δὲ ποταμοῖς ἄρδουσι χώραν εὐδαίμονά τε, καὶ πάμφορον, μεγίστῳ δὲ τῷ Ἰορδάνῃ. Ἔχει δὲ καὶ λίμνην, ἣ φέρει τὴν ἀρωματῖτιν σχοῖνον, καὶ κάλαμον· ὡς δ' αὔτως, καὶ ἕλη· καλεῖται δ' ἡ λίμνη Γεννησαρῖτις, φέρει δὲ καὶ βάλσαμον. Τῶν δὲ ποταμῶν ὁ μὲν Χρυσορρόας ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δαμασκηνῶν πόλεως, καὶ χώρας εἰς τὰς ὀχετείας C ἀναλίσκεται σχεδόν τι· πολλὴν γὰρ ἐπάρδει, καὶ βαθεῖαν σφόδρα· τὸν δὲ Λύκον, καὶ τὸν Ἰορδάνην ἀναπλέουσι φορτίοις, Ἀράδιοι δὲ μάλιστα. Τῶν δὲ πεδίων τὸ μὲν πρῶτον τὸ ἀπὸ τῆς θαλάττης, Μάκρας καλεῖται, καὶ Μάκρα πεδίον· ἐν τούτῳ δὲ Ποσειδώνιος ἱστορεῖ τὸν δράκοντα πεπτωκότα ὁραθῆναι νεκρὸν, μῆκος σχεδόν τι καὶ πλεθριαῖον, πάχος δ' ὥσθ' ἱππέας ἑκατέρωθεν παραστάντας ἀλλήλους μὴ καθορᾶν, χάσμα δὲ ὥστ' ἔφιππον δέξασθαι· τῆς δὲ φολίδος λεπίδα ἑκάστην ὑπεραίρουσαν θυρεοῦ. Μετὰ δὲ τὸν Μάκραν ἐστὶν ὁ Μαρσύας,

p. 755.

* Scripti, γεωλόφια.

1. Τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον) Promontorii nomen *Cas.* D
2. Μεταξὺ δὲ Τριήρης χωρίον τι) Meminit Polybius libro quinto. *Idem.*
3. Δύο δ' ἐστὶν ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν Κοίλην καλουμένην Συρίαν) Si hunc locum rectè intelligo, Cælen Syriam, sive Cavam inter Libanum & Antilibanum includit: in quo multum dissentit ab aliis. Polybius quidem lib. v. convallem, quæ est inter Libanum & Antilibanum, Marsian appellari docet: & in eo αὐλῶνι nasci tradit τὸν μυρεψικὸν κάλαμον inter Libanum & Antilibanum: quod Plinius reprehendit lib. xii. cap. 22. (De Syria Cæle, sic Dionysius canit περιηγητὴς. ℣. 897.

Ἀλλ' ἤτοι Συρίη μὲν ὑπεὶρ ἁλὸς ἐγγύθεν ἕρπει
Ἐς νότον, ἀντολίην τε, πολύπτολιν αἶαν ἔχουσα·
Ἣν Κοίλην ἐνέπουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
Μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὀρέων δύο πρῶνες ἔχουσιν,
Ἑσπερίου Κασίοιο, καὶ ἠῴου Λιβάνοιο.

De Jordane maxime vide Joseph. p. 791.) *Idem.*

4. Διαρρεῖται δὲ ποταμοῖς) Videtur includere Jordanem inter Libanum & Antilibanum, quod si sensit, erravit gravissimè. Nam Jordanes etsi oritur in radicibus Libani montis, totus tamen extra convallem fluit, quæ Libano & Antilibano montibus clauditur. Sed & alium errorem videor mihi in Strabonis descriptione animadvertere. Nam quum dicit ab Aradiis sursum versus navigari Euphratem sicut Lycum, quem mox dicit prope Byblum in mare se exonerare, satis nisi fallor apertè indicat eos se sequi auctores, quibus parum erat hic fluvius cognitus: quod non mirabitur, qui hujus gentis ἀμιξίαν cum reliquis cognoverit: qua de re lege Josephi librum contra Appionem. Porrò Jordanem & Gennesareticum lacum nobilitarunt Euangelistarum scriptores, dum res gestas à Domino nostro Jesu Christo referunt: qui totum ferè tempus, quo officium suum est exequutus, ad ripas illius lacus est commoratus. *Idem.*

A ἔχων τινὰ καὶ ὀρεινά, ἐν οἷς ἡ Χαλκὶς, ὥσπερ ἀκρόπολις τοῦ Μαρσύου. ἀρχὴ δ' αὐτοῦ Λαοδίκεια ἡ πρὸς Λιβάνῳ· τὰ μὲν οὖν ὀρεινὰ ἔχουσι πάντα Ἰτουραῖοί τε καὶ Ἄραβες, κακοῦργοι πάντες· οἱ δ' ἐν τοῖς πεδίοις γεωργοί, κακούμενοι δ' ὑπ' ἐκείνων ἄλλοτε ἄλλης βοηθείας δέονται, ὁρμητηρίοις δ' ἐρυμνοῖς χρῶνται· καθάπερ οἱ τὸν Λίβανον ἔχοντες, ἄνω μὲν ἐν τῷ ὄρει Σιννᾶν, καὶ Βόρραμα, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα ἔχουσι τείχη, [1] κάτω δὲ Βόσρα, καὶ Γίγαρτον, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θαλάττης σπήλαια, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ Θεοῦ προσώπῳ φρούριον ἐπιτεθέν· ἃ κατέσπασε Πομπήϊος, ἀφ' ὧν τήν τε Βύβλον κατέτρεχε καὶ τὴν ἐφεξῆς ταύτῃ Βηρυτὸν, αἳ B μεταξὺ κεῖνται Σιδόνος, καὶ τοῦ Θεοῦ προσώπου. Ἡ μὲν οὖν Βύβλος τὸ τοῦ Κινύρου βασίλειον, ἱερά ἐστι τοῦ Ἀδώνιδος· ἣν τυραννουμένην ἠλευθέρωσε Πομπήϊος πελεκίσας ἐκεῖνον· κεῖται δ' ἐφ' ὕψους τινὸς μικρὸν ἄπωθεν τῆς θαλάττης. Εἶτα μετὰ ταύτην Ἄδωνις ποταμὸς καὶ ὄρος Κλίμαξ [2] καὶ Βύβλος· εἶθ' ὁ Λύκος ποταμὸς καὶ Βηρυτός· αὕτη δὲ κατεσπάσθη μὲν ὑπὸ p. 756. Τρύφωνος, ἀνελήφθη δὲ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων, δεξαμένη δύο τάγματα ἃ ἵδρυσεν Ἀγρίππας ἐνταῦθα, προσθεὶς καὶ τοῦ Μαρσύου πολλὴν, μέχρι καὶ τῶν τοῦ Ὀρόντου πηγῶν, αἳ πλησίον τοῦ τε Λιβάνου καὶ τοῦ Παραδείσου καὶ C τοῦ Αἰγυπτίου τείχους περὶ τὴν Ἀπαμέων γῆν εἰσι. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐπὶ θαλάττῃ. Ὑπὲρ δὲ τοῦ Μαρσίου ἐστὶν ὁ καλούμενος * Αὐλὼν βασιλικός· καὶ ἡ Δαμασκηνὴ χώρα, διαφερόντως ἐπαινουμένη· ἔστι δὲ καὶ ἡ Δαμασκὸς πόλις ἀξιόλογος σχεδόν τι καὶ ἐπιφανεστάτη τῶν ταύτῃ κατὰ τὰ Περσικά· ὑπέρκεινται δ' αὐτῆς δύο [3] λεγόμενοι Τραχῶνες· ἔπειτα πρὸς τὰ Ἀράβων μέρη καὶ [τῶν] Ἰτουραίων ἀναμὶξ, ὄρη δύσβατα, [4] ἐν οἷς καὶ σπήλαια ἦν βαθύστομα,

* Scripti, q. αὐλός.

habens montana quædam, in quibus est Chalcis tanquam Marsyæ arx. Ejus initium est Laodicea, quæ ad Libanum est. Montanam regionem Ituræi & Arabes habent, malefici omnes: qui verò campos habitant, ii agros colunt, & à cæteris infestati sæpe alieno indigent auxilio: Receptaculis utebantur munitissimis prædones, quemadmodum qui Libanum incolunt: superne quidem in monte Sinnam & Borama, & alias hujusmodi munitiones: infrà autem Bostra, Gigartum, & speluncas ad mare sitas, & castellum in Dei facie impositum habebant. Quæ omnia Pompejus evertit. Ab his Byblum & Berytum usque excurrebant, quæ inter Sidonem & Dei faciem jacent. Byblus fuit Cinyræ regia, in qua Adonidis templa sunt: eam tyranno securi percusso Pompejus liberavit: Jacet in excelso quodam loco, non procul à mari. Post hanc est Adonis fluvius, & mons Climax, & Byblus, postea Lycus fluvius, & Berytus à Tryphone diruta, nunc vero à Romanis instaurata, duabus legionibus ibi ab Agrippa collocatis, multa regione Marsyæ adjecta, usque ad Orontis exortum, qui prope Libanum est, & Paradisum, & Ægyptium murum Apamiensi agro proximum. Atque hæc quidem ad mare sunt. Post Marsyam succedit ea, quæ regia convallis dicitur, & Damascenus ager apprime nobilitatus. Damascus urbs est insignis, omnium fere nobilissima, quæ in ea sunt regiones, Persis vicina. Ultra eam sunt duo colles qui Trachones appellantur. Postea Arabiam & Ituræam versus sunt montes asperi, & altis speluncis insignes:

1. Κάτω δὲ Βόσρα καὶ Γίγαρτον) Manuscripti Βότρυν & ita legendum est ex Plinio. *Casaub.*

1. Κάτω δὲ Βόσρα) Bostra quidem à Strabone in Syria collocantur, non ut liquet ejus, sed librarii vitio, quoniam depravata est scriptura, & legi debet *Botrys*, sive latina scribendi ratione, *Botrus*, quam recentior Strabone Ptolemæus in Syriæ finibus includit. Lib. v. cap. 15. At *Bostra*, sub id tempus, inter Arabiæ vicos relata, & Philippi auspicio culta, extructisque ab eo ædificiis, & operibus publicis ornata, muroque cincta, dignitatem, cultum ac faciem novæ, & nuper conditæ urbis retinuerunt. Contra alii à Philippo haud inchoatam urbem, sed instauratam autumant, in his *Ortelius*, & qui hunc sequuntur. *Zonaras* scribit, πόλιν βασιλεύσας ἐπώνυμον ἑαυτῷ ἐδομήσατο, Φιλιππούπολιν ὀνομάσας αὐτήν. *Annal.* tom. II. Urbem, confirmato imperio, ædificavit, id est, domos, portas, muros, ad justam urbis formam extruxit. Vid. plura in Operibus Historic. Politicis Conrad. Samuel. Schurzfleischii. pag. 533. & 534.

D

2. Καὶ Βύβλος) Manuscripti παλαίβυβλος. optime. Vide Plinium, Ptolemæo est Παλαιόβυβλος. *Casaub.*

3. Οἱ λεγόμενοι τράχωνες) Josephus sæpe meminit. *Idem.*

4. Ἐν οἷς καὶ σπήλαια ἦν βαθύστομα) Ascribam istarum speluncarum descriptionem ex Josephi lib. xv. Ἀρχαιολογίας, ubi de latronibus loquitur qui illos tractus obsederant. οὔτε γὰρ πόλις αὐτοῖς, οὔτε κτῆσις ἀγρῶν ὑπῆρχε· φυγαὶ δὲ κατὰ γῆς, καὶ σπήλαια, καὶ κοινὴ μετὰ τῶν βοσκημάτων δίαιτα· μεμηχάνηται δὲ καὶ συναγωγὰς ὑδάτων, καὶ προπαρασκευὰς σιτίων, καὶ δυνάνται πλεῖστον ἐξ ἀφανοῦς ἀντέχειν· αἵγε μὴν εἴσοδοι στεναὶ καθ' ἕνα παρερχομένων, τὰ δ' ἔνδον ἀπίστως μεγάλα, καὶ πρὸς εὐρυχωρίαν ἐξειργασμένα, τὸ δ' ὑπὲρ τὰς οἰκήσεις ἔδαφος οὐχ ὑψηλὸν, ἀλλ' οἷον ἐξ ἐπιπέδου· πέτρα δὲ τὸ σύμπαν σκληρὰ καὶ δύσοδος· quorum verborum hæc ferè est sententia. *Illi neque urbem habent neque agros possident, sed sub terra receptacula & specus, vitamque unà cum pecore degunt: aquarum etiam & cibariorum*

quarum una quatuor hominum millia recipere possit in excursionibus, quæ undique in Damascenos fiunt. Frequentius quidem barbari in felicis Arabiæ mercatores grassantur. Quod tamen nunc minus fit, sublato Zenodoro latrone, & ob Romanorum justitiam, & militum præsidium, qui in Syria aluntur. Tota itaque regio ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Cœlesyria appellatur, proprie ea quæ Libano definitur & Antilibano: Reliqua regionis ora ab Orthosia, usque Pelusium, Phœnicia vocatur, angusta, ac maritimis obnoxia æstibus. Mediterranea ultra hanc usque in Arabes, inter Gazam & Antilibanum, Judæa nominatur. ¶ Nobis jam Cœlesyria peragrata, in Phœniciam deflectendum est nobis. Hujus unam partem de scripsimus, quæ ab Orthosia Berytum usque pertendit. Post Berytum est Sidon quadringentis ferè stadiis ab ea distans: in medio est Tamyras flumen & Æsculapii lucus, & Leonum urbs. Post Sidonem maxima & antiquissima Phœnicum est Tyrus, cum Sidone & magnitudine & forma & antiquitate comparanda, multis fabulis celebrata. Poëtæ quidem magis Sidonem celebrant, atqui adeò Homerus Tyri non meminit: Coloniæ tamen in Africam & Hispaniam usque ad loca extra columnas deductæ, Tyrum plurimum celebraverunt. Ergo ambæ & nunc & antiquitus claræ illustresque sunt: controversumque manet, utra earum Phœnicum metropolis dici debeat. Sidon jacet in elegante continentis portu. ¶ Tyrus tota insula est, ac ferè eodem modo habitata, quo Aradus, ad continentem aggere eam adnectente, at cum Alexander eam obsideret. Portus duos habet, alterum clausum, alterum apertum,

A ὧν ἓν καὶ τετρακισχιλίους ἀνθρώπους δέξασθαι δυνάμενον ἐν καταδρομαῖς, * αἳ τοῖς Δαμασκηνοῖς γίνονται πολλαχόθεν. (* Scripti, αἳ.) Τὸ μέν τοι πλέον τὸ ἀπὸ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ἐμπόρους λεηλατοῦσιν οἱ βάρβαροι· ἧττον δὲ συμβαίνει, καταλυθέντων νυνὶ [1] τῶν περὶ Ζηνόδωρον τῶν λῃστῶν διὰ τὴν ἐκ τῶν Ῥωμαίων εὐνομίαν, καὶ διὰ τὴν ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἀσφάλειαν τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ τρεφομένων· ἅπασα μὲν οὖν ὑπὲρ τῆς Σελευκίδος, ὡς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἀραβίαν ἀνίσχουσα χώρα, Κοιλησυρία καλεῖται· ἰδίως δ' ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ τῷ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Τῆς δὲ λοιπῆς ἡ μὲν ἀπὸ Ὀρθωσίας μέχρι Πηλου- B σίου παραλία Φοινίκη καλεῖται, στενή τις καὶ ἀλιτενής· [2] ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης μεσόγαια μέχρι τῶν Ἀράβων ἡ μεταξὺ Γάζης καὶ Ἀντιλιβάνου, Ἰουδαία λέγεται. Ἐπεὶ οὖν τὴν ἰδίως λεγομένην Κοίλην Συρίαν ἐπεληλύθαμεν, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτιμεν· ταύτης δὲ τὰ μὲν ἀπὸ Ὀρθωσίας μέχρι Βηρυτοῦ, λόγου τετύχηκε. Μετὰ δὲ Βηρυτὸν ἔστι Σιδὼν ὅσον ἐν τετρακοσίοις σταδίοις· μεταξὺ δὲ ὁ Ταμύρας ποταμὸς, καὶ τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἄλσος, καὶ Λεόντων πόλις. Μετὰ δὲ Σιδόνα, μεγίστη τῶν Φοινίκων, καὶ ἀρχαιοτάτη πόλις Τύρος ἐστὶν, ἡ ἐνάμιλλος αὐτῇ κατά τε μέγεθος, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἀρχαιό- C τητα ἐκ πολλῶν μυθῶν παραδεδομένη. Οἱ μὲν οὖν ποιηταὶ, τὴν Σιδόνα τεθρυλλήκασι μᾶλλον. Ὅμηρος δὲ οὐδὲ μέμνηται τῆς Τύρου. [3] Αἱ δὲ εἰς Λιβύην καὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀποικίαι, μέχρι καὶ ἔξω στηλῶν, τὴν Τύρον πλέον ἐξυμνοῦσι μᾶλλον· ἀμφότεραι δ' οὖν ἔνδοξοι καὶ λαμπραὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν· ὁποτέραν δ' ἄν τις εἴποι μητρόπολιν Φοινίκων, ἔρις ἐν ἀμφοτέραις ἐστίν. Ἡ μὲν οὖν Σιδὼν ἐπὶ εὐφυεῖ λιμένι τῆς ἠπείρου τὴν ἵδρυσιν ἔχει. [4] Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος σχεδόν τι συνῳκισμένη παραπλησίως ὥσπερ ἡ Ἄραδος· συνῆπται δὲ χώματι πρὸς τὴν ἤπειρον, ὃ κα- (p. 757.) τεσκεύασε πολιορκῶν Ἀλέξανδρος· δύο δ' D ἔχει λιμένας, τὸν μὲν κλειστὸν, τὸν δ' ἀνειμένον,

riorum copia sibi ut esset peram dederunt, ita ut quamplurimum hosti resistere, his quæ non apparent, muniti præsidiis queant. Aditus specuum ita sunt angusti ut singulos ingredi oporteat: interiora, suprà quam facilè quis credat, magna & latissimè patentia: solum quo veluti tecto teguntur, non est altum sed planum & reliquo solo fere æquale. Totus locus aspera est & impervia rupes &c. Casaub.

1. Τῶν περὶ Ζηνόδωρον) Veteres codices quidam Ζηνόδοτος. male, ut ex Josephi lib. xv. c. 13. constat. *Idem.*

2. Ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης μεσόγαια) Adimit Strabo Judæis oram maritimam: rectè. Sic Josephus ait Judæos, οἰκεῖν χώραν οὐ παραλίον, esseque eorum urbes μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀνῳκισμένας. *Idem.*

3. Αἱ δ' εἰς Λιβύην καὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀποικίαι) Plinius H. Nat. Lib. v. cap. 19. eleganter de Tyro, *olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Utica, & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis.* Tyrorum ἀποικίας Strabo multas commemorat. Libro autem ultimo quodam loco non pauciores fuisse trecentis narrat. vide locum pag. 826. *Idem.*

4. Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος) Plinium H. N. Lib. v. c. 19. si sequimur non jam est, sed fuit. *Tyrus,* inquit, *quondam insula, prealto mari septingentis passibus divisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens.* Ubi miror quod ait de septingentis passibus, cum Diodorus Lib. xvii. & Curtius Lib. iv. cap. 2. quatuor tantùm stadiorum freto fuisse à continenti tunc divisam sint auctores. *Idem.*

A ὃν Αἰγύπτιον καλοῦσιν· ἐνταῦθα δέ φασι πολυστέγους τὰς οἰκίας, ὥστε καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ μᾶλλον· διὸ καὶ * σεισμοὺς γινομένους, ἀπολιπεῖν μικρὸν τοῦ ἄρδην ἀφανίσαι τὴν πόλιν. Ἠτύχησε δὲ καὶ ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου πολιορκίᾳ ληφθεῖσα· ἀλλὰ τῶν τοιούτων συμφορῶν κατέστη κρείττων, καὶ ἀνέλαβεν αὐτὴν, τῇ τε ναυτιλίᾳ, καθ᾽ ἣν ἁπάντων τῶν ἀεὶ κρείττους εἰσὶ κοινῇ Φοίνικες, [1] καὶ ταῖς πορφυρίοις· πολὺ γὰρ ἐξήτασται πασῶν ἡ Τυρία καλλίστη πορφύρα· καὶ ἡ θήρα πλησίον, καὶ τἄλλα εὔπορα τὰ πρὸς βαφὴν ἐπιτήδεια· καὶ δυσάγωγον μὲν ποιεῖ τὴν πόλιν ἡ πολυπληθία τῶν * βαφέων· πλουσίαν δὲ διὰ τὴν τοιαύτην ἀνδρίαν. B Οὐχ ὑπὸ τῶν βασιλέων δὲ ἐκρίθησαν αὐτόνομοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, μικρὰ ἀναλώσαντες, βεβαιωσάντων τὴν ἐκείνων γνώμην. [2] Τιμᾶται δὲ καθ᾽ ὑπερβολὴν Ἡρακλῆς ὑπ᾽ αὐτῶν· Τῆς δὲ περὶ τὰς * ναυστολίας δυνάμεως, τὸ πλῆθος, καὶ τὸ μέγεθος, τῶν ἀποικίδων ἐστὶ πόλεων τεκμήριον· οὗτοι μὲν οὖν τοιοῦτοι. Σιδόνιοι δὲ πολύτεχνοί τινες παραδέδονται καὶ καλλίτεχνοι, [3] καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς δηλοῖ· πρὸς δὲ, καὶ φιλόσοφοι, περί τε ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικὴν, ἀπὸ τῆς λογιστικῆς ἀρξάμενοι, καὶ τῆς νυκτιπλοΐας· ἐμπορικὸν γὰρ καὶ C ναυκληρικὸν ἑκάτερον· καθάπερ καὶ τῶν Αἰγυπτίων εὕρημα γεωμετρίαν φασὶν, ἀπὸ τῆς χωρομετρίας ἣν ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται, συγχέων τοὺς ὅρους κατὰ τὰς ἀναβάσεις. Τοῦτο μὲν οὖν παρ᾽ Αἰγυπτίων ἥκειν εἰς τοὺς Ἕλληνας πεπιστεύκασιν· ἀστρονομίαν δὲ καὶ ἀριθμητικὴν παρὰ Φοινίκων· νυνὶ δὲ πάσης καὶ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας εὐπορίαν, πολὺ πλείστην λαβεῖν ἐστιν ἐκ τούτων τῶν πόλεων· Εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα, παλαιόν ἐστιν ἀνδρὸς Σιδονίου [4] Μόσχου πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος· τὰ μὲν οὖν παλαιὰ ἐάσθω· καθ᾽ ἡμᾶς δὲ ἐκ Σιδόνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι γεγόνασι, D Βοηθός τε ᾧ συνεφιλοσοφήσαμεν ἡμεῖς τὰ Ἀριστοτέλεια· καὶ Διόδοτος ἀδελφὸς αὐτοῦ· ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος, καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος ὁ τὸν πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων. Διέχει δὲ τῆς Σιδόνος ἡ Τύρος, οὐ πλείους τῶν διακοσίων σταδίων.

* Manuſſ. σεισμῶν γενομένων.

* Scripti, βαφίων. Fortaſſe. βαφείων.

* Scripti, ναυστολογίας.

A quem Ægyptium vocant. Dicunt in ea domos altiores fieri, quàm Romæ, ideò etiam parum abfuit aliquando, quin tota urbs terræ motibus deleretur. Cladem accepit ab Alexandro expugnata. Has tamen calamitates omnes ſuperavit, & ſe recollegit cùm navigationibus, qua re Phœnices ſemper aliis præſtitere, tum purpurarum captura. Tyria enim purpura optima omnium perhibetur, ac piſcatio ipſa proxima eſt: & cætera cuncta, quæ ad inficiendas veſtes pertinent, in promptu ſunt. At tametſi maxima hujuſmodi tinctorum multitudo civitatem reddit paulò diſſolutiorem, B tamen ob hanc copiam collocupletatur. Non ſolùm à regibus, ſed à Romanis etiam libertate donati ſunt, cum quidem paulo ſumtu impetrarent, ut eorum votum Romani ratum haberent atque confirmarent. Colitur apud eos Hercules majorem in modum. Quantum claſſe potuerint, argumento evidenti eſt multitudo & magnitudo coloniarum ab iis deductarum. Dictum eſt de Tyriis. ¶ Sidonii cùm multarum tum optimarum artium magiſtri perhibentur, quod etiam Homerus innuit, ad hæc aſtronomiæ & arithmeticæ periti: à ratiocinationibus & nocturna navigatione ducto initio: C utrumque enim mercatorum eſt, & nauclerorum; quomodo Ægyptiorum inventum geometriam ajunt, ab agrorum dimenſione, qua opus eſt, cum Nilus auctus terminos confudit. Atque hanc quidam diſciplinam, ab Ægyptiis ad Græcos propagatam pro certo habent: à Phœnicibus verò aſtronomiam & arithmeticam. Nunc omnis etiam reliquæ philoſophiæ copia maxima ex his civitatibus peti poteſt. Imò, ſi Poſidonio credimus, antiquum de atomis dogma Moschi eſt, hominis Sidonii, qui ante Trojani belli tempus vixit. Miſſa verò faciamus antiqua. D Noſtra ætate Sidon philoſophos nobiles tulit: Boëthum, quo nos in Ariſtotelea philoſophia commentanda ſocio uſi ſumus, & Diodotum ejus fratrem. Tyrius fuit Antipater: & paulò antè nos Apollonius, qui librorum & philoſophorum à Zenone profectorum tabulam edidit. Diſtat Tyrus à Sidone ſtadiis . cc non amplius.

1. Καὶ τοῖς πορφυρίοις) Plin. H. N. L. v. 19. *Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtat.* Caſ.

2. Τιμᾶται δὲ καθ᾽ ὑπερβολὴν Ἡρακλῆς) Teſtantur paſſim hiſtoriæ, maximè ſcriptores rerum Alexandri. Spoliatus fuit donariis Tyrius Hercules à Cæſare ob receptam ab eis uxorem Pompeji. Dio lib. XLII. *Idem.*

2. Τιμᾶται δὲ καθ᾽ ὑπερβολὴν Ἡρακλῆς) Hinc etiam verum hoc collige, quod ſcribit Plinius lib. XXXVII. cap. X. his verbis, *Euſebes ex eo lapide eſt, ex quo traditur Tyri in Herculis templo facta ſedes, ex qua Dii facile ſurgebant.* Morell.

3. Καθάπερ ὁ ποιητὴς δηλοῖ) In erroribus Menelai Locus poëtæ excuſſus eſt ſupra à Strab. L. I. p. 41. *Caſ.*

4. Μόσχου) Ald. Μώχου. Etiam Μῶχος Athenæo dicitur L. III. p. m. 126. Et ita hic legendum cenſuit Eruditiſſ. Menagius ad Laërt. p. 4. *Scherpez.*

In medio eſt oppidum, nomine Ornithon (*avium ſive gallinarum malis*) urbs, poſtea apud Tyrum fluvius exit. Poſt Tyrum eſt antiqua Tyrus, xxx ſtadiis diſtans. ¶ Inde Ptolemais magna urbs prius Ace nominata: hac Perſæ receptaculo adverſus Ægyptum utebantur. Inter hanc & Tyrum eſt litus arenæ tumulis obſitum, qui vitrariam arenam ferant, eam dicunt hoc in loco non fundi: cum verò Sidonem delata ſit, fuſioni parere. Sunt qui dicant, Sidonios vitrariam arenam habere fuſioni aptam, quidam autem omnem ubique fundi. Ego à vitrariis Alexandreæ audivi ipſe, quandam terram vitrariam eſſe in Ægypto ſine qua ſumtuoſa quædam, & multorum colorum opera perfici nequirent: quemadmodum & alia aliis mixturis indigent, ac Romæ multa & ad colores & ad operum facilitatem inveniri, quemadmodum in iis, quæ cryſtallina videntur, cùm quidem æneum catinum & poculum emere liceat. ¶ Memoriæ proditum eſt, mirum quippiam, & ex iis, quæ raro contingunt in litore accidiſſe inter Tyrum ac Ptolemaidem, cùm Ptolemaici prœlium cum Sarpedone imperatore commiſiſſent, fuga inſigni facta, pelagi affluxu inundationi adſimili fugientes obrutos, atque alios in pelagus abreptos, alios in locis concavis mortuos relictos fuiſſe. Pòſt cum iterum defluxiſſet æſtus, corpora detecta, atque oſtenſa, inter piſces mortuos promiſcuè jacentia. Idem circa Caſium apud Ægyptum accidere, ubi terra convulſione quadam celeri atque ſimplici, in alteram partem transferatur & decidat,

A Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολίχνιον, Ὀρνίθων πόλις λεγομένη· εἶτα πρὸς Τύρῳ ποταμὸς ἐξίησι. Μετὰ δὲ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις. Εἶθ' ἡ Πτολεμαΐς ἐστι μεγάλη πόλις, [1] ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον· ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Μεταξὺ δὲ τῆς Ἄκης καὶ Τύρου, θινώδης αἰγιαλός ἐστιν [2] ὁ φέρων τὴν ὑαλῖτιν ἄμμον· [3] ἐνταῦθα μὲν οὖν φασὶ μὴ χεῖσθαι. κομισθεῖσαν δὲ εἰς Σιδόνα τὴν χωνείαν δέχεσθαι· τινὲς δὲ καὶ τοῖς Σιδονίοις εἶναι τὴν ὑαλῖτιν ψάμμον ἐπιτηδείαν εἰς χύσιν. οἱ δὲ πᾶσαν πανταχοῦ κινεῖσθαί φασιν. Ἤκουσα δ' ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῶν B ὑαλουργῶν, εἶναί τινα καὶ κατ' Αἴγυπτον ὑαλῖτιν γῆν, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὰς * πολυχρόους καὶ πολυτελεῖς * κατασκευὰς ἀποτελεσθῆναι· καθάπερ καὶ ἐν ἄλλοις ἄλλων μιγμάτων δεῖν· καὶ ἐν Ῥώμῃ δὲ πολλὰ παρευρίσκεσθαί φασι, καὶ πρὸς τὰς χρόας καὶ πρὸς τὴν ῥᾳστώνην τῆς κατασκευῆς, καθάπερ ἐπὶ τῶν κρυσταλλοφανῶν· [4] ὅπου γε καὶ τρυβλίον χαλκοῦ πρίασθαι καὶ ἐκπωμάτιον ἐστίν. Ἱστορεῖται δὲ παράδοξον πάθος τῶν πάνυ σπανίων, κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦτον τὸν μεταξὺ τῆς τε Τύρου, καὶ τῆς Πτολεμαΐδος. [5] Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν οἱ Πτολεμαεῖς μάχην συνάψαντες πρὸς C Σαρπηδόνα τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, τροπῆς γινομένης λαμπρᾶς, ἐπέκλυσεν ἐκ τοῦ πελάγους κῦμα τοὺς φεύγοντας ὅμοιον πλημμυρίδι· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὸ πέλαγος ἀφήρπασε καὶ διέφθειρεν· οἱ δ' ἐν τοῖς κοίλοις τόποις ἔμειναν νεκροί· διαδεξαμένη δὲ ἡ ἄμπωτις πάλιν ἀνεκάλυψε, καὶ ἔδειξε τὰ σώματα τῶν κειμένων ἀναμὶξ ἐν νεκροῖς ἰχθύσι. Τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ τὸ Κάσιον συμβαίνει τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ· σπασμῷ τινὶ ὀξεῖ, καὶ ἁπλῷ περιπιπτούσης τῆς γῆς, καὶ εἰς * ἑκάτερον μεταβαλλομένης ἅπαξ·

p. 758.

* Scripti, q. πολυχρονίους perperam.
* Scripti, q. σκευάς.
* Scripti, ἕτερον.

1. Ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον) Diodorus multis locis Acen nominat. Vide Plinium, Stephan. & Harpocrationem. *Caſaub.*

2. Ὁ φέρων τὴν ὑαλῖτιν ἄμμον) Plinius H. Nat. Lib. v. c. 19. *Rivus Pagida ſive Belus, vitri fertiles harenas parvo littori miſcens.* vide eundem lib. xxxvi. cap. 26. & Tacitum Annal. III. 20. *Idem.*

3. Ἐνταῦθα μὲν οὖν φασὶ μὴ χεῖσθαι) Simile eſt quod de Ilvæ metallis lib. v. referebat. *Idem.*

4. Ὅπου γε καὶ τρυβλίον χαλκοῦν πρίασθαι καὶ ἐκπωμάτιόν ἐστιν) Quis ſanus hanc lectionem ferat? loquitur de vitreis vaſis, & ait Romæ proſtare venalia vaſa ærea. Atqui de vitreis loquebaris, merito dicat aliquis. Verum Strabonem, ſi reviviſcat, Jovem lapidem perſuaſum habeo juraturum non ita à ſe ſcriptum, ſed χαλκοῦ, non χαλκοῦν. Nam quum modo dixiſſet vitrarios Romanos multa eſſe commentos & ad elegantiam vitrorum, & ad vilitatem, quæ τὴν ῥᾳστώνην τῆς κατασκευῆς conſequitur, ſubjecit appoſitiſſimè, tantam eſſe vaſorum vitreorum Romæ vilitatem, ut etiam paropſidem & poculum nummo poſſis tibi comparare. hoc eſt χαλκοῦ πρίασθαι. Ergo ſic eſt legendum. *Idem.*

D

5. Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν οἱ Πτολεμαεῖς μάχην συνάψαντες πρὸς Σαρπηδόνα) Pro συνάψαντες lego συνῆψαν. Placet autem ex Athenæo Deipn. Lib. viii. cap. 2. p. 333 idem miraculum deſcribere, qui ſumit à Poſidonio. ὅτε Τρύφων ὁ Ἀπαμεὺς, ὁ τὴν τῶν Σύρων βασιλείαν ἁρπάσας ἐπολεμεῖτο ὑπὸ Σαρπηδόνος τοῦ Δημητρίου στρατηγοῦ περὶ Πτολεμαΐδα πόλιν, καὶ ὡς ὁ Σαρπηδὼν ληφθεὶς, ἀνεχώρησεν, εἰς τὴν μεσόγαιαν, μετὰ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, οἱ δὲ τοῦ Τρύφωνος ὥδευον κατὰ τὸ πλησίαλον νικήσαντες τῇ μάχῃ ἐξαίφνης πελάγιον κῦμα ἐξαρθὲν μετέωρον εἰς ὕψος ἐξαίσιον ἐπῆλθε τῇ γῇ καὶ πάντας αὐτοὺς ἐπέκλυσε, διέφθειρέν τε ὑποβρυχίους, ἰχθύων τε πολὺν σωρὸν ἀναχωροῦν τὸ κῦμα μετὰ τῶν νεκρῶν κατέλιπε καὶ οἱ περὶ τὸν Σαρπηδόνα ἀκούσαντες τὴν συμφορὰν, ἐπελθόντες, τοῖς μὲν τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφήσθησαν, ἰχθύων τε ἀφθονίαν ἀπηνέγκαντο, καὶ ἔθυσαν ΠΟΣΕΙΔΩΝΙ ΤΡΟΠΑΙΩ πρὸς τοῖς προαστείοις τῆς πόλεως. *Idem.*

ὥστε τὸ μὲν μετεωρισθὲν αὐτῆς μέρος ἐπάγειν A τὴν θάλατταν, τὸ δὲ συνίζησαν δέξασθαι· τραπομένης δὲ τὴν ἀρχαίαν πάλιν ἕδραν ἀπολαβεῖν τὸν τόπον· ποτὲ μὲν οὖν καὶ ἐξαλλάξεώς τινος γινομένης, ποτὲ δ' οὔ· τάχα καὶ περιόδοις τισὶν ἐνδεδεμένων τῶν τοιούτων παθῶν, ἀδήλως ἡμῖν, καθάπερ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν Νεῖλον ἀναβάσεων λέγεται * διαφόρως γινομένων, ἄδηλον δὲ τὴν τάξιν ἐχουσῶν. Μετὰ δὲ τὴν Ἄκην, [1] Στράτωνος πύργος πρόσορμον ἔχων. Μεταξὺ δέ, ὅ, τε Κάρμηλος τὸ ὄρος, [2] καὶ πολιχνίων * ὀνόματα, πλέον δ' οὐδὲν, Συκαμίνων πόλις, [3] Βουκόλων, καὶ Κροκοδείλων πόλις, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· εἶτα δρυμὸς μέγας τίς. B

p. 759. Εἶτα Ἰόππη, καθ' ἣν ἡ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου παραλία [4] σημειωδῶς ἐπὶ τὴν ἄρκτον κάμπτεται, πρότερον ἐπὶ τὴν ἕω τεταμένη. [6] Ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσί τινες τὴν Ἀνδρομέδαν ἐκτεθῆναι τῷ κήτει· ἐν ὕψει γάρ ἐστιν ἱκανῶς τὸ χωρίον, ὥστ' ἀφορᾶσθαι φασὶν ἀπ' αὐτοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν τῶν Ἰουδαίων μητρόπολιν· [7] καὶ δὴ καὶ ἐπινείῳ τούτῳ * κέχρηνται, καταβάντες μέχρι θαλάττης οἱ Ἰουδαῖοι· τὰ δ' ἐπίνεια τῶν λῃστῶν λῃστήρια δηλονότι ἐστί. Τούτων δὲ καὶ ὁ Κάρμηλος ὑπῆρξε, καὶ ὁ δρυμός· καὶ δὴ καὶ εὐανδρησεν οὗτος ὁ τόπος, ὥστ' ἐκ τῆς πλησίον κώμης Ἰαμνείας, καὶ τῶν κατοικιῶν τῶν κύκλῳ τέτταρας μυριάδας ὁπλίζεσθαι. C Εἰσὶ δ' ἐντεῦθεν εἰς τὸ Κάσιον τὸ πρὸς Πηλουσίῳ μικρῷ πλείους * ἢ χίλιοι στάδιοι· τριακόσιοι δ' ἄλλοι πρὸς αὐτὸ τὸ Πηλούσιον. [8] Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ, καὶ ἡ Γαδαρίς ἐστιν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ

* Scripti, διαφόρων.

* Scripti, ὀνόματι.

* Scripti, κέχρηνται.

* Manuscripti. ἢ μύριοι.

ut pars ejus in sublime elevata mare impellat, pars subsidens id recipiat, qua rursum in diversum mutata pristinam omnia sedem recipiant: & interdum permutatio quædam fiat, nonnunquam nulla. Fieri potest, ut motus hi certis conversionum circuitionibus, ac vicibus sint devincti, quæ nobis sint ignotæ: quomodo etiam Nili incrementa diversis modis, & ignoto hominibus ordine evenire traditum est. Post Acam est Stratonis turris, quæ stationem habet. In medio Carmelus est mons, & oppidula, quorum præter nomina nihil restat, ut Sycaminorum urbs, & Bubulcorum, & Crocodilorum, & hujusmodi alia. Sequitur ingens sylva. ¶ Postea Joppe, juxta quam Ægypti litus ante versum ortum Solis porrectum, ad septentrionem [5] veluti in puncto deflectitur. Ibi quidam Andromedam ceto expositam fabulati sunt. Locus satis editus est, ita quidem, ut indè tradant Hierosolyma conspici Judæorum metropolim: quin & Judæi portu hoc utuntur, usque ad mare degressi. Sed portus hi latronum scilicet receptacula sunt. Horum fuere & sylva, & Carmelus. Locus hic adeò hominibus abundavit, ut ex Jamnia proximo vico & circum vicinis habitationibus quadraginta hominum millia armarentur. Inde ad Casium Pelusio propinquum montem, distantia est CIↃ stadiorum, & paulò ampliùs, hinc alia CCC Pelusium usque. Interjacet Gadaris, quam ipsam quoque

1. Στράτωνος πῦργος) Sic olim vocabatur, quæ postea Cæsarea, postquam urbs præclara eo loco fuit exstructa. Describitur à Josepho libro Ἀρχαιολογ. XV. c. 13. *Casaub.*

2. Καὶ πολίχνιων ὀνόματα, πλέον δ' οὐδὲν Συκαμίνων πόλις) Interiisse illas urbes similiter Plinius H. Nat. Lib. V. cap. 19. innuit, *Memoria*, inquit, *urbium, Dorum, Sycaminum, promontorium Carmelum, & in monte oppidum, eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.* Idem.

3. Βουκόλων.) Fortasse, Βουκόλων πόλις. ut in reliquis. *Idem.*

4. Σημειωδῶς ἐπὶ τὸν ἄρκτον κάμπτεται) Σημειωδῶς non est ut nugatur interpres *in puncto.* neque id vertere est, sed ænigmata loqui. significat in ora maritima ibi fieri manifestam καμπὴν, ita ut littus, quod est ab Ægypto, non amplius respiciat occasum, sed septentriones. Ergo σημειωδῶς est, *ita ut facilè appareat*, vox est mathematicorum, qui Latinè dicerent *notabiliter.* Strabo alibi ἀξιολόγως. *Idem.*

5. *Veluti è puncto.*) Σημειωδῶς. quod si στιγμοειδῶς legas in formam. sed nolui mutare. Joppen omnes alii scribunt per duo π. & quod apud Stephanum unico scribitur, infirmum est: ut suo loco dixi. *Xyland.*

6. Ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσί τινες τὴν Ἀνδρομέδαν ἐκτεθῆναι) Plin. H. Nat. Lib. V. c. 13. *Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Insidet collem præjacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa Derceto.* Casaub.

D

7. Καὶ δὴ καὶ ἐπινείῳ τούτῳ κέχρηνται καταβάντες μέχρι θαλάττης οἱ Ἰουδαῖοι) Ait Judæos quibus oram maritimam supra ademit, descendisse ad mare & Joppen occupasse, eoque navali uti, quod verum est: factum autem id paullò post, quàm Demetrius Siriæ rex captus est à Parthis, quo tempore Judæis præerat Simon, de quo sic scriptum est in Macchabæorum Lib. I. c. XIV. comm. 5, 6. Καὶ μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ ἔλαβε τὴν Ἰόππην ἐς λιμένα, καὶ ἐποίησεν εἴσοδον ταῖς νήσοις τῆς θαλάσσης· καὶ ἐπλάτυνε τὰ ὅρια τῷ ἔθνει αὐτοῦ, καὶ ἐκράτησε τῆς χώρας. (Sed & jam antè Hierosolymitani, ut navim conscenderent, Joppen ibant: quod vel Jonæ historia testatur.) *Idem.*

8. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ ἡ Γαδαρίς ἐστιν) Appellat Strabo Gadaridem, agrum in quo fuere Gazara, quæ ille mox Gadara nominat. Manifestò id docent quæ sequuntur de Gadaride, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο Ἰουδαῖοι. quibus verbis significat Judæos Gazara (quæ ut dixi ipse vocat Gadara) tunc occupasse quando & Ioppen de qua modo dictum. Historia narratur in Macchabæorum libris, ubi sequitur post ea verba quæ sunt modò à nobis descripta καὶ συνήγαγεν αἰχμαλωσίαν πολλὴν, καὶ ἐκυρίευσε Γαζάρων, καὶ Βαιθσούρων καὶ τῆς ἄκρας. Iosephus

Judæi ſuam fecerunt, poſtea Azotus & Aſcalon. Jamnia Azoto & Aſcalone diſtat ducentis ferè ſtadiis. Aſcalonenſium regio præcipuè cepas fert: urbs ipſa non eſt magna. Patria Antiochi philoſophi, qui nos paululum ætate anteceſſit. Gadarenſis fuit Philodemus Epicureus, & Meleager, & Menippus ſeria jocosè ſolitus exprimere, & Theodorus orator, qui ætate noſtra floruit. Poſtea eſt Gazæorum portus, & paulò ſupra ad ſeptem ſtadia urbs, quæ olim illuſtris fuit,

A Ἰουδαῖοι· εἶτ' Ἄζωτος, καὶ Ἀσκάλων. Ἀπὸ δὲ Ἰαμνείας εἰς Ἄζωτον καὶ Ἀσκάλωνα εἰσὶν ὅσον διακόσιοι στάδιοι. * [1] Κρομμύων τ' ἀγαθός ἐστιν ἡ χώρα τῶν Ἀσκαλωνειτῶν, πόλισμα δὲ μικρόν. [2] Ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος, μικρὸν πρὸ ἡμῶν γεγονώς. [3] Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων [4] Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ [5] Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ· [6] εἶθ' ὁ τῶν Γαζαίων λιμὴν πλησίον· ὑπέρκειται δὲ καὶ ἡ πόλις ἐν ἑπτὰ σταδίοις, ἔνδοξός ποτε γενομένη,

* Manuſſ. Κρομμύοις τ' ἀγαθή.

eandem hiſtoriam ſic retulit, *κατεστρέψατο γὰρ Σίμων, Γαζάραν τε πόλιν καὶ Ἰόππην, καὶ Ἰάμνειαν.* Idem *ἁλωσ.* libro primo, *Σίμων δὲ γενναίως ἀφηγούμενος τῶν πραγμάτων, αἱρεῖ μὲν Γαζαρά τε καὶ Ἰόππην, καὶ Ἰάμνειαν τῶν προσοίκων κατέσκαψε δὲ*, &c. Sic legendus eſt hic locus. Vulgò *ζαρά τε* perperam. Jam quod Gadaridi ſtatim ſubjicit Strabo Azotum, id quoque noſtram hanc ſententiam confirmat. Ita enim ſcriptum eſt apud eoſdem Macchabæos Lib. I. cap. 14. comm. 24. *Καὶ Ἰόππην ὠχύρωσε τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ τὴν Γάζαρα τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων ἀζώτου, ἐν ᾗ ᾤκουσαν οἱ πολέμιοι τὸ πρότερον ἐκεῖ, καὶ κατῴκισεν ἐκεῖ Ἰουδαίους.* Ergo luce jam clarius eſt Gadaridem & Gadara hoc loco commemorata, non aliud eſſe quam quæ Gazara Macchabæi & Joſephus appellant, neque de eo quiſquam dubitavit qui auctores, quos proferimus, diligenter aliquando legerit: ubi toties Joppa, Gazara, Azotus & Jamnia ut vicina oppida commemorantur. Atque hoc cum nos primi veriſſimè obſervaſſemus, & in noſtris Notis ad novum Teſtamentum breviter indicaſſemus, doctiſſimo cuidam viro probare noſtram ſententiam non potuimus. quod nos non miramur. neque enim ibi expoſueramus, qui factum ſit ut Strabo Gadara hunc locum appellarit, non ut reliqui Gazara, quod mox aperiemus. *Caſaub.*

1. *Κρομμύων τ' ἀγαθός ἐστιν ἡ χώρα τῶν Ἀσκαλωνειτῶν*) Plinius H. Nat. Lib. XIX. cap. 6. *Cepæ genera apud Græcos, Sardia, Samothracia, Alſidena, Setania, Schiſta, Aſcalonia ab oppido Judææ nominata.* Idem.

2. *Ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος*) Hic eſt Antiochus ille nobilis Academicus, cujus toties Cicero meminit in philoſophicis. *Idem.*

3. *Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος*) Poſtquam tractum illum deſcripſit ubi ſunt Joppe, Aſcalon, & Gadaris, refert nunc viros doctos, qui in eo tractu ſunt nati. Aſcalone, inquit, natus eſt Antiochus: Gadaris, Philodemus, Meleager & Menippus. non poſſumus autem dubitare Gadara hic intelligi urbem Gadaridis, quam modo cum Aſcalone retulerat. At docti viri Gadara cum legerent iſto loco, perſuaſerunt ſibi, hæc eſſe Gadara illa quæ fuerunt trans Jordanem ſita, Plinio & Ptolemæo, & aliis commemorata. de quibus tamen Strabo noſter hoc loco, ne per ſomnium quidem quicquam cogitavit. ac ne potuit quidem: quum enim oram maritimam deſcribat, eaque tantum oppida commemoret quæ ad mare ſita ſunt. quæ obſecro, inſcitia, *ἀταξία*, & inſania fuerit Straboni, tam procul à mari remotæ, & omnino ab iſto loco alienæ urbis mentionem injicere? Profectò in accuratiſſimo ſcriptore nuſquam talem *ἀταξίαν* reperies. Fuit igitur obſervandum, Strabonem confundere Gadara illa, de quibus modò diximus, cum Gazaris: putavit enim Gadara: quorum mentionem apud Polybium & alios reperiebat, eſſe Gazara, de quibus antè diximus. Itaque cum ſciret Gadarenſes vocari Philodemum, Meleagrum & Menippum, credidit Gazaris eſſe ortos, quæ ipſe Gadara vocabat. maximè quia mox ſequitur Gaza urbs nobilis. Gadarorum autem, urbis ejus, quam Ptolemæus & Plinius commemorant, & cujus ſit mentio Marci cap. v. commate primo, Strabo nullam uſquam facit mentionem: quod nos conſtanter affirmamus, contra magnorum virorum ſententiam, quibus aliter videtur. Porrò Gazara, urbem eam eſſe exiſtimo, quæ in ſacris literis Gezer appellatur. Video enim ſic ſemper à Joſepho & Macchabæis nuncupari: quin Joſephus quodam loco, Gadara diſertè vocat ut Strabo illam ipſam urbem. Sic namque legimus apud eum *Ἀρχαιολογίας* libro quinto, capite primo. *Ἡ δ' Ἐφραΐμου φυλὴ, τὴν ἄχρι Γαδάρων ἀπὸ Ἰαρδάνου μηκυνομένην ἔλαχεν.* Gadara enim conſtat hoc loco oppidum nuncupari quod Joſuas cap. XIV. commate tertio Gezer vocat in deſcriptione portionis Ephraimitarum. quanquam ſi quis apud Ioſephum eoquem protulimus loco, *Γαζάρα* legendum, ut alibi apud eundem cenſuerit, adeo ei non refragabor, ut contra libentiſſimè ſim aſſenſurus. *Idem.*

4. *Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος* &c.) de Philodemo hoc Horat. Lib. 1. Sat. 2. verſ. 121.

Gallis hanc Philodemus ait, &c.

Ubi Acron: *Philodemus quidam Philoſophus fuit Phyſicus.* Et, *Alii dicunt Epicureum fuiſſe.* Meminit ejus & Cicero Lib. II. de Fin. cap. 35. *Credo Syronem dicis & Philodemum, &c.* Vide comment. ad Horat. Theodorum, de quo mox, docentem audivit Tiberius Cæſar, cum is Rhodum ſeceſſiſſet, Sueton. vita Tiber. cap. 57. Quintil. Inſt. Orat. Lib. III. cap. 1. Suidas, *Θεόδωρος, Γαδαρεύς. Σοφιστὴς ἀπὸ δούλων· διδάσκαλος γεγονὼς Τιβερίου Καίσαρος.* *Scherpezeel.*

5. *Μένιππος*) Ita Stephanus de Urb. V. ΓΑΔΑΡΑ. vide L. Gyraldum Dialog. VI. de Poëtis pag. 353.

6. *Εἶθ' ὁ τῶν Γαζαίων λίμην*) Videntur Gazæi afflicta urbe ſua primum ab Alexandro, deinde à Ptolemæo, ut ſcribit Diodorus, mox ab aliis, priſtinas ſedes reliquiſſe & ubi ante portum habuerant, habitaſſe qui locus *Γαζαίων λιμὴν* à Strabone dicitur, vulgò Majuma vocabatur, ut teſtatur Sozomenus libro ſecundo. Sic duæ quodammodo fuere Gazæ, ut etiam Hieronymus ait: urbs Gaza ſeptem ſtadiis à mari diſtans: & Gazæ portus, ſive Majuma, quò ut diximus plerique Gazæi receſſerant. Veruntamen neque urbs Gaza penitus derelicta, & deſerta fuit: neque Gazæorum portus ante Conſtantinum Magnum urbis ſpeciem habuit: Conſtantinus autem, ut Sozomenus ſcribit, urbem ibi ædificavit, & pro Majuma Conſtantiam a filio ſuo denominavit. quod igitur ait Strabo manſiſſe deſertam ab Alexandri temporibus Gazam, non ita accipiendum, quaſi diceret prorſus eam fuiſſe deſtitutam: ſed longè minùs quam antè frequentatam. *Caſaub.*

A [1] κατεσπασμένη δ' ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ μένουσα ἔρημος. Ἐντεῦθεν δ' ὑπέρβασις λέγεται χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα * σταδίων [2] εἰς *Ἄειλαν πόλιν ἐπὶ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου κειμένην· διττὸς δ' ἐστίν· ὁ μὲν εἰς ἔχων τὸ πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ, καὶ τῇ Γαζῇ μέρος, ὃν Ἐλανίτην προσαγορεύουσιν ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ πόλεως· ὁ δ' εἰς τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν Ἡρώων πόλιν, εἰς ὃν ἐκ Πηλουσίου ἡ ὑπέρθεσις ἐπιτομωτέρα. δι' ἐρήμων δὲ καὶ ἀμμωδῶν, χωρίων αἱ ὑπερβάσεις ἐπὶ καμήλων· πολὺ δὲ καὶ τὸ τῶν ἑρπετῶν ἐν αὐταῖς πλῆθος. Μετὰ δὲ Γάζαν, [4] Ῥαφία, ἐν ᾗ μάχη συνέβη Πτολεμαίῳ τε τῷ τετάρτῳ, καὶ Ἀντιόχῳ τῷ μεγάλῳ. [5] Εἶτα Ῥινοκόλουρα, ἀπὸ B τῶν εἰσῳκισμένων τὰς ῥῖνας οὕτω καλουμένη· τῶν γὰρ Αἰθιόπων τις ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ἀντὶ τοῦ ἀναιρεῖν τοὺς κακούργους, ἀποτέμνων τὰς ῥῖνας ἐνταῦθα κατῴκισεν, ὡς οὐκ ἂν ἔτι τολμήσοντας * ἀνελθεῖν, διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως. Καὶ αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀπὸ Γάζης λυπρὰ πᾶσα. καὶ ἀμμώδης· [6] ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφεξῆς τοιαύτην ὑπερκειμένην ἔχουσι τὴν Σιρβωνίδα λίμνην [7] παράλληλον πρὸς τῇ θαλάττῃ μικρὰν δίοδον ἀπολείπουσαν μεταξύ, [8] μέχρι τοῦ Ἐκρήγματος καλουμένου, μῆκος ὅσον διακοσίων σταδίων· πλάτος δὲ τὸ μέγιστον πεντήκοντα· τὸ δ' Ἔκρηγμα συγκέχωσται· Εἶτα C συνεχὴς ἄλλη τοιαύτη ἡ ἐπὶ τὸ Κάσιον, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸ Πηλούσιον. Ἔστι δὲ τὸ Κάσιον, [9] θινώδης τις λόφος ἀκρωτηριάζων, ἄνυδρος, ὅπου τὸ Πομπηίου * τοῦ Μάγνου σῶμα κεῖται,

* Scripti, σταδίων καὶ ἑξη.

* Forte Ἐλάναν.

* Manuss. κακουργεῖν. Ald. ἀναιρεῖν.

p. 760.

* Scripti, τοῦ Μεγάλου.

ab Alexandro autem diruta. Ex hoc loco dicitur esse CIↃ CCLX stadiorum transcensus ad urbem 3 Elana, sitam in Arabici sinus intimo secessu. Duplex hic est, alter Arabiam & Gazam versus, quem Elaniticum appellant ab urbe, quæ in eo est: alter Ægyptum versus, ad Heroum urbem, in quem compendiosius iter est à Pelusio: Sed camelis conficiendum per loca deserta & arenosa: magna est etiam iis in locis serpentum multitudo. Gazam sequitur Raphia, ubi Ptolemæus, quartus cum Antiocho magno depugnavit. Postea sunt Rhinocolura, ab iis dicta, qui nares truncati eò fuere translati: nam Æthiopum quidam Ægyptum invadens, non nece, sed nasi mutilatione, maleficia coërcens, eos ibi collocavit, ut propter oris deformitatem redire domum non auderent. Quæ Gazam sequitur regio, sterilis est & arenosa. Magis etiam quæ inde est inter Sirbonidem lacum & mare æqualibus distantia intervallis, parvum quendam transitum in medio occupans, ad locum usque cui ab eruptione Ecregma nomen, longitudo est CC ferè stadiorum, maxima latitudo L: eruptio illa obturata est: sequitur regio usque ad Casium atque inde Pelusium. Casius est mons aggeribus arenarum similis, inque mare procurrens, ipse aquarum inops. In eo Magni Pompei corpus jacet,

1. Κατεσπασμένη δὲ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ μένουσα ἔρημος. *Ab Alexandro autem diruta.*) Hæc ultima verba καὶ μένουσα ἔρημος non agnoscit Xylander: ideo suspicor esse glossema alicujus, qui ex Actis Apostolorum c. VIII. v. 26. id notaverat ad marginem, quod postea in textum additum est. Nam forte ea non fuit, quæ dicta fuit ἔρημος, sed alia, quæ magis ad desertum Ægyptum versus accedebat. Vide quæ notavi ad Polybii locum lib. V. p. 427. *Palm.*

2. Εἰς Ἀείλαν πόλιν) Interpres εἰς Ἐλάνα rectius. *Cas.*

2. Εἰς Ἀείλαν πόλιν) Male vulgò legitur, cum emendandum sit, εἰς Ἄϊλαν πόλιν. Et malè corrigunt eruditi viri, εἰς Ἐλάναν. licet ita etiam vocetur Straboni alio loco, & Artemidoro, & Ptolemæo. In concilio Nicæno ex Palæstina provincia subscripsit Petrus Episcopus *Aïlensis*, ab hac Aïla. Salmas. Exer. Plin. Ed. Ult. p. 342.

1. ΕΠΕΙ *δὲ τὴν Ἀραβίαν ἐφοδεύοντες καὶ τοὺς κόλπους συμπεριελάβομεν*) Etiam hujus libri connexio cum præcedente perſpicua eſt. Continet quæ ſuperſunt de Aſia nondum dicta: hoc eſt Ægyptum & Æthiopiam: itemque Libyæ totius deſcriptionem, cum eleganti coronide in operis totius fine. *Caſaub.*

2. *Ἐννακισχιλίους σταδίους διέχειν τὸν Νεῖλον*) Falſiſſimum eſt dixiſſe unquam Eratoſthenem diſtare Arabicum ſinum à Nilo ſtadia ↀ CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. id dixit ſcilicet is qui inter Euphratem & Nilum ſtatuebat tantum ſtad. ↀ ſed nemo ſanæ mentis dubitabit locum eſſe corruptum, ac legendum eſſe potius *ἐννακοσίους*. *Idem.*

C 3. *Ῥυεὶς γάρ φησι ἀπὸ Μερόης*) Jampridem ex vetere interprete locum hunc reſtitueram: poſtea acceſſit veterum librorum auctoritas. Huc autem Eratoſthenica Nili deſcriptio quantum diſcrepet à Pliniana lib. v. cap. 9. ſatis apparet: neque proferam quæ de hoc fluvio certatim omnes Geographi, hiſtorici etiam plurimi, in his Herodotus, Diodorus, Ammianus, itemque duo præſtantiſſimi ſophiſtæ Ariſtides & Heliodorus, nec non Philoſtratus, (ut Lucanum & reliquos poëtas taceam) ſtudio magno conſcripſere: Nam & omnibus hodie ea nota ſunt, & nos temporis premimur anguſtiis: cui vix paucæ horæ ſuperſunt, ad reliqua percurrenda; quare ea tantum notavimus, quæ minus commode prætermitti poſſe videbantur. *Idem.*

A ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὡς δισχιλίους καὶ ἑπτακοσίους σταδίους πάλιν] ἀναστρέφει πρὸς μεσημβρίαν, καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, ὡς τρισχιλίους, καὶ ἑπτακοσίους σταδίους, καὶ σχεδὸν ἀντάρας τοῖς κατὰ Μερόην τόποις, καὶ εἰς τὴν Λιβύην * πολὺς προσπεσὼν καὶ τὴν ἑτέραν ἐπιστροφὴν ποιησάμενος, πρὸς τὰς ἄρκτους φέρεται, πεντακισχιλίους μὲν καὶ τριακοσίους σταδίους ἐπὶ τὸν μέγαν καταράκτην, παρεπιστρέφων μικρὸν πρὸς τὴν ἕω, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους τοὺς ἐπὶ τὸν ἐλάττω τὸν κατὰ Συήνην, πεντακισχιλίους δὲ ἄλλους καὶ τριακοσίους ἐπὶ τὴν θάλατταν. Ἐμβάλλουσι δ' εἰς αὐτὸν δύο ποταμοὶ, φερόμενοι μὲν ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ τῆς ἕω, περιλαμβάνοντες δὲ νῆσον εὐμεγέθη τὴν B Μερόην· [1] ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται, κατὰ τὸ πρὸς ἕω πλευρὸν ῥέων, ἕτερος δ' Ἀστάπους· οἱ δ' Ἀστοσάβαν καλοῦσι· τὸν δ' Ἀστάπουν * ἄλλον εἶναι, ῥέοντα ἔκ τινων λιμνῶν ἀπὸ μεσημβρίας, καὶ σχεδὸν τὸ κατ' εὐθεῖαν σῶμα τοῦ Νείλου τοῦτον ποιεῖν· τὴν δὲ πλήρωσιν αὐτοῦ τοὺς θερινοὺς ὄμβρους παρασκευάζειν. Ὑπὲρ δὲ τὰς συμβολὰς τοῦ Ἀσταβόρα καὶ τοῦ Νείλου σταδίοις ἑπτακοσίοις, Μερόην εἶναι πόλιν ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχου, καλοῦνται δὲ * Σεβρῖται ὡς ἂν ἐπήλυδες· [3] βασιλεύονται δὲ ὑπὸ γυναικός· * ὑπακούουσι δὲ τῷ ἐν Μερόῃ. C Τὰ δὲ κατωτέρω ἑκατέρωθεν Μερόης, παρὰ μὲν τὸν Νεῖλον πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν, Μεγάβαροι, καὶ Βλέμμυες, Αἰθιόπων ὑπακούοντες, Αἰγυπτίοις δ' ὅμοροι· παρὰ θάλατταν δὲ Τρωγλοδύται· [4] διεστᾶσι δὲ εἰς δέκα ἢ δώδεκα ἡμερῶν ὁδὸν, οἱ κατὰ τὴν Μερόην Τρωγλοδύται τοῦ Νείλου. Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου, [5] Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ μέγα ἔθνος ἀπὸ τῆς Μερόης * ἀρξάμενον [6] μέχρι τῶν Ἀγγόνων, οὐχ ὑποταττόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείους βασιλείας διειλημμένοι. Τῆς δ' Αἰγύπτου τὸ περὶ τὴν θάλατταν ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος πρὸς τὸ

* Scripti, πολύ.

* Vulgo, Τὸν δ' Ἀσταποῦν εἶναι. Sed vocem ἄλλον ex veteribus libris & priore interp. restituimus.

* Scripti, Σεβίρται. Vulgo Σεμβρῖται.

* Suspectus locus.

* Scripti, ἀρξάμενοι.

versus septentrionem ad bis mille, & septingenta stadia, vertitur ad meridiem & hybernum occasum ad stadia ter mille ıɔcc· ac propè obversus locis circa Meroën, inque Africam pleno alveo delatus, rursum inflexus versus septentrionem ıɔɔ ccc stadia decurrit ad magnum cataractem, paululum versus ortum inclinans: hinc stadia cıɔ cc ad minorem cataractem, qui est Syenæ vicinus: inde rursum ıɔɔ ccc stadia usque ad mare. Excipit Nilus duo flumina è lacubus quibusdam ab oriente delata, & Meroën ingentem insulam complectentia: quorum alterum dicitur Astaboras, ad orientale latus fluens: alterum Astapus, quod nonnulli Astosabam vocant. [2] Astapum vero fluere è lacubus quibusdam à meridie: atque hunc ferè rectum Nili corpus efficere, ab æstivis imbribus augeri. Supra Astaboræ & Nili concursum ad stadia ıɔ cc Meroën urbem esse, eodem nomine quo insulam. Supra Meroën aliam insulam, quam Aegyptiorum exsules incolant, qui à Psammiticho desciverunt, & Sembritæ, id est, advenæ nominantur, & reginam habent, quæ regi Meroës paret. Quæ infra Meroën sunt, secus Nilum ex utraque ejus parte mare Rubrum versus, Megabari & Blemmyes habitant Aethiopum subditi, Aegyptiis finitimi. Ad mare autem Troglodytæ, quorum qui juxta Meroën sunt decem, undecimve dierum itinere à Nilo distent. A sinistra vero cursus Nili habitant Nubæ magna Lybiæ gens, à Meroë incipientes usque ad Nili flexus: non hi Æthiopibus parentes, sed pro sese in multa regna divisi. Ægypti maritima sunt ab ore Pelusiaco ad

1. Ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται) Astaboram & Astapum & Ptolem. commemorat: sed quod vult Eratosthenes cingere eos Meroën, longe aliter Ptolem. Heliodorus non multum ab Eratosthene dissentit libro decimo pag. 460. ed. 1619. ubi de Meroë sic scribit, Ἡ γὰρ δὴ Μερόη μητρόπολις οὖσα τῶν Αἰθιόπων, τὰ μὲν ἄλλα ἐστὶ νῆσος, τριγωνίζουσα ποταμοῖς ναυσιπόροις. τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ἀσταβόρᾳ, καὶ τῷ Ἀστασόβᾳ (al. Ἀρσασόβᾳ) περιῤῥεομένη. τοῦ μὲν κατὰ κορυφὴν ἐμπίπτοντος τοῦ Νείλου, καὶ πρὸς ἑκάτερα σχιζομένου· τῶν ἑτέρων δὲ δυοῖν κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν θατέρου παραμειβόντων καὶ αὖθις ἀλλήλοις συμπιπτόντων καὶ εἰς ἕνα τὸν Νεῖλον τό, τε ῥεῦμα, το, τ' οὔνομα ἐκνικωμένων. Hæc mentem istius loci aperiunt. Astapum autem Heliodorus non nominat, sed Asasobam: qui est Eratost. Ἀσοσάβας, & ita in Heliodoro lego. Vide Plinium Hist. Nat. Lib. v. c. 9. & Vitruvium L. viii. c. 2. *Cas.*

2. *Astapum vero*) Omnia hæc sunt variis perso- D natum mutationibus confusa, itaque ad verbum ferè expressi. Sembritæ priore libro Sebritæ leguntur. *Xyl.*

3. Βασιλεύονται δ' ὑπὸ γυναικὸς) Plinius (H. N. L. vi. c. 30.) ait Semberritas reginæ parere. Quæ sequuntur, nescio quomodo cum his consonent. maximè cum iis, quæ lib. superiore de iisdem narravit. *Cas.*

4. Διεστᾶσι δὲ εἰς δέκα ἢ δώδεκα ἡμερῶν ὁδοὺς οἱ κατὰ τὴν Με.) Vellem addidisset quot putet stadia in uniuscujusque diei iter: Si, ut alibi sæpe, ccc putavit, erunt stadia plus minus cıɔ cıɔ cıɔ. Supra dixit distare Meroën à mari iter dierum circiter quindecim. *Idem.*

5. Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ) Plinio H. Nat. L. vi. c. 30. Nubei Æthiopes. *Idem.*

6. Μέχρι τῶν Ἀγγόνων) Prior interpres legit ἀγκώνων: ut non sit populi nomen; sed flexus Nili intelligantur, de quibus dictum paullò antè. *Idem.* Ἀγκώνων legendum esse ait Bochart. Geogr. Sacr. P. I. Lib. iv. c. 26.

Canopicum longitudine ſtadiorum ter mille CCC. Hæc ſunt quæ Eratoſthenes tradidit. Enimvero plenius iſtæc explicanda ſunt: eaque primo quæ ad Ægyptum pertinent, ut à notioribus ad ſequentia procedamus. Nilus quædam huic regioni & contiguæ, & Aethiopiæ quæ ſuprà eſt, præſtat communia, ut quod ſuis eas incrementis rigat: & ſolum hanc partem habitalem reddit, quæ ejus exundationibus tegitur: quicquid editius eſt, & fluento ipſius ſublimius, id ab utraque parte deſertum, & ob aquæ penuriam cultoribus vacuum tranſit. Cæterum neque totam Aethiopiam Nilus permeat, nec in rectum nec ſolus, nec bene habitatam: Aegyptum vero & ſolus, & totam, & in rectum, à minore cataracte ſupra Syenem & Elephantinam incipiens, qui ſunt Aegypti & Aethiopiæ fines, uſque ad Nili oſtia in mare exeuntis. Equidem hodie Aethiopes magna ex parte paſtoralem ac inopem vitam jam inde degunt, tum propter ſoli tenuitatem, & aëris intemperiem, tum propterea quod longe à nobis abſunt. Omnia contraria ſunt apud Aegyptios: nam & civilem ac manſuetam vitam degunt, & in locis notis habitant: itaque etiam conſtitutiones eorum memorantur: atque etiam laudem eo invenerunt, quod videntur rectè uti regionis ubertate, & bene diviſam eam adminiſtratamque habere. Etenim rege conſtituto, multitudinem in tres partes tribuerunt, quarum una militiam, altera agros coleret: tertia ſacerdotum erat. Ita alii ſacrorum curam gerebant, alii eorum, quæ ad hominem pertinent, rurſumque horum alii belli, alii quæ pacis erant: agriculturam & artes: unde & regi ſui erant reditus. Sacerdotes philoſophiam & aſtronomiam exercebant, & cum regibus converſabantur. Regio initio in præfecturas diviſa fuit, quas nomos vocant: Thebaica quidem in decem: quæ vero in Delta, in totidem: intermedia autem in ſedecim: & (ut quidam volunt) tot erant hujuſmodi præfecturæ, quot aulas

A Κανωβικὸν [1] ςάδιοι * τρισχίλιοι τριακόσιοι. Ἐρατοσθένης μὲν οὖν οὕτως. Δεῖ δὲ ἐπὶ πλέον εἰπεῖν· καὶ πρῶτον τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον, ὡς ἀπὸ τῶν γνωριμωτέρων ἐπὶ τὰ ἑξῆς προϊωμεν. Κοινὰ μὲν γάρ τινα, καὶ ταύτῃ τῇ χώρᾳ, καὶ τῇ συνεχεῖ, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν τῇ τῶν Αἰθιόπων ὁ Νεῖλος παρασκευάζει, ποτίζων τε αὐτὰς κατὰ τὰς ἀναβάσεις, καὶ τοῦτ' οἰκήσιμον αὐτῶν τὸ μέρος ἀπολιπὼν μόνον τὸ καλυπτόμενον ἐν ταῖς πλημμυρίσι, τὸ δ' ὑπερδέξιον, καὶ μετεωρότερον τοῦ ῥεύματος πᾶν, ἀοίκητον ἑκατέρωθεν διεξιὼν καὶ ἔρημον διὰ τὴν αὐτὴν ἀνυδρίαν. Ἀλλὰ τὴν μὲν Αἰθιο- P. 787.
B πίαν οὔτε πᾶσαν διέξεισιν ὁ Νεῖλος, οὔτε μόνος, οὔτ' ἐπ' εὐθείας, οὔτ' οἰκουμένην καλῶς· τὴν δὲ Αἴγυπτον, καὶ μόνος, καὶ πᾶσαν, καὶ ἐπ' εὐθείας ἀπὸ τοῦ μικροῦ Καταῤῥάκτου ὑπὲρ Συήνης, καὶ Ἐλεφαντίνης ἀρξάμενος, οἵπερ εἰσὶν ὅροι τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας, ἕως τῶν ἐπὶ θάλατταν ἐκβολῶν τοῦ Νείλου. * Καὶ νῦν οἵ γε Αἰθίοπες τὸ πλέον νομαδικῶς ζῶσι καὶ ἀπόρως, διά τε τὴν λυπρότητα τῆς χώρας καὶ τὴν τῶν ἀέρων ἀσυμμετρίαν, καὶ τὸν ἀφ' ἡμῶν ἐκτοπισμόν· τοῖς δ' Αἰγυπτίοις ἅπαντα τἀναντία συμβέβηκε· καὶ γὰρ πολιτικῶς, καὶ
C ἡμέρως ἐξαρχῆς ζῶσι, καὶ ἐν γνωρίμοις ἵδρυνται τόποις, ὥστε καὶ αἱ διατάξεις αὐτῶν μνημονεύονται· καὶ ἐπαινοῦνταί γε, δοκοῦντες * ἀξιοχρέως χρήσασθαι τῇ τῆς χώρας εὐδαιμονίᾳ μερίσαντές τε εὖ, καὶ ἐπιμεληθέντες. Βασιλέα γὰρ ἀποδείξαντες, τριχῇ τὸ πλῆθος διεῖλον· καὶ τοὺς μὲν στρατιώτας ἐκάλεσαν, τοὺς δὲ γεωργούς, τοὺς δὲ ἱερέας· καὶ τοὺς μὲν τῶν ἱερῶν ἐπιμελητάς, τοὺς δ' ἄλλους τῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον· καὶ τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δ' ὅσα ἐν εἰρήνῃ, γῆν τε καὶ τέχνας ἐργαζομένους· ἀφ' ὧνπερ καὶ αἱ πρόσοδοι συνήγοντο τῷ βασιλεῖ. Οἱ δ' ἱερεῖς καὶ
D φιλοσοφίαν ἤσκουν, καὶ ἀστρονομίαν, ὁμιληταί τε τῶν βασιλέων ἦσαν. Ἡ δὲ χώρα [2] τὴν μὲν πρώτην διαίρεσιν εἰς νομοὺς ἔσχε, δέκα μὲν ἡ Θηβαΐς, δέκα δ' ἡ ἐν τῷ Δέλτα, ἑκκαίδεκα δ' ἡ μεταξύ· ὡς δέ τινες, τοσοῦτοι ἦσαν οἱ σύμπαντες νομοί, ὅσαι αἱ ἐν τῷ λαβυρίνθῳ αὐλαί.

* Alibi χίλιοι.

* Scripti, Καὶ μήν.

* Scripti, ἀξίως.

1. Στάδιοι τρισχίλιοι τριακόσιοι) Herodotus Lib. II. cap. 6. addit trecentos. Diodorus Lib. I. pag. 27. T. I. ed. 1604. verò ait Ægyptum habere δισχιλίων ςαδίων τὴν παραθαλάττιον πλεύραν. infra legitur inter Peluſiacum & Canobicum oſtia, quæ ſit Ægypti baſis, eſſe ſtadia CIↃ & CCC. totius autem Delta ambitum eſſe ſtad. CIↃ CIↃ CIↃ. ut difficile ſit in tanta varietate de vera lectione ubique ſtatuere. *Caſaub.*

2. Τὴν μὲν πρώτην διαίρεσιν εἰς νομὰς ἔσχε) Νομοὶ ſunt *præfecturæ*, ut vertit Plinius Hiſt. Nat. Lib. V. cap. 9. Quidam putant hanc vocem eſſe Ægyptiacam, quos falli & omnes ſciunt qui aliquid Græcè ſciunt, & Diodor. diſertè admonet (quanquam non me fugit locus Epiphanis ſuper hanc vocem diſputantis libro primo. At Græci Grammatici notant τύπον περισπατικὸν inuſitatum in hac voce: νομὸς enim propriè dicitur locus ubi ſunt αἱ νομαί.) *Idem.*

αὗται δ' ἐλάττους τῶν τριάκοντα· πάλιν δ' οἱ νομοὶ τομὰς ἄλλας ἔσχον· εἰς γὰρ τοπαρχίας οἱ πλεῖστοι διῄρηντο, καὶ αὗται δ' εἰς ἄλλας τομάς· ἐλάχισται δ' αἱ ἄρουραι μερίδες. Ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ὅρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς, καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα, καὶ τἆλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς διακρίνεται τό, τε ἀλλότριον, καὶ τὸ ἴδιον. ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν [1] γεωμετρίαν συστῆναί φασιν, ὡς τὴν λογιστικὴν, καὶ ἀριθμητικὴν παρὰ Φοινίκων, διὰ τὰς ἐμπορίας. Τριχῆ δὲ διῄρητο ὥσπερ τὸ σύμπαν, καὶ τὸ ἐν ἑκάστῳ τῷ νομῷ πλῆθος, εἰς τρία ἴσα μερισθείσης τῆς χώρας. Ἡ δὲ περὶ τὸν ποταμὸν πραγματεία διαφέρει τοσοῦτον, ὅσον τῇ ἐπιμελείᾳ νικᾶν τὴν φύσιν. Φύσει γὰρ πλείονα φέρει καρπὸν,
p. 788. καὶ ποτισθεῖσα μᾶλλον· φύσει δὲ καὶ ἡ μείζων ἀνάβασις τοῦ ποταμοῦ πλείω ποτίζει γῆν, ἀλλ' ἡ ἐπιμέλεια πολλάκις, καὶ τῆς φύσεως ἐξίσχυσεν ἐπιλειπούσης, ὥστε καὶ κατὰ τὰς ἐλάττους ἀναβάσεις τοσαύτην ποτισθῆναι γῆν, ὅσην ἐν ταῖς μείζοσι, διά τε [τὴν] τῶν διωρύγων, καὶ τῶν * παραχωσμάτων· [2] ἐπὶ γοῦν τῶν πρὸ Πετρωνίου χρόνων ἡ μεγίστη μὲν ἦν φορὰ, καὶ ἀνάβασις, [4] ἡνίκα ἐπὶ τεσσαρεσκαίδεκα πήχεις ἀνέβαινεν ὁ Νεῖλος· ἡνίκα δ' ἐπ' ὀκτὼ, συνέβαινε λιμός· ἐπ' ἐκείνου δὲ ἄρξαντος τῆς χώρας, καὶ δώδεκα μόνον πληρώσαντος πήχεις τοῦ Νείλου μέτρου, μεγίστη ἦν ἡ φορά· καὶ ὀκτώ ποτε μόνον πληρώσαντος, λιμοῦ οὐδεὶς ᾔσθετο· τοιαύτη μὲν ἡ διάταξις. Τὰ δ' ἑξῆς λέγωμεν νυνί. Ἀπὸ γὰρ τῶν Αἰθιοπικῶν τερμόνων, ῥεῖ ἐπ' εὐθείας πρὸς ἄρκτους ὁ Νεῖλος, ἕως τοῦ καλουμένου χωρίου Δέλτα· [5] εἶτ' ἐπὶ κορυφὴν σχιζόμενος ὁ Νεῖλος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ὡς ἂν τριγώνου κορυφὴν ἀποτελεῖ τὸν τόπον τοῦτον· πλευρὰς δὲ τοῦ τριγώνου τὰ σχιζόμενα ἐφ' ἑκάτερα ῥεῖθρα καθήκοντα μέχρι τῆς θαλάττης, τὸ μὲν ἐν δεξιᾷ τῆς κατὰ Πηλούσιον· τὸ δ' ἐν ἀριστερᾷ τῆς κατὰ Κάνωβον, καὶ τὸ πλησίον

* Scripti, παραχωμάτων.

labyrinthus habebat, quæ circiter triginta erant. Rursum hæ præfecturæ divisæ fuere: majore enim è parte in toparchias divisæ fuerunt: toparchiæ rursum in portiones alias, quarum minimæ arva erant. Opus autem fuit tam diligenti ac subtili locorum divisione, propter continuas finium confusiones, quas Nilus auctus efficiebat, aliis addens, aliis adimens, & immutans figuras, & signa obruens, quibus proprium discernebatur ab alieno. Itaque identidem dimetiri oportebat. Atque hinc ab Ægyptiis geometriam credunt inventam fuisse, quemadmodum ratiocinandi scientiam & arithmeticam à Phœnicibus propter mercaturas. Ut autem universa regio in tres æquas partes divisa est, ita & multitudo, quæ in quaque præfectura. Artificium autem quod Nilo adhibetur, tanti est, quanti industria naturam vincens. Nam cum regio natura multum fructum afferat, irrigata plurimum affert: Natura autem majus Nili incrementum plus terræ irrigat, sed sæpe diligentia hoc consecuta est natura destituente, ut tantum terræ minoribus Nili incrementis irrigaretur, quantum majoribus: idque fossarum & aggerum auxilio. Sane ante Petronii tempora tunc [3] maxima fertilitas erat, cum Nilus ad quartum ac decimum cubitum excrescebat: cum vero ad octavum modo adsurgeret, fames & penuria eveniebat. At vero illo regioni præfecto, cum duodecimum cubitum tantum Nilus implesset, maxima fuit frugum ubertas: & cum octavum solum aliquando attigisset, famem nemo sensit. Atque hæc quidem est Ægypti constitutio. Nunc ordine singula edisseremus. ¶ Nilus ab Aethiopiæ finibus recta fluit ad septentrionem usque ad eum locum, qui Delta appellatur, ubi tanquam à vertice quodam scissus (ut Plato inquit) figuram conficit triangulam: latera trianguli, alvei sunt duo Nili utrinque ad mare descendentis, alter ad dextram, Pelusium usque: alter ad sinistram, ad Canopum usque & proximum

1. Γεωμετρίαν συστῆναι) *Anaximandri* tribuit Cedrenus p. 130. *Chaldaeis* Cassiodor. Variar. III. Epist. 52.

2. Ἐπὶ γοῦν τῶν πρὸ Πετρωνίου χρόνων) Petronius Ælio Gallo successit, fuitque secundus præfectus Augustalis. *Casaub.* Petronius successit Cornelio Gallo, Ælius Petronio. Vide quæ notavi ad p. 1126. *Scherpez.*

3. *Maxima fertilitas*) Φθορὰ bis legebatur: bis φορὰν reposui, adstipulante etiam interprete. Locus Platonis de Δ est in Timæo. *Xyland.*

4. Ἡνίκα ἐπὶ τεσσαρεσκαίδεκα πήχεις ἀνέβαινεν ὁ Νεῖλος) Atqui justum ejus incrementum est cubitorum XVI. ait Plinius Hist. Nat. Lib. V. cap 9. cujus ascribam verba, *Justum incrementum est cubitorum XVI. Minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent, tardius recedendo. Hæ serendi tempora absumunt solo madente, illæ non dant sitiente. Utrumque reputat provincia. In XII cubitis famem sentit, in XIII etiamnum esurit: XIV cubita hilaritatem afferunt: XV securitatem: XVI delicias.* Casaub.

5. Εἶτ' ἐπὶ κορυφὴν σχιζόμενος ὁ Νεῖλος ὥς φησιν ὁ Πλάτων) In Timæo p. 21. T. II. ed. H. Stephani ubi est κατὰ κορυφὴν non ἐπὶ. & ita Heliodor. *Idem.*

1. Ἡ ἱκα-

Heraclium: baſis autem maritima eſt ora inter Peluſium atque Heraclium. Ita inſula mari duobuſque Nili alveis includitur, & Delta nominatur: propterea quod ejus figura eſt litteræ Δ ſimilis. Locus qui ad verticem eſt eodem nomine appellatur, utpote dictæ figuræ initium eſt. Itemque pagus, qui ibi eſt. Duo jam retulimus Nili oſtia, alterum Peluſiacum, alterum Canopicum & Heracleoticum. Inter hæc alia quinque oſtia ſunt: quæ quidem mentionem mereantur: multa alia tenuiora. A primis enim partes quædam abruptæ paſſim per totam ſunt inſulam, quæ multos alveos inſulaſque fecerunt, ita ut tota inſula ſit navigabilis, foſſis aliis ſuper alias actis: quæ tanta facilitate navigantur ut nonnulli teſtaceis utantur ſcaphis. Inſula ter mille fere ſtadiorum ambitu continetur. Sinus etiam intrant, & inferne objectam ipſi Delta fluvialem regionem. Nilo exundante tota undis tegitur præter habitationes: quæ aut nativis collibus aut aggeribus factitiis impoſitæ ſunt, non pagi modo, ſed urbes etiam memorabiles: quæ eminus conſpectæ inſularum ſpeciem præbent. Aqua æſtate ultra quadrageſimum diem permanet: poſtea paulatim decreſcit, quo pacto etiam crevit. Intra diem ſexageſimum campi denudantur, atque exſiccantur, & quo citius id fit, eo citius & aratur, & ſeritur, idque celerius apud eos qui majores æſtus habent. Simili modo regio ſupra Delta irrigatur, niſi quod Nilus quatuor millibus ſtadiorum unico alveo recta delabitur, tametſi interdum inſulæ intercipiant: quarum præcipua eſt, quæ Heracleoticam præfecturam comprehendit: aut ſicubi foſſa ampliore divertatur in magnum aliquem lacum, vel regionem, quam irrigare poſſit, cujus generis eſt rivus, qui Arſinoëticam præfecturam includit, & Mœridis lacum & quos Mareotis refuſos excipit. Denique, ut verbo dicam, fluvio irrigua eſt ſola ea pars Ægypti, quæ jacet ad utramque Nili ripam, & raro uſquam CCC ſtadiorum continuam latitudinem habitabilem obtinet. Orditur ab Æthiopiæ montibus, & in ipſius Delta verticem deſinit.

A Ἡράκλειον προσαγορευόμενον· βάσιν δὲ τὴν παραλίαν τὴν μεταξὺ τοῦ Πηλουσίου, καὶ τοῦ Ἡρακλείου. Γέγονε δὲ ἡ νῆσος ἔκ τε τῆς θαλάττης, καὶ τῶν ῥευμάτων ἀμφοῖν τοῦ ποταμοῦ· καὶ καλεῖται Δέλτα, διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος· τὸ δ᾽ ἐπὶ τῇ κορυφῇ χωρίον ὁμωνύμως κέκληται διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι τοῦ λεχθέντος σχήματος· καὶ ἡ κώμη δὲ ἡ ἐπ᾽ αὐτῷ καλεῖται Δέλτα. Δύο μὲν οὖν ταῦτα τοῦ Νείλου στόματα, ὧν τὸ μὲν Πηλουσιακὸν καλεῖται, τὸ δὲ Κανωβικὸν, καὶ Ἡρακλεωτικόν· μεταξὺ δὲ τούτων ἄλλαι πέντε εἰσὶν ἐκβολαὶ αἵ γε ἀξιόλογοι, λεπτότεραι δὲ πλείους· ἀπὸ γὰρ τῶν πρώτων μερῶν,

B ἀπόρρωγες πολλαὶ καθ᾽ ὅλην μερισθεῖσαι τὴν νῆσον, πολλὰ καὶ ῥεῖθρα, καὶ νήσους ἐποίησαν, ὥσθ᾽ ὅλην γενέσθαι πλωτὴν διωρύγων ἐπὶ διώρυξι τμηθεισῶν, αἳ κατὰ ῥᾳστώνην πλέονται τοσαύτην, ὥστε καὶ ὀστράκινα ἐνίοις πορθμεῖα· τὴν μὲν οὖν περίμετρον ὅσον τρισχιλίων σταδίων ἐστὶν ἡ σύμπασα νῆσος· * κολποῦσι δ᾽ αὐτὴν, καὶ τὴν κάτω χώραν σὺν ταῖς ἀπαντικρὺ ποταμίαις τοῦ Δέλτα· ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι τοῦ Νείλου, καλύπτεται πᾶσα, καὶ πελαγίζει, πλὴν τῶν οἰκήσεων· αὗται δ᾽ ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν, ἢ χωμάτων ἵδρυνται, πόλεις τε ἀξιόλογοι καὶ κῶμαι, νησίζουσαι κατὰ τὴν πόρρωθεν ὄψιν.

* Vetus interpres legiſſe videtur, οἰκοῦσι vel κατοικοῦσι.

C Πλείους δ᾽ ἢ τετταράκοντα ἡμέρας τοῦ θέρους διαμεῖναν τὸ ὕδωρ, ἔπειθ᾽ ὑπόβασιν λαμβάνει κατ᾽ ὀλίγον, καθάπερ καὶ τὴν αὔξησιν ἔσχεν· ἐν ἑξήκοντα δὲ ἡμέραις τελέως γυμνοῦται, καὶ ἀναψύχεται τὸ πεδίον· ὅσῳ δὲ θᾶττον ἡ ἀνάψυξις, τοσῷδε θᾶττον ὁ ἀροτὸς, καὶ ὁ σπόρος· θᾶττον δὲ, παρ᾽ οἷς τὰ μείζω θάλπη. Τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὰ ἐπάνω τοῦ Δέλτα ποτίζεται, πλὴν ὅτι ἐπ᾽ εὐθείας ὅσον * τετρακισχιλίοις σταδίοις, δι᾽ ἑνὸς ῥείθρου τοῦ ποταμοῦ φερομένου, πλὴν εἰ μή που τις ἐντρέχοι νῆσος, ὧν ἀξιολογωτάτη ἡ τὸν Ἡρακλεωτικὸν νόμον περιέχουσα· ἢ εἴ που τις ἐκτροπὴ διώρυγι ἐπιπλέον p. 789.

* Scripti, πεντακισχ.

D εἰς λίμνην μεγάλην καὶ χώραν, ἣν ποτίζειν δύναται, καθάπερ ἐπὶ τῆς τὸν Ἀρσινοΐτην νομὸν ποιούσης, καὶ τὴν Μοίριδος λίμνην, καὶ τῶν εἰς τὴν Μαρεῶτιν ἀναχεομένων. Συλλήβδην δ᾽ εἰπεῖν, ἡ ποταμία μόνον ἐστὶν Αἴγυπτος [1] ἡ ἑκατέρωθεν ἐσχάτη τοῦ Νείλου, σπάνιον εἴ που τριακοσίων σταδίων ἐπέχουσα συνεχῶς πλάτος τὸ οἰκήσιμον, ἀρξαμένη ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῆς Αἰθιοπίας, μέχρι τῆς κορυφῆς τοῦ Δέλτα.

1. Ἡ ἑκατέρωθεν ἐσχάτη τοῦ Νείλου) Ἐσχάτη hoc eſt ἐχομένη, *quæ utrinque Nilo eſt contigua.* Sed vocem ἔσχατος quis ita accepit? non tamen ignoro aliquoties eam legi in hoc ſcriptore, ubi ſic videtur poſſe accipi. Verum illos locos eſſe corruptos ex antiquis exemplaribus docuimus. (Hìc autem legendum putamus ἡ ἑκατέρωθεν ἐσχατιὰ τοῦ Νείλου. hoc eſt, τὸ ἑκατέρωθεν συνάπτον τῷ N. ut explicatur ab Heſychio vox ἐσχατιά. *Caſaub.*

[2] Ἔοικεν οὖν κυρίᾳ ψυχομένῃ ἐπὶ μῆκος, ὑπεξαιρουμένων τῶν ἐπιπλέον ἐκτροπῶν. Ποιεῖ δὲ τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς ποταμίας ἧς * λέγω, καὶ τῆς χώρας, τὰ ὄρη τὰ ἑκατέρωθεν * ἀπὸ τοῦ περὶ Συήνην τόπου καταγόμενα, μέχρι τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους· ἐφ᾽ ὅσον γὰρ ταῦτα παρατείνει, καὶ διέστηκεν ἀπ᾽ ἀλλήλων, ἐπὶ τοσοῦτον καὶ ὁ ποταμὸς συνάγεταί τε καὶ διαχεῖται, καὶ διασχηματίζει τὴν χώραν διαφόρως τὴν οἰκήσιμον. Ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν ὀρῶν ἐπὶ συχνὸν ἀοίκητός ἐστιν. [3] Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι στοχασμῷ τὸ πλέον, οἱ δ᾽ ὕστερον αὐτόπται γενηθέντες, ᾔσθοντο ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσι· παυσαμένων δὲ τῶν ὄμβρων παυομένην κατ᾽ ὀλίγον τὴν πλημμυρίδα· τοῦτο δ᾽ ὑπῆρξε μάλιστα δῆλον τοῖς πλέουσι τὸν Ἀράβιον κόλπον μέχρι τῆς κινναμωμοφόρου, καὶ τοῖς ἐκπεμπομένοις ἐπὶ τὴν τῶν ἐλεφάντων θήραν, καὶ εἴ τινες ἄλλαι χρεῖαι παρώξυνον ἐκεῖσε ἄνδρας προχειρίζεσθαι τοὺς τῆς Αἰγύπτου βασιλέας τοὺς Πτολεμαϊκούς. Οὗτοι γὰρ ἐφρόντισαν τῶν τοιούτων· [4] διαφερόντως δ᾽ ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, φιλιστορῶν, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος, διαγωγάς ἀεί τινας καὶ τέρψεις ζητῶν καινοτέρας. Οἱ πάλαι δὲ βασιλεῖς οὐ πάνυ ἐφρόντισαν τῶν τοιούτων· καίπερ οἰκεῖοι σοφίας γεγονότες καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ ἱερεῖς, μεθ᾽ ὧν ἦν αὐτοῖς ὁ πλείων βίος· ὥστε καὶ θαυμάζειν ἄξιον, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διότι Σέσωστρις τὴν Αἰθιοπίαν ἐπῆλθεν ἅπασαν μέχρι τῆς κινναμωμοφόρου, καὶ ὑπομνήματα τὰ τῆς στρατείας αὐτοῦ, καὶ νῦν ἔτι * δείκνυνται στῆλαι καὶ ἐπιγραφαί. Καμβύσης τε τὴν Αἴγυπτον κατασχὼν, προῆλθε καὶ μέχρι τῆς Μερόης μετὰ τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δὴ καὶ τοὔνομα τῇ τε νήσῳ,

* Scripti, λέγομεν.
* Scripti, ἀπὸ τῶν κατὰ Συήνην τόπων.
p. 790.
* Malim. δείκνυται mutata distinctione.

A Itaque [1] similis est fasciæ in longum explicatæ: si excipias diverticula fluvii, quæ sunt compluria. Figuram vero fluvialis regionis, & terræ, quam dico, montes efficiunt, à locis Syenæ proximis deducti ex utraque parte usque ad Aegyptium pelagus: qui quantum extenduntur ii, & inter se distant, tantum flumen diffunditur & contrahitur, & regionem habitabilem diverso modo figurat. Quod supra montes est regionis, non habitatur magna ex parte. Enimvero antiqui conjectura, recentiores etiam visu ipso cognoverunt, Nilum augeri quando superne adsita Æthiopia imbribus æstivis polluitur: maxime B in extremis montibus. Imbribus autem finientibus, paulatim inundationem desinere. Quam rem ii potissimum deprehenderunt, qui in Arabicum sinum navigarunt usque ad cinnamomiferam regionem & ii qui ad elephantorum venationem missi fuerunt, aut si qui alii usus Ptolemæos Ægypti reges impulerunt, ut homines aliquos eo amandarent. Nam hi talia curabant: is præcipue qui cognomento fuit Philadelphus, cognitionis rerum apprime studiosus: cum propter corporis imbecillitatem semper novæ alicujus oblectationis materiam expeteret. C Antiqui autem reges perexiguam harum rerum curam habuerunt: tametsi cum ipsi sapientiæ studio dediti essent, tum sacerdotes, cum quibus plurimum vivebant. Idque eo magis est admiratione dignum, quod Sesostris totam Æthiopiam permeavit, usque ad Cinnamomiferam regionem, & adhuc quædam ejus monumenta extant, & columnæ & inscriptiones. Cambyses quoque Aegypto potitus, cum Aegyptiis usque ad Meroën progressus est,

1. *Similis est fasciæ*) Græca reliqui ut inveneram, haud dubiè vitiata. quid enim est, quæso, κυρίᾳ ψυχομένῃ; Interpres χειρὶ videtur legisse. ego κειρίᾳ proprius abesse, à vestigiis receptæ lectionis sensi. & pro ψυχομένῃ quid legerim, cum versio nostra ostendit, tum tabulæ geographicæ & res ipsa docent. *Xyland.*

2. Ἔοικεν οὖν κυρίᾳ ψυχομένῃ ἐπὶ μῆκος) Prior interpres legisse videtur χειρί: nec videtur ineptum dictu, Ægyptum similem esse manui expansæ: nam ostia τῶν Delta referunt quodammodo manus digitos, ut Nilus supra Delta brachium: non puto tamen veram esse hanc lectionem; nam quid esset χειρ ψυχομένη? Xylander legit κειρίᾳ τεταμένῃ, sententia non mala. sed à veteri lectione recedens mirum quantum. *Casaub.*

3. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι στοχασμῷ τὸ πλέον) Primus videtur Agatharchides Gnidius hanc causam Nili ἀναβάσεως commentus. Diodorus Siculus Lib. I. p. 39. T. I. Ἔγγιστα δὲ τῇ ἀληθείᾳ προσελήλυθεν Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος· φησὶ γὰρ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὄρεσι γίνεσθαι συνεχεῖς ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς μετοπωρινῆς ἰσημερίας· D εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, τὴν κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν πηγῶν, κατὰ δὲ τὸ θέρος, διὰ τοὺς ἐκχεομένους ὄμβρους τὴν λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. Sanè constat, sub æquinoctiali, & ubicumque etiam intra tropicos Sol sit perpendicularis, tantos imbres solitos contingere, ut hoc sit illis loco hyemis, & molestissimæ quidem: cum omnia veluti diluvio quodam natent. Hanc tamen esse causam cur Nilus intumescat nescio an concedere debeamus. Cur enim Nilo proprium esset hoc πάθος? Itaque doctis nostræ ætatis viris placet, à subterraneis potius causis Nilum intumescere: idque eo argumento maximè probatur, quod & in Delo fons est Inopus nomine, qui Nilo ὁμοιοπαθεῖ, ideoque Nili ἀπόρρωξ à quibusdam dictus. Atqui dici non potest ullos imbres, qui tunc nulli sunt, aut non certè magni in Delo, in causa esse cur infletur Inopus. *Casaub.*

4. Διαφερόντως δ᾽ ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς) Ptolemæus secundus. Vide Plin. & Diodor. *Idem.*

1. *A Thra-*

& nomen urbi insulæque ab illo factum ajunt, Meroë sive sorore, sive uxore ejus (nam & hoc traditur) ibi mortua, utique honorandæ causa Fœminæ loco id nominis imposuit. Mirum itaque est, cur tantis oblatis investigandi occasionibus, non prorsus innotuerit imbrium historia ejus ætatis hominibus: præsertim cum sacerdotes curiosius in sacros libros referrent & confirmarent quæ subtilioris aliquid haberent cognitionis. Etenim, si dignum disquisitione visum fuit, quod adhuc quæri solet: cur æstate, & non hyeme partibus australissimis imbres cadant: In Thebaide vero & circa Syenen non item: cur non de hoc etiam disputaretur, quomodo ex imbribus Nilus augeatur? ne talibus testibus uti cogeremur, quales producit Posidonius. Ait enim Eratosthenem tradere, æstivos imbres causam esse. Idque hunc ab Aristotele sumsisse, Aristotelem vero ¹ à Thrasyalce. Thrasyalcem autem ab alio, atque illum ab Homero, qui Nilum cœlitus delapsum auctor sit.

Rursus Ægypti cælo delapsa fluenta.

Verum isthæc mitto, cum à multis sint tractata: de quibus satis sit duos afferre, qui ætate nostra de Nilo scripserunt, Eudorum & Aristonem peripateticos. Hi demto saltem ordine, cætera omnia & stylo & argumentis iisdem fere uterque posuerunt. Itaque libros inter se collaturus, cum exemplarium copia nulla fieret, alterum cum altero comparavi: uter autem alterius compilaverit scriptum, fortasse Ammonis oraculo doceri aliquis possit. Eudorus quidem Aristonem eo nomine incusat: sed profecto ipsum dicendi genus magis est Aristoneum. Cæterum prisci id solum Aegyptum vocavere, quod habitatur, & à Nilo irrigatur, à locis Syenæ proximis incipientes usque ad mare: recentiores vero ad hoc usque tempus, omnes fere orientales partes assumserunt, quæ inter Arabicum sinum sunt, atque Nilum (Aethiopes porro Rubro mari non adeo utuntur.)

A καὶ τῇ πόλει τοῦτο παρ' ἐκείνου τεθῆναι φασίν, ἐκεῖ τῆς Ἀδελφῆς ἀποθανούσης αὐτοῦ Μερόης· οἱ δὲ γυναῖκα φασί· τὴν ἐπωνυμίαν οὖν ἐχαρίσατο αὐτῇ τιμῶν τὴν ἄνθρωπον. Θαυμαστὸν οὖν πῶς ἐκ τῶν τοιούτων ἀφορμῶν οὐ τελέως ἐναργὴς ἦν ἡ περὶ ὄμβρων ἱστορία τοῖς τότε· καὶ ταῦτα τῶν ἱερέων φιλοπραγμονέστερον ἀναφερόντων εἰς τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ * ἀποτιθεμένων ὅσα μάθησιν περιττὴν ἐπιφαίνει· εἰ γὰρ ἄρα τοῦτ' ἐχρῆν ζητεῖν ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ζητεῖται, τί δή ποτε θέρους, χειμῶνος δὲ οὔ; καὶ ἐν τοῖς νοτιωτάτοις, ἐν δὲ τῇ Θηβαΐδι, καὶ τῇ περὶ Συήνην οὐ συμπίπτουσιν
B ὄμβροι, τὸ δ' ὅτι ἐξ ὄμβρων αἱ ἀναβάσεις, μὴ ζητεῖν, μηδὲ τοιούτων δεῖσθαι μαρτύρων, οἵους Ποσειδώνιος εἴρηκε. Φησὶ γὰρ Καλλισθένη λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα· ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου· (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος·) ἐκεῖνον δὲ παρ' ἄλλου· τὸν δὲ, παρ' Ὁμήρου διϊπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον.

Ἂψ δ' εἰς Αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο. Odyss. Δ 581.

Ἀλλ' ἐῶ ταῦτα πολλῶν εἰρηκότων, ὧν ἀρκέσει δύο μηνῦσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ περὶ τοῦ Νείλου βιβλίον Εὔδωρόν τε καὶ Ἀρί-
C στωνα * τὸν ἐκ τῶν περιπάτων· πλὴν γὰρ τῆς τάξεως τά τε ἄλλα καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ ἐπιχειρήσει ταὐτά ἐστι κείμενα παρ' ἀμφοτέροις· ² ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολὴν, ἐκ θατέρου θάτερον ἀντέβαλον· πότερος δ' ἦν ὁ τἀλλότρια ὑποβαλλόμενος, ἐκ Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν. Εὔδωρος δ' ᾐτιᾶτο τὸν Ἀρίστωνα· ἡ μέντοι φράσις Ἀριστώνειος μᾶλλον * ἐστίν. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τὸ οἰκούμενον αὐτὸ καὶ ποτιζόμενον ὑπὸ τοῦ Νείλου μόνον Αἴγυπτον ἐκάλουν, ἀπὸ τῶν περὶ Συήνην τόπων ἀρξάμενοι μέχρι τῆς θαλάττης·
D οἱ δ' ὕστερον μέχρι νῦν προσέλαβον ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἕω μερῶν, μεταξὺ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ τοῦ Νείλου σχεδόν τι πάντα· οἱ δ' Αἰθίοπες οὐ πάνυ χρῶνται τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ·

* Vulgò, ἀποτεινομένων.

* Aldi cod. τῶν, & in vet. lib. τῶν περιπατητικῶν.

* Scripti, ἦν.

1. *A Thrasyalce.*) Lege & supple ex Hopperi versione, *à Thrasyalco Thasio, qui unus fuit ex antiquis Physicis.*

2. Ἐγὼ γοῦν ἀπορούμενος ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολὴν) Sensus hujus loci est, Strabonem cum incidisset in codices horum scriptorum Eudori & Aristonis, minus emendatos, velletque eos collatione aliorum exemplarium emendare, iis destitutum, ex ipsorum inter se collatione utrumque codicem emendasse: quod facere non potuisset, nisi ut initio dixit iisdem verbis Eudori & Aristonis opera fuissent contexta: unde apparet alterum necessario plagiarium & furem fuisse, uter utro autem prior scripsisset, difficilis inquit quæstio hæc est Strabonis sententia. Mihi idem omnino contigit aliquando. Nam quum emissem à Græculo quodam Johannis Curopalatæ historiam, reperi postea paucis exceptis, iisdem verbis eam esse conscriptam, quibus est Cedreni historia, sive ille à Cedreno acceperit sive contra. Ac quum me ab illo Græculo deceptum, qui magna me pecunia emunxerat, inique ferrem, hoc me tamen recreabat, quod ex utriusque collatione multa posse in utroque emendari videbam. Cedrenum enim ita esse editum sciebam, ut multa passim in ejus scriptis turpissima relicta sint menda. Sed utinam omnes mendæ, quæ meliores Cedreno auctores obsident, in Cedrenum & ejus farinæ scriptores possent transferri. *Casaub.*

p. 791. ἐκ δὲ τῶν ἑσπερίων [1] τὰ μέχρι τῶν Ἀνάσεων, καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος μέχρι Καταβαθμοῦ καὶ τῆς Κυρηναίων ἐπικρατείας. Οἵ τε γὰρ ἀπὸ τοῦ Πτολεμαίου βασιλεῖς ἴσχυσαν ἐπὶ τοσοῦτον, οἵ γε καὶ τὴν Κυρηναίαν αὐτὴν κατέσχον, καὶ διενείμαντο πρὸς τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Κύπρον. Ῥωμαῖοί τε οἱ διαδεξάμενοι τὴν ἐκείνων ἐπαρχίαν, κρίναντες τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς αὐτοῖς ὅροις διεφύλαξαν. [2] Ἀνάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας, περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίας· πολὺ δὲ τοῦτ' ἐστὶ κατὰ τὴν Λιβύην· τρεῖς δ' εἰσὶν αἱ πρόσχωροι τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐπ' αὐτῇ τεταγμέναι. Τὰ μὲν οὖν καθόλου καὶ ἀνωτάτω περὶ τῆς Αἰγύπτου, ταῦτα λέγομεν· τὰ καθέκαστα δὲ, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτῆς, νῦν διέξιμεν. Ἐπεὶ δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ἔργου τούτου καὶ τὸ κυριώτατον ἡ Ἀλεξάνδρειά ἐστι καὶ τὰ περὶ αὐτὴν, ἐντεῦθεν ἀρκτέον. Ἔστι τοίνυν ἡ ἀπὸ Πηλουσίου παραλία πρὸς τὴν ἑσπέραν πλέουσι, μέχρι μὲν τοῦ Κανωβικοῦ στόματος, [3] χιλίων που καὶ τριακοσίων σταδίων, ὃ δὴ καὶ βάσιν τοῦ Δέλτα ἔφαμεν· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Φάρον τὴν νῆσον ἄλλοι στάδιοι πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. Ἡ δὲ Φάρος νησίον ἐστὶ παράμηκες [4] πρὸς ἔσχατον τῇ ἠπείρῳ, [5] λιμένα πρὸς αὐτὴν ποιοῦν ἀμφίστομον. Ἠϊὼν γάρ ἐστι κολπώδης, ἄκρας εἰς τὸ πέλαγος προβεβλημένη δύο· τούτων δὲ μεταξὺ ἡ νῆσος ἵδρυται κλείουσα τὸν κόλπον, παραβέβληται γὰρ * αὐτὸν κατὰ μῆκος· τῶν δ' ἄκρων τῆς Φάρου τὸ μὲν οὖν ἑῷον μᾶλλον ἐστὶ προσεχὲς τῇ ἠπείρῳ, καὶ τῇ κατ' αὐτὴν ἄκρᾳ· [6] καλεῖται δ' Ἀκρολοχιάς, [7] καὶ ποιεῖ τὸν λιμένα ἀρτίστομον· πρὸς δὲ τῇ στενότητι

* Malim αὐτῷ.

A Ab occidente vero loca uſque ad Anaſes quæ vocantur & in ora maritima ab oſtio Canopico, uſque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur, & Cirenæorum ditionem. Nam Ptolemaici reges eo uſque dominationem protulerunt ſuam: ut & Cirenaicam ſub ſe haberent, & eam ab Aegypto Cyroque ſepararent. Romani, qui poſtea ſucceſſerunt, provinciam Aegyptum prioribus finibus incluſerunt. Aegyptii regiones vocant habitatas & maximis deſertis circumdatas, quaſi quaſdam pelagi inſulas, quales ſunt multæ ad Africam. Harum tres ſunt Aegypto finitimæ, & ei ſubditæ. Diximus de Aegypto generalia, & è B ſuperioribus repetita temporibus ſingula, & quid quæque habeant præclari, deinceps enarrabimus. ¶ Initium autem ab Alexandrea faciemus & locis ei vicinis: cum hujus tractationis præcipuam partem ea occupent. Ergo maritima ora à Peluſio uſque ad Canopicum oſtium, ad occidentem naviganti eſt CIↃ fere & CCC ſtadiorum, quod & baſim ipſius Delta dicimus. Hinc ad Pharum inſulam centum & quinquaginta. Pharus inſula quædam eſt oblonga, quæ continenti adjacet, ancipitem ad eam portum faC ciens. Eſt enim litus ſinuoſum, quod duo promontoria in mare emittit, inter quæ inſula jacet portum claudens, cui per longum objicitur: de Phari promontoriis orientale magis continentem, & oppoſitum ſibi promontorium attingit, & Acrolochias vocatur: quod portum efficit ore arcto. Accedit ad anguſtias portus,

1. Τὰ μέχρι τῶν ἀνάσεων) Manuſcripti Ἀναβάσεων. corrupte omnino: Vetus interpres Ἀβάσεων pro Ἀνάσεων, vide mox. *Caſaub.*

2. Ἀνάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι) Idem & L. II. p. 193. Prior interpres ſemper legit Ἀβάσεις. Steph. per υ Αὐάσεις. Sic ille, Αὔασις, πόλις Αἰγύπτου· ταύτην δὲ καὶ Ὄασιν καλοῦσιν, ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ· κατάστικτος γάρ ἐστιν ἀνύδρῳ γῇ καὶ ἐρήμῳ τὰς οἰκήσεις D ἔχουσα. τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι. Oaſin & Auaſin implicat, ut vides, Stephanus. Plinius Auaſes commemorat quod ſciam nuſquam: ſed nomos duos Oaſitas ibi collocat. (Teſtantur autem Juriſconſulti ſolitum in Ægypto nocentes, qui jure Romano eſſent in inſulam relegandi, in Ouaſin relegari, vide leg. VII. D. De interdictis & relegatis §. 5.) *Idem.*

2. Ἀνάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οὐκουμένας χώρας) Perperam apud Strabonem legitur Ἀνάσεις pro Ἀυάσεις. In Oaſim relegatum fuiſſe juvenalem à Domitiano, quod eum vocaverit *Calvum Neronem*, annotat ejus vetus Scholiaſta, perperam ad Ulpian. leg. 7. de interdictis legitur in *Maſim* relegare pro in *Oaſim* relegare. Hebraicè etiam חוה ציה *havah tſijah* ſignificat *vicum deſertum* ab חוה, quod Num. cap. 32. ℣ſ. 41. Deuter. cap. 3. ℣ſ. 14. ſignificat *villam*. ציה *Tſijah* vero Jeſ. c. 41. ℣ſ. 18. ſonat deſertum, ſeu locum aridum & ſiccum. Pinedo in Steph. p. 138.

3. Χιλίων που καὶ τριακοσίων σταδίων) Vide ſupra initio libri. *Caſaub.*

4. Πρὸς ἔσχατον ἠπείρῳ) Lego προσεχέστατον τῇ ἠπείρῳ. quomodo aliquot jam locos emendavimus ſimiliter affectos, ut ſub finem lib. XV, & alibi. Euſtathius tamen hunc locum proferens habet & ipſe πρὸς ἔσχατα τῇ ἠπείρῳ: quod tamen me non movet. miror magis Euſtathium ſi ita ſcripſit mendam non animadvertiſſe. (Quid quod apud Dionyſium Halic. ſimilis menda aliquot locis occurrit?) *Idem.*

5. Λιμένα πρὸς αὐτὴν ποιοῦν ἀμφίστομον) Virgilius eadem de re, Æn. I. ℣ſ. 164.

—— *inſula portum*
Efficit objectu laterum.

& Cæſar libro tertio Belli civilis c. 112. *Hæc inſula objecta Alexandriæ portum efficit.*

6. Καλεῖται δ' Ἀκρολοχιάς) Vel Λοχίας ἄκρα, ut infra. *Idem.*

7. Καὶ ποιεῖ τὸν λιμένα ἀρτίστομον) Vetus interpres, *ore optimo.* utitur & libro quinto. Xylander vertit *ore arcto*, facete. In veteribus codicibus eſt ἀμφίστομον, ut paullo ante, quod non probo. *Idem.*

1. Τούτου

quod in intermedio freto petræ sunt, partim aquis opertæ, partim eminentes, continue occurrentem ex pelago fluctum exasperantes. Ipsum adeo insulæ promontorium est petra quædam mari circumdata, turrim habens ex albo lapide mirifice structam multis fastigiis, eodem, quo insula nomine. Eam Sostratus Cnidius regum amicus posuit ob navigantium salutem, quod hac descriptione notatur. SOSTRATUS CNIDIUS DEXIPHANIS F. DIIS SERVATORIBUS, PRO NAVIGANTIBUS. Nam cum ora ex utraque parte importuosa, & humilis esset, cautesque ac [3] brevia haberet, signo aliquo opus fuit, alto & claro, quo usi navigantes ex alto portus ingressum contingere possent. Occiduum etiam ostium quanquam non tutum ingressum habet, non tamen tanta indiget providentia: sed hoc alium portum efficit, qui Eunosti dicitur, atque hic ante exfossum & clausum portum jacet: qui enim ex dicta Phari turri ingressum habet, is maximus portus est. Hi vero continui in secessu illo, qui septem stadium appellatur, aggere ab eo diremti adjacent. Agger autem est pons quidam à continenti in insulam ad occidentalem ejus partem porrectus, duos tantum aditus navigabiles relinquens in Eunosti portum, ipsos quoque ponte junctos: quod opus non modo pons erat in insulam, sed etiam aquæ ductus, cum illa habitaretur. Nostra ætate Divus Cæsar eam in Alexandrino bello (in quo pro regibus contra ipsum steterat) evastavit, pauci tamen nautæ juxta turrim habitant. Maximus quidem portus præterquam quod & natura & aggere bene clauditur, profundus est adeo proxime ipsum litus, ut maxima etiam navis [5] ad ipsos gradus ejus applicari tuto possit:

A τοῦ μεταξὺ πόρου καὶ πέτραι εἰσὶν, αἱ μὲν ὕφαλοι, αἱ δὲ καὶ ἐξέχουσαι, τραχύνουσαι πᾶσαν ὥραν τὸ προσπίπτον ἐκ τοῦ πελάγους κλυδώνιον. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς νησίδος ἄκρον πέτρα * πολύκλυστος, ἔχουσα πύργον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον λευκοῦ λίθου πολυώροφον, ὁμώνυμον τῇ νήσῳ· [1] τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τῶν βασιλέων, τῆς τῶν πλωϊζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή. [2] Ἐπίγραμμα. ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ, ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. ἀλιμένου γὰρ οὔσης
B καὶ ταπεινῆς τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἐχούσης δὲ καὶ χοιράδας καὶ βράχη τινά, ἔδει σημείου τινὸς ὑψηλοῦ καὶ λαμπροῦ τοῖς ἀπὸ τοῦ πελάγους προσπλέουσιν, ὥστ' εὐστοχεῖν τῆς εἰσβολῆς τοῦ λιμένος. Καὶ τὸ ἑσπέριον δὲ στόμα οὐκ εὐ- p. 792.
είσβολόν ἐστιν· οὐ μὴν τοσαύτης γε δεῖται προνοίας· ποιεῖ δὲ καὶ τοῦτο ἄλλον λιμένα τὸν τοῦ Εὐνόστου καλούμενον· πρόκειται δ' οὗτος τοῦ ὀρυκτοῦ καὶ κλειστοῦ λιμένος· ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ λεχθέντος πύργου τοῦ Φάρου τὸν εἴσπλουν ἔχων, ὁ μέγας ἐστὶ λιμήν· οὗτοι δὲ συνεχεῖς ἐν βάθει * ἐκείνῳ [4] τῷ ἑπτασταδίῳ καλουμένῳ χώματι διειργόμενοι ἀπ' αὐτοῦ, παράκεινται·
C τὸ δὲ χῶμά ἐστιν ἀπὸ τῆς ἠπείρου γέφυρα ἐπὶ τὴν νῆσον κατὰ τὸ ἑσπέριον αὐτῆς μέρος ἐκτεταμένη, δύο διάπλους * διαλείπουσα μόνον εἰς τὸν Εὐνόστου λιμένα, καὶ αὐτοὺς γεγεφυρωμένους· ἦν δ' οὐ γέφυρα μόνον ἐπὶ τὴν νῆσον τὸ ἔργον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὑδραγώγιον ὅτε γε ᾠκεῖτο· νῦν δ' ἠρήμωσεν αὐτὴν ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τῷ πρὸς Ἀλεξανδρείας πολέμῳ, τεταγμένην μετὰ τῶν βασιλέων· ὀλίγοι δ' οἰκοῦσι πρὸς τῷ πύργῳ ναυτικοὶ ἄνδρες. Ὁ γοῦν μέγας λιμὴν πρὸς τῷ κεκλεῖσθαι καλῶς τῷ τε χώματι, καὶ τῇ φύσει, ἀγχιβαθής τέ ἐστιν, ὥστε τὴν μεγίστην ναῦν ἐπὶ * κλίμακος ὁρμεῖν·

* Scripti, περίκλυστος.

* Scripti, ἐκεῖ.

* Scripri, ἀπολείπουσα.

* Scripti, κλίματος. non rectè.

1. Τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τῶν βασιλέων) Plinius lib. XXXVI. c. 12. *Magnificatur & alia turris, à rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse DCCC talentis tradunt: magno animo ne quid omittamus Ptolomæi regis, quod in ea permiserit Sostrati Gnidii architecti structuræ ipsius nomen inscribi.* Lucianus in libello de rectè conscribenda historia, non permissu regis, ut ait Plinius, sed eleganti Sostrati fraude, factum tradit ut ipsius nomen fuerit insculptum: eum vide. Ammianus L. XXII. 16. de Pharo loquens, ab aliis dissentit. *Cas.* Vide Isaaci Vossii notas ad Pompon. Melam L. II. 7.

2. Ἐπίγραμμα. Σω.) Nescio an vox ἐπίγραμμα sit Strabonis, potest enim abesse. Eadem inscriptio est apud Lucianum. *Idem.* Etiam apud ejus veterem interpretem ad Icaromenippum pag. 22.

3. *Brevia*) Βράχη. qua de voce alias dixi. nam βράγχη neque Græcum est, neque si fingas aliqua
D ratione, huc potest quadrare; itaque interpretem huic annotationi facile prætuli. *Xyland.*

4. Τῷ ἑπτασταδίῳ καλουμένῳ χώματι) Cur Heptastadium noluit dicere interpres ut Ammianus Lib. XXII. c. 16. quem vide. *Casaub.*

5. *Ad ipsos gradus*) Ἐπὶ κλίμακος. Interpres κλήματος legit, & sarmento maximas teneri naves in portu dixit. Sane mihi non contigit videre navim, portum, mare: itaque an sarmentis naves alligarentur necne, viderint alii. Sed ἀγχιβαθὲς scio dici id, quod statim à ripa aut litore est profundum. legi etiam & audivi in portibus scalas seu gradus fieri, per quas è navibus adscendatur, & è litore descendatur. Ergo sub ipsum portum, profundum mare ita erat, ut is obstaret fundus, quin magna navis eo posset appelli. Infra fit bubulcorum mentio, sed & hos prædonum fuisse germanos, alibi additur. *Xyland.*

1. Δια-

καὶ εἰς πλείους δὲ σχίζεται λιμένας· Οἱ μὲν A οὖν πρότεροι τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖς ἀγαπῶντες οἷς εἶχον, καὶ οὐ πάνυ ἐπεισάκτων δεόμενοι, [1] διαβεβλημένοι πρὸς ἅπαντας τοὺς πλέοντας, καὶ μάλιστα τοὺς Ἕλληνας (πορθηταὶ γὰρ ἦσαν καὶ ἐπιθυμηταὶ τῆς ἀλλοτρίας κατὰ σπάνιν γῆς) ἐπέστησαν φυλακὴν τῷ τόπῳ τούτῳ, κελεύσαντες ἀπείργειν τοὺς προσιόντας· κατοικίαν δ᾽ αὐτοῖς ἔδοσαν [2] τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεώς ἐστι μέρος τὸ ὑπερκείμενον τῶν νεωρίων· τότε δὲ κώμη ὑπῆρχε. Τὰ δὲ κύκλῳ τῆς κώμης [3] Βουκόλοις παρέδοσαν, δυναμένοις καὶ αὐτοῖς κωλύειν τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας. B Ἐπελθὼν δὲ Ἀλέξανδρος, καὶ ἰδὼν τὴν εὐκαιρίαν, ἔγνω τειχίζειν ἐπὶ τῷ λιμένι τὴν πόλιν· τῆς δ᾽ ὕστερον ἐπηκολουθηκυίας εὐδαιμονίας τῇ πόλει, [4] μνημονεύουσί τι σημεῖον κατὰ τὴν ὑπογραφὴν τοῦ κτίσματος συμβάν· τῶν γὰρ ἀρχιτεκτόνων τῇ λευκῇ διασημαινομένων τὴν τοῦ περιβόλου γραμμὴν, ἐπιλειπούσης τῆς γῆς, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπιόντος, οἱ διοικηταὶ τῶν ἀλφίτων μέρος τῶν παρεσκευασμένων τοῖς ἐργάταις παρέσχον, δι᾽ ὧν καὶ αἱ ὁδοὶ κατετμήθησαν εἰς πλείους· * τοῦτ᾽ οὖν οἰωνίσθαι λέγονται πρὸς ἀγαθοῦ γεγονός. Ἡ δ᾽ εὐκαιρία πολύτροπος· C [5] ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τὸ δ᾽ ἀπὸ μεσημβρίας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται· πληροῖ δὲ ταύτην πολλαῖς διώρυξιν ὁ Νεῖλος, ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πλαγίων, δι᾽ ὧν καὶ τὰ εἰσκομιζόμενα πολλῷ πλείω τῶν ἀπὸ θαλάττης ἐστίν· ὥσθ᾽ ὁ λιμὴν ὁ λιμναῖος ὑπῆρχε πλουσιώτερος τοῦ θαλαττίου· ταύτῃ τὰ ἐκκομιζόμενα ἐξ Ἀλεξανδρείας πλείω τῶν εἰσκομιζομένων ἐστί· γνοίη δ᾽ ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ γενόμενος, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ, καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. D

* Scripti, τοῦτ᾽ οὖν οἴμαι οἰων λήγεται.

P. 793.

Sed & in portus complures ſcinditur. Enimvero primi Aegyptiorum reges ſuis contenti opibus, nec importata aliunde magnopere deſiderantes, omnibus exteris navigantibus, eo infenſi erant, maxime Græcis, qui ob ſoli penuriam populari atque appetere aliena ſolebant, ideoque muniverunt locum hunc præſidio impoſito, cui & habitandam dederunt eam, quæ Rhacotis appellabatur, ea nunc Alexandriæ pars eſt, navalibus imminens: tunc vicus erat. Quæ vero in orbem circumjacebant, Bucolis, *id eſt bubulcis*, tradidere: qui ipſi quoque vires haberent ad arcendos extraneos. Cum Alexander eo veniſſet, loci oppotunitate perſpecta, ſtatuit urbem ad portum eſſe muniendam. Futuram urbis felicitatem, quæ conſecuta eſt, ferunt oſtento in ipſa operis deſignatione fuiſſe præmonſtratam, architectis enim ambitus lineam gypſo deſignantibus, & adventante rege gypſo deficiente, farinæ operariis deſtinatæ à procuratoribus fuiſſe præbitam partem, qua etiam compitorum plures diviſiones delineaverint. Eam rem viſam fuiſſe boni ominis. Certe commoditates urbs habet non unius modo generis. DUO maria locum undique alluunt, alterum à ſeptentrione, quod Ægyptium dicitur, alterum à meridie, quod Mareiæ lacus & Mareotis appellatur: eum Nilus multis foſſis tum è ſuperioribus partibus, tum è lateribus actis implet, per quas multo plura importantur, quam è mari, adeo ut portus, qui ad lacum eſt, ditior ſit marino. Exportari ex Alexandria plura hâc, quam ex Italia importari, facile ſentiet, qui Alexandriæ & Puteolis fuerit: obſervaveritque onerarias naves & venientes & recedentes, quanto graviores aut leviores ultro citroque navigent.

1. *Διαβεβλημένοι πρὸς ἅπαντας τοὺς πλέοντας καὶ μάλιστα τοὺς Ἕλληνας*) Diodorus refert Ægypti priſcos reges non permiſiſſe ut ullus peregrinorum eo appelleret. Verbum autem *διαβάλλεσθαι* ſignificat *ἀπεχθάνεσθαι* odio habere, interdum, ut hic. qua in ſignificatione mirum eſt quam frequenter apud Philoſtratum occurrat, ut in epiſtola Apollonii ad Veſpaſianum *Διαβεβλημένος οὕτω πρὸς Ἕλληνας, ὡς δουλοῦσθαι αὐτοὺς ἐλευθέρους ὄντας, τί ἐμοῦ ξυνόντος δέῃ;* Sic alibi *διαβεβλῆσθαι πρὸς φιλοσοφίαν.* Alibi paullò aliter de Tantalo *θεοῖς δὲ μὴ διαβεβλῆσθαι αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν εἰ θεοῖς ἀπήχθητο*, &c. (Vide Pollucem libro quinto capite vigeſimo, & Ariſtot. utitur Rhet. lib. tertio, cap. ſecundo, ubi V. ex Plut. *διαβάλλειν* activa voce eo ſenſu uſurp. profert No. *διαβεβλῆσθαι* cum præpoſ. *εἰς* apud Platonem 7. De rep. pag. 539. & Demoſthen. initio pro Megalopoli.) *Caſaub.*

2. *Τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν*) Quidam vocant *Ῥαχάστην*, ut Cedrenus. Meminit Tacitus Hiſtor. Lib. IV. 84. (& Clemens Alexandrinus in *Προτρεπτικῷ* his verbis, *ὃς δεξάμενος τὸν ἀνδριάντα καθίδρυσεν ἐπὶ τῆς ἄκρας ἣν νῦν Ῥακῶτιν καλοῦσιν.*) *Idem.*

3. *Βουκόλοις παρέδοσαν*) Vide apud Heliodorum libro I. elegantem deſcriptionem eorum locorum in quibus habitabant qui Bucoli appellabantur. *Idem.*

4. *Μνημονεύουσι σημεῖον κατὰ τὴν ὑπογραφὴν τοῦ κτίσματος*) Vide Ammianum L. XXII. c. 16. *Idem.*

5. Ai

Jam præter opes, quæ ex utraque parte & in maris & in lacus portum advehuntur, aëris temperies digna eſt memoratu: quæ idcirco contingit, quod urbs utrinque alluitur, & Nilus incrementa commode facit. Quippe cæteræ urbes, quæ ad lacus ſitæ ſunt, gravem & præfocantem aërem in æſtivis ardoribus habent, ac propter vapores à ſole excitatos, cœnum in lacuum labris cogitur, unde cœnoſo humore exhalante, aër morbidus attrahitur, ac peſtilentiæ initium præbet. At Alexandriæ incipiente æſtate Nilus auctus auget etiam lacum, & nullum cœnum relinquit, unde malignus aliquis poſſet vapor exhalare. Simul eteſiæ à borealibus partibus, & tanto pelago adſpirant: ut Alexandrini optime æſtatem agant. Urbis ſolum chlamydis figuram habet, cujus latera, quæ in longum tendunt, aqua circum alluuntur XXX fere ſtadiorum habentia diametrum: latera vero, quæ in latum ſunt, iſthmis ſtringuntur ſeptem octove ſtadiorum, hinc mari, illinc lacu allutorum. Ac tota quidem urbs viis diviſa eſt, per quas & equi & currus agi poſſunt: duabus autem latiſſimis, 3 quæ amplius jugero expanduntur, & ſeſe medias ad rectos angulos ſecant. Urbs publica fana pulcherrima, & regias, quæ quartam tertiamve totius ambitus partem occupant. Nam regum quiſque ut deorum donariis aliquid ornamenti addere ſtudebat, ita & ad jam extructas regias aliquam de ſuo adjiciebant, ut nunc poëtæ illud vere dici poſſit,

Sunt alia ex aliis. —

atque omnes inter ſe junctæ ſunt & portui contiguæ, & iis quæ extra eum ſunt. Pars etiam regiarum eſt Muſeum, quod deambulationem habet, & exedram & maximam domum, in qua cœnaculum eſt eorum, qui Muſei conſortes ſunt, ac litteris humanioribus ſtudium impendunt. Hoc collegium publice pecunias habet & ſacerdotem, qui Muſeo præeſt, olim à regibus, nunc à

A Πρὸς δὲ τῷ πλούτῳ τῶν καταγομένων ἑκατέρωσε εἴς τε τὸν κατὰ θάλατταν λιμένα, καὶ εἰς τὸν λιμναῖον, καὶ τὸ εὐάερον ἄξιον σημειώσεως ἐστίν· ὃ καὶ αὐτὸ συμβαίνει διὰ τὸ ἀμφίκλυστον, καὶ τὸ εὔκαιρον τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νείλου. [1] Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις αἱ ἐπὶ λιμνῶν ἱδρυμέναι, βαρεῖς καὶ πνιγώδεις ἔχουσι τοὺς ἀέρας ἐν τοῖς καύμασι τοῦ θέρους· ἐπὶ γὰρ τοῖς χείλεσιν αἱ λίμναι τελματοῦνται διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων ἀναθυμίασιν· βορβορώδους οὖν ἀναφερομένης τοσαύτης ἰκμάδος, νοσώδης ὁ ἀὴρ ἕλκεται, καὶ λοιμικῶν κατάρχει παθῶν. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τοῦ θέρους ἀρχομένου πληρούμενος ὁ Νεῖ- B λος, πληροῖ καὶ τὴν λίμνην, καὶ οὐδὲν ἐᾷ τελματῶδες, τὸ τὴν ἀναφορὰν ποιῆσον μοχθηράν· τότε δὲ καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἐκ τῶν βορείων, καὶ τοῦ τοσούτου πελάγους· ὥστε κάλλιστα τοῦ θέρους Ἀλεξανδρεῖς διάγουσιν· [2] ἔστι δὲ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τοῦ ἐδάφους τῆς πόλεως· οὗ τὰ μὲν ἐπὶ μήκους πλευρά ἐστι τὰ ἀμφίκλυστα, ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχοντα διάμετρον· τὰ δὲ ἐπὶ πλάτος οἱ ἰσθμοί, ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ σταδίων ἑκάτερος, σφιγγόμενος τῇ μὲν ὑπὸ θαλάττης, τῇ δὲ ὑπὸ τῆς λίμνης. Ἅπασα μὲν ὁδοῖς κατατέτμηται, * ἱππηλάταις καὶ ἁρματηλάταις· δυσὶ δὲ πλατυτάταις C * ἐπὶ πλέον ἢ πλέθρον ἀναπεπταμέναις· αἳ δὴ δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνουσιν ἀλλήλας. Ἔχει δ' ἡ πόλις τεμένη, τά τε κοινὰ κάλλιστα καὶ τὰ βασίλεια, τέταρτον, ἢ καὶ τρίτον τοῦ παντὸς περιβόλου μέρος· τῶν γὰρ βασιλείων ἕκαστος ὥσπερ τοῖς κοινοῖς ἀναθήμασι προσεφιλοκάλει τινὰ κόσμον, οὕτω καὶ οἴκησιν ἰδίᾳ περιεβάλλετο πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις, ὥστε νῦν τὸ τοῦ ποιητοῦ.

4 Ἐξ ἑτέρων ἕτερ' ἐστίν·

ἅπαντα μέντοι συναφῆ καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ λιμένι, καὶ ὅσα ἔξω αὐτοῦ. Τῶν δὲ βασιλείων D μέρος ἐστί, 5 καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον p. 794. τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινά, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ'

* Scripti, ἱππηλάτοις & ἁρματηλάτοις.
* Supplevimus hunc locum ex vet. lib. Xyl. habet ex vetere interpr.

1. *Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις*) Excipit Ravennam lib. v. p. 213. *Caſaub.*
2. *Ἔστι δὲ χλαμυδοειδὲς*) Idem Diodorus & alii. *Idem.* Plinius H. N. v. 10. Veteres chorographos urbium, locorumque ſitus ac formas rerum imaginibus aſſimulaſſe multis exemplis probat Hadr. Junius Hiſt. Batav. c. 3.
2. *Χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα*) Quænam ſit *χλαμυδοειδὴς* figura, egregie, ut omnia, oſtendit & addito Alexandriæ ſchemate illuſtrat Ampliſſimus Cuperus in corollario ad Homeri Apotheoſin p. 158. & ſeqq. *Scherp.*
3. *Quæ plus jugero*) In Græco Aldino & noſtro nihil tale eſt, tamen reliqui, ſi forte è ſcripto id huc intulit interpres, mihi quidem videretur nimium hoc eſſe: niſi infra porticus ſtadio ampliores referrentur. Infra pro Soma, videtur legendum *ζῶμα*, clauſtrum, cingulum. *Xyland.*
4. *Ἐξ ἑτέρων*) Ex Ὀδ. ρ. 266. de Ulyſſ. ædibus. *Caſ.*
5. *Καὶ τὸ Μουσεῖον ἔχον καὶ περίπατον καὶ ἐξέδραν*) Muſei meminit Suetonius in Claudio. 42. & alii: de hexedra vide Vitruvium Lib. VI. c. 5. *Idem.*

ὑπὸ Καίσαρος. Μέρος δὲ τῶν βασιλείων ἐστὶ [1] καὶ τὸ καλούμενον Σῶμα, ὃ περίβολος ἦν, ἐν ᾧ αἱ τῶν βασιλέων ταφαὶ, καὶ ἡ Ἀλεξάνδρου· ἔφθη γὰρ τὸ σῶμα ἀφελόμενος Περδίκκαν ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος, κατακομίζοντα ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐκτρεπόμενον ταύτῃ κατὰ πλεονεξίαν καὶ ἐξιδιασμὸν τῆς Αἰγύπτου, καὶ δὴ καὶ ἀπώλετο διαφθαρεὶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, ἐπελθόντος τοῦ Πτολεμαίου, καὶ κατακλείσαντος αὐτὸν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀπέθανεν ἐμπειπαρεὶς ταῖς σαρίσσαις, ἐπελθόντων ἐπ᾽ αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς. Ἀρριδαῖός τε, καὶ τὰ παιδία τὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἡ γυνὴ Ῥωξάνη ἀπῆρεν εἰς Μακεδονίαν· τὸ δὲ σῶμα τοῦ Ἀλεξάνδρου κομίσας ὁ Πτολεμαῖος ἐκήδευσεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὅπου νῦν ἔτι κεῖται· οὐ μὴν ἐν τῇ αὐτῇ πυέλῳ· ὑαλίνη γὰρ αὕτη, ἐκεῖνος δ᾽ ἐν χρυσῇ κατέθηκεν. Ἐσύλησε δ᾽ αὐτὴν [2] ὁ Κόκκης, καὶ Παρείσακτος ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἐκ τῆς Συρίας ἐπελθὼν, καὶ ἐκπεσὼν εὐθὺς, ὥστ᾽ ἀνόνητα αὐτῷ τὰ σῦλα γενέσθαι. Ἔστι δ᾽ ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι κατὰ μὲν τὸν εἴσπλουν ἐν δεξιᾷ ἡ νῆσος καὶ ὁ πύργος ὁ Φάρος· κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν χεῖρα αἵ τε χοιράδες, καὶ ἡ Λοχιὰς ἄκρα ἔχουσα βασίλειον. Εἰσπλεύσαντι δ᾽ ἐν ἀριστερᾷ, ἐστὶ * συνεχῆ τοῖς ἐν τῇ Λοχιάδι, τὰ ἐνδοτέρω βασίλεια, πολλὰς καὶ ποικίλας ἔχοντα διαίτας καὶ ἄλση· τούτοις δ᾽ ὑπόκειται ὅ, τε κρυπτὸς λιμὴν καὶ κλειστὸς ἴδιος τῶν βασιλέων, καὶ ἡ Ἀντίρροδος νησίον προκείμενον τοῦ ὀρυκτοῦ λιμένος, βασίλειον ἅμα καὶ * λιμένιον ἔχον· ἐκάλεσαν δ᾽ οὕτως, ὡς ἂν τῇ Ῥόδῳ ἐνάμιλλον. Ὑπέρκειται δὲ τούτου τὸ θέατρον· εἶτα τὸ Ποσείδιον, ἀγκών τις ἀπὸ τοῦ Ἐμπορίου καλουμένου προπεπτωκὼς, ἔχων ἱερὸν Ποσειδῶνος· ᾧ προσθεὶς χῶμα Ἀντώνιος ἔτι μᾶλλον προνεῦον εἰς μέσον τὸν λιμένα ἐπὶ τῷ ἄκρῳ κατεσκεύασε δίαιταν βασιλικὴν, [3] ἣν Τιμώνιον προσηγόρευσε. Τοῦτο δ᾽ ἔπραξε τὸ τελευταῖον ἡνίκα * προλειφθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν μετὰ τὴν ἐν Ἀκτίῳ κακοπραγίαν, Τιμώνιον αὐτῷ κρίνας τὸν λοιπὸν βίον, ὃν διάξειν ἔμελλεν ἔρημος τῶν τοσούτων φίλων. Εἶτα τὸ

* Vulgo, συνεχής.

* Scripti, λιμένι.

* Sic vet. lib. quidam tamen προαιτικαταλειφθείς. Vulgo, προκληθείς.

Cæſare conſtitutum. Regiarum pars & illud eſt, quod Soma appellatur, ſeptum quoddam, in quo regum ſepulturæ, & Alexandri erat. Ptolemæus Lagi F. Alexandri corpus Perdiccæ eripuerat, cum hic id è Babylone deferret, atque huc diverteret, avaritia & Ægypti ſibi vindicandæ ſtudio impulſus. Periit ille à militibus interemtus, à Ptolemæo ſuperveniente in inſula deſerta incluſus, ubi irruentibus militibus, ſariſſis confoſſus eſt. Cum eo reges, Aridæuſque, & Alexandri filii, & Rhoxana uxor in Macedoniam diſceſſerunt. Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit: ibique id ſepeliit, & adhuc ibi jacet, non tamen in eodem alveo. Nunc enim vitreus eſt, ille in aureo condiderat. Aureum Ptolemæus cognomento Coccus & Subditicius rapuit, è Syria eo profectus: ſtatimque dejectus, nullam è præda utilitatem percepit. In magno portu juxta ingreſſum ad dextram eſt inſula, & turris Pharus, ad lævam ſunt cautes, & Lochias promontorium, in quo regia eſt. Ingreſſo ad ſiniſtram, ſunt interiores regiæ, continuæ iis quæ ſunt in Lochiade, multa ac varia domicilia & lucos habentia. His occultus ac clauſus portus ſubjacet, qui proprius eſt regum. Item Antirrhodus inſula, quæ ante effoſſum portum jacet, regiam habens, & parvum portum; ſic dicta, quod Rhodo quaſi æmula eſſet. Supra hanc theatrum eſt, poſtea Poſidium, cubitus quidam ab Emporio quod vocatur deflectens, & Neptuni templum habens. Ibi Antonius addito aggere magis etiam in medium portum prominente, regiam domum conſtruxit, quam Timonium appellavit, idque ad extremum fecit, cum ab amicis 4 derelictus, poſt Actiacam calamitatem, Alexandriam diſceſſiſſet, ac ſolitariam ſibi quandam vitam Timonis exemplo peragendam propoſuiſſet, amicis omnibus valere juſſis. Poſtea eſt

1. *Καὶ τὸ καλούμενον Σῶμα.*) Mirum in omnibus codicibus conſtantiſſime reperiri hanc lectionem: Mihi tamen legendum videtur Σῆμα. Nam quia ibi regum erant monumenta, & ſepulchra, ideo ei loco Sema, h. e. monumentum, & quaſi dicas Mauſoleum fuit nomen. Meminere Σήματος Alexandrini ſcriptores proverbiorum Græcorum in adagio Εὔνους ὁ σφάκτης: ut dubitandum non ſit ita eſſe emendandum. *Caſ.* Idem docet in notis ad Suetonium L. II. c. 18.

1. *Καὶ τὸ καλούμενον Σῶμα*) Si recte habet hæc lectio, ſic videtur locus dictus in honorem Alexandri, cujus τὸ σῶμα ibi poſitum eſſet. De Ptolemæi ſtudio erga defunctum Alexandrum & de ejus ſepultura conſule Diodorum, qui copioſe rem explicat. Meminit hujus monumenti Lucanus, & Suetonius in Auguſto c. 18. *Idem.*

2. *Ὁ Κόκκης καὶ Παρείσακτος ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος*) Qui & Cybioſactes eſt appellatus, ut mox dicemus, & crediderit fortaſſe aliquis pro Κόκκης hic quoque Κυβιοσάκτης olim fortaſſe ſcriptum, quod tamen non affirmamus. *Idem.*

3. *Ἣν Τιμώνιον προσηγόρευσε*) Vide Plutarchum in Antonio. *Idem.*

4. *Derelictus*) Προκληθείς. verba interpretis dedita opera hic etiam retinui. De Timonio & Timone rem Plutarchus expedit in Antonio. paulo poſt ἀλλά τε μὲν: in ἄλλα τεμένη mutavi, & νεῶν in ναῶν: quod faciundum etiam interpres viderat. *Xyl.*

Cæsarium & Emporium, & Apostases, (*quæ dicuntur quasi abscessus.*) Inde navalia usque ad septemstadium. Atque hæc circa magnum portum sunt. Deinde à septemstadio est Eunosti portus, & supra hunc est effossus portus, etiam Cibotus, *hoc est arca*, dictus, qui & ipse navalia habet. Intra hunc fossa est navigabilis usque ad Mareotidem lacum perducta: extra fossam itaque restat urbis paululum. Postea est Necropolis (*id est cadaverum urbs*) & suburbanum in quo horti plurimi sunt, & sepulturæ, ac domicilia condiendis mortuis idonea. Intra fossam sunt Sarepium, & alia quædam antiqua fana, abolita fere propter templorum factam exstructionem Nicopoli: nam & amphitheatrum, & stadium, & quinquennalia certamina ibi celebrantur: antiquitus vero instituta viluerunt. Sed (ut verbo dicam) urbs & donariis & sacris plena est, pulcerrimum gymnasium, quod porticus habet stadio majores: tum forum judiciale, & luci. Est etiam Panium altum opus manu conditum, forma turbinata, saxeo tumulo simile, in quod per cochleam ascenditur, ab ejus vertice tota urbs subjecta undique cerni potest. A Necropoli vero platea, quæ in longum præter gymnasium pertendit usque ad Canopicam portam: postea est circus, qui *Græce* Hippodromus appellatur; & aliæ subsequentes usque ad Canopicam fossam. Exeunti per Hippodromum est Nicopolis, quæ habitatur ad mare, ita ut urbe non minor censeri debeat: distat ab Alexandria stadiis triginta. Hunc locum Cæsar Augustus ornavit: quòd hic prœlio eos superavit, qui cum Antonio contra ipsum exierant, & primo aditu urbem cepit: Antonium verò coëgit, ut ipse sibi manum afferret: Cleopatram vivam in potestatem suam redegit: quæ paulò post & ipsa se in custodia clàm admotæ aspidis morsu, aut (ut alii tradunt) illito veneno interfecit. Ad hunc modum Lagidarum imperium eversum est, quod per multos annos duraverat. ¶ Etenim Ptolemæus Lagi F. Alexandro successit,

A * Καισάρειον καὶ τὸ Ἐμπόρειον, καὶ ἀποστάσεις· μετὰ ταῦτα τὰ νεώρια, μέχρι τοῦ Ἑπταστάδιου. Ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὸν μέγαν λιμένα. Ἑξῆς δ' Εὐνόστου λιμὴν μετὰ τὸ Ἑπταστάδιον· καὶ ὑπὲρ τούτου ὀρυκτὸς, ὃν καὶ Κιβωτὸν καλοῦσιν, ἔχων καὶ αὐτὸς νεώρια. Ἐνδοτέρω δὲ τούτου διῶρυξ πλωτὴ μέχρι τῆς λίμνης * τεταμένη τῆς Μαρεώτιδος· ἔξω μὲν οὖν τῆς διώρυγος μικρὸν ἔτι λείπεται τῆς πόλεως· εἶθ' ἡ Νεκρόπολις, καὶ τὸ προάστειον ἐν ᾧ * κῆποι τε πολλοὶ καὶ ταφαὶ καὶ καταγωγαὶ, πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν ἐπιτήδειαι. Ἐντὸς δὲ τῆς διώρυγος [1] τό, τε Σαράπιον καὶ ἄλλα τεμένη ἀρχαῖα ἐκλελειμένα πως διὰ τὴν τῶν ναῶν κατασκευὴν τῶν ἐν Νικοπόλει· καὶ γὰρ ἀμφιθέατρον καὶ στάδιον, καὶ οἱ πεντετηρικοὶ ἀγῶνες ἐκεῖ συντελοῦνται, τὰ δὲ παλαιὰ ὠλιγώρηται. Συλλήβδην δ' εἰπεῖν ἡ πόλις μεστή ἐστιν ἀναθημάτων καὶ ἱερῶν· κάλλιστον δὲ τὸ γυμνάσιον, μείζους ἢ σταδιαίας ἔχον τὰς στοὰς ἐν μέσῳ. τὸ δὲ δικαστήριον καὶ τὰ ἄλση. Ἔστι δὲ καὶ Πάνειον, ὕψος τι χειροποίητον, στροβιλοειδὲς, ἐμφερὲς ὄχθῳ πετρώδει, διὰ κοχλίου τὴν ἀνάβασιν ἔχον· ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἔστιν ἀπιδεῖν ὅλην τὴν πόλιν ὑποκειμένην αὐτῷ πανταχόθεν. Ἀπὸ δὲ τῆς Νεκροπόλεως ἡ ἐπὶ τὸ μῆκος πλατεῖα διατείνει παρὰ τὸ γυμνάσιον μέχρι τῆς πύλης τῆς Κανωβικῆς· εἶθ' Ἱππόδρομος καλούμενός ἐστι, καὶ αἱ παρακείμεναι αἱ ἄλλαι μέχρι τῆς διώρυγος τῆς Κανωβικῆς. Διὰ δὲ τοῦ Ἱπποδρόμου διελθόντι ἡ Νικόπολίς ἐστιν ἔχουσα κατοικίαν ἐπὶ θαλάττῃ πόλεως οὐκ ἐλάττω· τριάκοντα δέ εἰσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας στάδιοι. Τοῦτον δ' ἐτίμησεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τὸν τόπον, ὅτι ἐνταῦθα ἐνίκα τῇ μάχῃ τοὺς ἐπεξιόντας * αὐτῷ μετ' Ἀντωνίου· καὶ λαβὼν ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν, ἠνάγκασε τὸν μὲν Ἀντώνιον ἑαυτὸν διαχειρίσασθαι, τὴν δὲ Κλεοπάτραν ζῶσαν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐξουσίαν· μικρὸν δ' ὕστερον κἀκείνη ἑαυτὴν ἐν D τῇ φρουρᾷ διεχειρίσατο λάθρα δήγματι ἀσπίδος, ἢ φαρμάκῳ ἐπιχρίστῳ· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως· καὶ συνέβη καταλυθῆναι τὴν τῶν Λαγιδῶν ἀρχὴν, πολλὰ συμμείνασαν ἔτη. [2] Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Λάγου διεδέξατο Ἀλέξανδρον,

* Scripti q. Καισάριον.

p. 795.

* Scripti, τετμημένη.

* Scripti, q. ποιηται π.

* Scripti, ἐπ' αὐτόν.

1. *Τότε Σαράπιον*) Miris laudibus Sarapium effert Ammianus lib. XXII. c. 16. De eo Tacitus Historiarum libro IV. 81. 84. *Casaub.*

2. *Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Λάγου*) In harum rerum cognominibus differunt inter sescriptores. Epiphanius ita eos appellat, & hoc ordine regnasse docet.

I.	Ptolemæus Lagi F. annos	XL.
II.	Ptolemæus Philopator	XXI.
III.	Ptolemæus Epiphanes.	XXII.
IV.	Ptolemæus Philopator II. annos	XXXIV.
V.	Ptolemæus Philologus & Euerg.	XXIX.
VI.	Ptolemæus Soter	XV.
VII.	Ptolemæus Alexas.	XII.
VIII.	Ptolemæus Alexandri frater	VIII.
IX.	Ptolemæus Bacchus.	XXXI.
X.	Cleopatra in qua defecit stirps Lagidarum.	XXXII.

Sed de his consulantur docti nostræ ætatis Chronologi. *Idem.* Accuratissimam Ptolemaeorum historiam, numismatibus illustratam edidit ante aliquot annos vir Clarissimus Joan Vaillant.

ἐκεῖνον δὲ Φιλάδελφος, τοῦτον δ' ὁ Εὐεργέτης, A 1 εἶθ' ὁ Φιλοπάτωρ ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας, εἶθ' ὁ Ἐπιφανής, εἶθ' ὁ Φιλομήτωρ, παῖς παρὰ πατρὸς ἀεὶ * διαδεχόμενος· τοῦτον δ' ἀδελφὸς διεδέξατο 2 ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι· τοῦτον δ' ὁ Λάθουρος ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος· 3 τούτου δ' ὁ Αὐλητὴς ὁ καθ' ἡμᾶς, ὅσπερ ἦν τῆς Κλεοπάτρας πατήρ. Ἅπαντες μὲν οὖν οἱ μετὰ τὸν τρίτον Πτολεμαῖον ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένοι, χεῖρον ἐπολιτεύσαντο· χείριστα δ' ὁ τέταρτος καὶ ὁ ἕβδομος καὶ ὁ ὕστατος ὁ Αὐλητής· ὃς χωρὶς τῆς ἄλλης ἀσελγείας * χοραύλην ἤσκησε· καὶ ἐπ' αὐτῷ τε ἐσεμνύνετο ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' οὐκ ὤκνει συντελεῖν ἀγῶνας ἐν τοῖς βασιλείοις, εἰς οὓς παρῄει B διαμιλλησόμενος τοῖς ἀνταγωνισταῖς. Τοῦτον μὲν οὖν οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐξέβαλον· τριῶν δ' αὐτῷ θυγατέρων οὐσῶν, ὧν μία γνησία ἡ πρεσβυτάτη, ταύτην ἀνέδειξαν βασίλισσαν· υἱοὶ δ' αὐτοῦ δύο νήπιοι τῆς τότε χρείας ἐξέπιπτον τελέως. Τῇ δὲ κατασταθείσῃ 4 μετεπέμψαντο ἄνδρα ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινά, προσποιησάμενον τοῦ γένους εἶναι τῶν Συριακῶν βασιλέων· τοῦτον μὲν οὖν ὀλίγων ἡμερῶν ἀπεστραγάλλισεν ἡ βασίλισσα, οὐ φέρουσα

* Ita vet. lib. & δεχόμενος.

p. 796.

* Melius in Epitome χοραυλεῖν.

Ptolemæo autem Philadelphus, Philadelpho Euergetes, huic Philopator Agathocliæ, ei Epiphanes, huic Philometor, semper filio patri in regnum succedente. Philometori verò frater successit, secundus Euergetes nominatus, quem & Physconem dicunt, huic Ptolemæus cognomento Lathurus successit: Lathuro autem ætate nostra Auletes Cleopatræ pater. Sed omnes post tertium Ptolemæum malè regnum gesserunt, luxu perditi: omnium verò pessimè quartus, & septimus, & ultimus Auletes. Hic præter alia flagitia etiam choraulam exercuit: & adeo ea se jactavit, ut non pigeret eum certamina in regia celebrare, ad quæ & ipse cum aliis concertaturus prodiit. Itaque eum Alexandrini exegerunt, & cum ei tres filiæ essent, unam natu grandiorem; quæ legitima erat, reginam fecerunt: duo ejus filii infantes adhuc regno tum prorsus exciderunt. Reginæ virum è Syria acciverunt Cybiosactem quendam, qui se è Syriacorum regum stirpe ferebat. Hunc intra paucos dies regina 5 strangulavit, cum ejus

1. Εἶθ' ὁ Φιλοπάτωρ, ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας. *Huic Philopator Agathocliæ.*) Contra communem phrasim & suetum Hellenismum sumitur hoc loco ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας, quod moneo, ne aliquis sibi persuadeat hunc Philopatora fuisse Agathocliæ filium. Subintelligi enim debet ἐραστής. Sed id omisit dicere, eo quod non alia magis re notus fuit ille rex, quam ab ejus scorti amore, cui omnino se permisit, & quæ cum fratre Agathocle totam Ægyptum ad nutum gubernavit, donec seditione periit. vide Polybium lib. xv. *Palmer.*

2. Ὁ δεύτερος Εὐεργέτης) Ipse quidem Euergeten se appellabat: sed Alexandrini Cacergeten nuncupabant. *Casaub.*

3. Τούτου δὲ Αὐλητὴς ὁ καθ' ἡμᾶς. *Illi autem ætate nostra Auletes.*) Dubito, num legendum sit τοῦτον δὲ ὁ Αὐλητής, ut ad successionem referatur, eo quod plures dixerunt eum esse alienum à Ptolemæorum stemmate. *Palmer.*

4. Μετεπέμψαντο ἄνδρα ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινά) Dio L. XXXIX. p. 117. Seleucum appellat. Σέλευκον δέ τινα ὡς καὶ ἐκ τοῦ βασιλείου γένους τοῦ ποτὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ἀνθήσαντος ὄντα, μεταπέμψασα, ἄνδρα τε ἐπεγράψατο, καὶ κοινωνὸν τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ πολέμου ἐποιήσατο· ὡς δὲ ἐκεῖνος ἐν οὐδενὸς μοίρᾳ ὢν ἑωρᾶτο, τοῦτον μὲν ἀπέκτεινεν. Sed quid est quod Strabo hunc vocat Κυβιοσάκτην? Xylander quum non concoqueret hanc vocem, locum putavit esse corruptum & emendandum, in quo deceptum fuisse eum, docent & veteres codices, qui hanc lectionem constanter retinent: & hoc amplius locus Suetonii, ubi exstat eadem vox. Scribit ille de Vespasiano cap. 19. *Alexandrini Cybiosacten eum vocare perseveraverunt, cognomine unius è regibus suis turpissimarum sordium.* Quanquam apud Suetonium vera lectio hactenus ignorata est. Cybiotaten legi placet interpretibus, qui etiam in Strabone sic esse legendum dicere audent. Sed profecto explodenda est istorum & emendatio & interpretatio. Errant enim non mediocriter, quum putant Cybiotaten dictum fuisse istum παρὰ τὸ τάττειν τὰ κύβια, sive ab or- C dinandis familiæ cybiis. Nos non dubitamus peritiores hujus linguæ mecum esse affirmaturos, illam vocem à Græca lingua alienam esse nec ferri posse, quum sit contra omnem rationem & analogiam. Quid ergo? nimirum retinenda nobis est omnino Strabonis librorum lectio Κυβιοσάκτης: quæ lectio, sive analogiam spectes (ut oportet) sive significationem, optima est. Nam quum esset iste Seleucus sordidus, & αἰσχροκερδής, quique ex omni re lucrum captaret, dici cepit ab Alexandrinis, quorum nota est scurrilitas, Cybiosactes, non παρὰ τὸ τάττειν τὰ κύβια, ut inepte ariolantur, qui saltem Κυβιοτάκτην dicere debuerunt. sed παρὰ τὸ σάττειν τὰ κύβια. simillime ut παρὰ τὸ ὀρύττειν τοὺς τοίχους dicitur τοιχωρύκτης. Cybium ut etiam Plinius (N.H. IX. 15.) docet genus fuit salsamenti. σάττειν autem proprie est onus jumento imponere, ut faciunt mercium vectores & camelitæ: & pro ἐμπορεύεσθαι accipi potest κυβιοσάκτης: igitur idem plane est quod ταριχέμπορος. Jam qui sciunt quale convicium fuerit, dici ταριχέμπορος, & τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, ut de suo patre Bio dicebat, (& de Horatii patre dici solitum D refert Suetonius in ipsius vita, & auctor ad Herennium sub finem lib. ult. cap. 54. *ut si (ait) salsamentarii filio dicas, Quiesce tu cujus pater cubito se emungere solebat*) ii facile hujus scommatis venustatem animadvertent. Atque ita existimamus & Strabonem esse explicandum, & Suetonium emendandum. *Casaub.*

5. *Strangulavit*) Ἀπεστραγάλισεν, ego duplici γγ legi. nam hac voce etiam alii utuntur scriptores, alias ἀστράγαλος quid sit, liquet. Si libet accipere, talos ei præcisos fuisse, ut vix sim crediturus, ita non contendam. Cybiosactis vox mihi suspecta est, quod παρεισάκτῳ est adfine. qualis fuit qui mox refertur Archelaus. Infra in Cleopatræ historia asteriscum notavi: nam quæ interpres apposuit, non sunt Straboniana. Dionysius quidem frater fuit Cleopatræ, & epitomæ eum nominant. Historiam è Dionis XXXIX. Plutarcho, & aliis petet, qui volet. *Xyland.*

sordes, illiberalitatemque pati non posset. In hujus locum Archelaus subiit, qui se Mithridatis Eupatoris filium simulabat: erat autem Archelai filius: ejus, qui contra Syllam bellum gessit, & postea à Romanis ei honor habitus est, ac avus ejus fuit, qui tempore nostro postremus in Cappadocia regnavit, Comanorum sacerdos, quæ in Ponto sunt. Is cum Gabinio tunc degens, tanquam cum eo contra Parthos militaturus eo nesciente per amicos quosdam ad reginam deductus, rex declaratus fuit. Sub idem tempus Auletam Romam profectum, Pompejus Magnus suscipit, & senatui commendat, ac de reductione ejus agit, & de nece legatorum, qui supra centum contra regem venerant, è quibus fuit Dio Academicus princeps legationis. Ptolemæus itaque à Gabinio reductus, Archelaum ac filiam interemit. Sed non multò pòst morbo assumptus est, relictis duobus filiis, & totidem filiabus, quarum grandior erat Cleopatra. Alexandrini filium natu grandiorem, & Cleopatram regno præfecerunt, *sed pueri familiares mota seditione Cleopatram ejecerunt, quæ postea* cum sorore in Syriam secessit. Interea Pompejus magnus ex Palæopharsalo fugiens ad Cassium montem ac Pelusium venit, ibique à regis familiaribus per fraudem interfectus est. Cæsar cum supervenisset, adolescentulum interemit, & Cleopatram ab exilio revocatam, Ægypti reginam constituit, atque ei in regni partem reliquum fratrem addit, admodum puerum. Post Cæsaris mortem, & res ad Philippos gestas, Antonius in Asiam profectus, Cleopatram summis honoribus complexus est, ut etiam acciperet in uxorem, & filios ex ea susciperet: ea in Actiaco bello una fuit, unaque fugit: utrumque postea Cæsar Augustus ejecit, Ægyptumque à contumeliis ebriosorum dominorum liberavit. ¶ Nunc provincia est, & tributa maxima pendit, ab hominibus modestis administratur, qui in eam mittuntur. Qui mittitur, regis loco est. Ei subest dicæodotes, *id est, juri dicendo præfectus*, qui judicia exercendi pleraque potestatem habet.

A τὸ βάναυσον αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνελεύθερον. [1] Ἧκε δ' ἀντ' ἐκείνου προσποιησάμενος καὶ αὐτὸς εἶναι Μιθριδάτου υἱὸς τοῦ Εὐπάτορος Ἀρχέλαος, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Ἀρχελάου τοῦ πρὸς Σύλλαν διαπολεμήσαντος, καὶ μετὰ ταῦτα τιμηθέντος ὑπὸ Ῥωμαίων, πάππος δὲ τοῦ βασιλεύσαντος Καππαδοκῶν ὑστάτου καθ' ἡμᾶς, ἱερεὺς δὲ τῶν ἐν Πόντῳ Κομάνων. Γαβινίῳ δὲ τότε συνδιέτριβεν ὡς συστρατεύσων ἐπὶ Παρθυαίους, λαθὼν δὲ τοῦτον κομίζεται * διά τινος εἰς τὴν βασίλισσαν καὶ ἀναδείκνυται βασιλεύς. Ἐν τούτῳ τὸν Αὐλητὴν ἀφικόμενον εἰς Ῥώμην, δεξάμενος Πομπήϊος Μάγνος, συνίστησι τῇ συγκλήτῳ καὶ διαπράττεται κάθοδον μὲν τούτῳ, B τῶν δὲ πρέσβεων τῶν πλείστων ἑκατὸν ὄντων ὄλεθρον τῶν καταπρεσβευσάντων αὐτοῦ· τούτων δ' ἦν καὶ Δίων ὁ Ἀκαδημαϊκὸς ἀρχιπρεσβευτὴς γεγονώς. Καταχθεὶς * δὲ ὑπὸ Γαβινίου Πτολεμαῖος, τόν τε Ἀρχέλαον ἀναιρεῖ καὶ τὴν θυγατέρα, χρόνον δ' οὐ πολὺν τῇ βασιλείᾳ προσθεὶς, τελευτᾷ νόσῳ, καταλιπὼν δύο μὲν υἱεῖς, δύο δὲ θυγατέρας, πρεσβυτάτην * τε Κλεοπάτραν. Οἱ μὲν οὖν Ἀλεξανδρεῖς ἀπέδειξαν βασιλέας τόν τε πρεσβύτερον * τῶν υἱῶν καὶ τὴν Κλεοπάτραν· * [οἱ δὲ συνόντες τῷ παιδὶ καταστασιάσαντες ἐξέβαλον τὴν Κλεοπάτραν] καὶ ἀπῆρε μετὰ τῆς ἀδελφῆς εἰς τὴν Συρίαν. C Ἐν τούτῳ Πομπήϊος Μάγνος ἧκε φεύγων ἐκ Παλαιοφαρσάλου πρὸς τὸ Πηλούσιον, καὶ τὸ Κάσιον ὄρος· τοῦτον μὲν οὖν δολοφονοῦσιν οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως· ἐπελθὼν δὲ Καῖσαρ τόν τε μειρακίσκον διαφθείρει, καὶ καθίστησι βασίλισσαν τῆς Αἰγύπτου τὴν Κλεοπάτραν μεταπεμψάμενος ἐκ τῆς φυγῆς· συμβασιλεύειν δ' ἀπέδειξε τὸν λοιπὸν ἀδελφὸν αὐτῇ, νέον παντελῶς ὄντα. Μετὰ δὲ τὴν Καίσαρος τελευτὴν καὶ τὰ ἐν Φιλίπποις, διαβὰς Ἀντώνιος εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐξετίμησεν ἐπιπλέον τὴν Κλεοπάτραν, ὥστε καὶ γυναῖκα ἔκρινε, καὶ * ἐτεκνοποίησεν ἐξ αὐτῆς, τόν τε Ἀκτιακὸν πόλεμον συνήρατο ἐκείνῃ καὶ D συνέφυγε· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπακολουθήσας ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ ἀμφοτέρους κατέλυσε, καὶ τὴν Αἴγυπτον ἔπαυσε παροινουμένην. Ἐπαρχία δὲ νῦν ἐστι, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. [2] Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· [3] ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος·

* Scripti, διά τινων.

* Scripri, γοῦν.

* Forte δέ. vel deest aliquid.

* Scripti, παίδων.

* Inclusa his notis è trib. vett. lib. sunt adjecta, quæ & vetus interpr. agnoscit cujus interpretationem apposuimus.

p. 797.

* Scripti, ἐτεκνοποιήσατο.

1. Ἧκε δ' ἀντ' ἐκείνου) Vide Dionem, eodem loco. Ibi habes & de Gabinio, ut Ciceronis epistolas omittam. *Casaub.*

2. Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν) Similiter Cornel. Tacitus Hist. L. I. c. 11. *Ægyptum*, inquit, *copiasque quibus coërcetur jam inde à divo Augusto equites Romani obtinent loco regum.* Hic est autem præfectus augustalis, de cujus officio vide titulos Digest. & Cod. *Idem.*

3. Ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης) Hic est Juridicus Alexandriæ, qui erat sub præfecto Augustali. De hujus etiam officio habes in Dig. & Cod. *Idem.*

[1] ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος A
λόγος, [2] ὃς τῶν ἀδεσπότων [3] καὶ τῶν εἰς Καί-
σαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι· [4] παρέ-
πονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰ-
κονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγ-
ματα. Ἔστι δὲ καὶ στρατιωτικοῦ τρία τάγμα-
τα, ὧν τὸ ἓν κατὰ τὴν πόλιν ἵδρυται, τἄλλα
δ' ἐν τῇ χώρᾳ· χωρὶς δὲ τούτων ἐννέα μέν εἰσι
σπεῖραι Ῥωμαίων, τρεῖς ἐν τῇ πόλει, τρεῖς
δ' ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας ἐν Συήνῃ
φρουρὰ τοῖς τόποις, τρεῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην
χώραν. [6] Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπαρχίαι τρεῖς ὁμοίως
* Vulgo ἐπὶ τούς. διατεταγμέναι * κατὰ τοὺς ἐπικαιρίους τόπους.
* Scripti, κατὰ πόλιν. Τῶν δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων * κατὰ πόλεις B
μὲν ὅ, τε ἐξηγητής ἐστι πορφύραν ἀμπεχόμε-
νος, καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς, καὶ ἐπιμέ-
λειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων· [7] καὶ ὁ ὑπο-
μνηματογράφος, καὶ ἀρχιδικαστής. τέταρτος
δὲ ὁ νυκτέρινος στρατηγός. Ἦσαν δ' οὖν καὶ
ἐπὶ τῶν βασιλέων αὗται αἱ ἀρχαί· κακῶς δὲ
τῶν βασιλέων πολιτευομένων, ἠφανίζετο καὶ
ἡ τῆς πόλεως εὐκαιρία διὰ τὴν ἀνομίαν. Ὁ
γοῦν Πολύβιος γεγονὼς ἐν τῇ πόλει, βδελύτ-
τεται τὴν τότε κατάστασιν, καὶ φησὶ τρία γέ-
* Lego καὶ ἐπί. νη τὴν πόλιν οἰκεῖν, τό, τε Αἰγύπτιον, * καὶ
τὸ ἐπιχώριον φῦλον ὀξὺ, καὶ πολιτικὸν, καὶ
τὸ μισθοφορικὸν πολὺ, καὶ ἀνάγωγον· ἐξ ἔ- C
θους γὰρ παλαιοῦ ξένους ἔτρεφον τοὺς τὰ
ὅπλα ἔχοντας, ἄρχειν μᾶλλον, ἢ ἄρχεσθαι δε-
διδαγμένους διὰ τὴν τῶν βασιλέων οὐδένειαν.
* Scripti, δ' ἦν. Τρίτον * δὴ γένος τὸ τῶν Ἀλεξανδρέων,
οὐδ' αὐτὸ εὐκρινῶς πολιτικὸν διὰ τὰς αὐτὰς
αἰτίας· κρεῖττον δ' ἐκείνων ὅμως· καὶ γὰρ οἱ μι-
γάδες Ἕλληνες ὅμως ἀνέκαθεν ἦσαν, καὶ ἐμέ-
μνηντο τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων ἔθους· ἠφανισ-
μένου δὲ καὶ τούτου τοῦ πλήθους, μάλιστα ὑ-
πὸ τοῦ Εὐεργέτου τοῦ Φύσκωνος, καθ' ὃν ἧ-
p. 798. κεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁ Πολύβιος. Κα-
* Manuſſ. πολλάκις. ταστασιαζόμενος γὰρ ὁ Φύσκων, * πλεονάκις
τοῖς στρατιώταις ἠφίει τὰ πλήθη, καὶ διέφθειρε. D
Τοιούτων δή φησιν ὄντων τῶν ἐν τῇ πόλει, λοι-
πὸν ἦν τῷ ὄντι τὸ τοῦ ποιητοῦ.

A Tum alius ἴδιος λόγος, nimirum qui peculiares rationes curat. Is in ea inquirit, quæ ſub alterius poteſtate non ſunt, ſed ſeorſim ad Cæſarem recidunt. Hos comitantur Cæſaris liberti & adminiſtratores, quibus majora & minora negotia committuntur. Sunt etiam tres militum cohortes: quarum una in urbe, reliquæ in agro verſantur: præter has novem cohortes Romanorum, tres in urbe, tres in finibus Aethiopiæ præſidio circa Syenem collocatæ: & reliquæ tres in cætera regione. Sunt etiam [5] tres equitum turmæ per loca opportuna eodem modo diB ſpoſitæ Ex indigenis magiſtratibus in urbe eſt exegetes, *ſive interpres*, qui purpuram geſtat, & patrios honores habet, & ea curat quæ urbi ſunt neceſſaria. Item commentariorum ſcriba, & judicum præfectus. Quartus eſt prætor nocturnus. Hi magiſtratus etiam tempore regum erant; ſed cum reges male viverent, horum vitio & injuſtitia etiam bonus urbis ſtatus corrumpebatur. Certe Polybius, cum in ea urbe fuiſſet, eum ſtatum, qui tum erat, deteſtatur. Narrat autem tria hominum genera urbem habitare: Aegyptios, & indigenam nationem acrem, C atque civilem, & mercenarios milites, multos ſane ac refractarios. Nam ex antiqua conſuetudine peregrinos milites alebant, qui propter regum vilitatem potius imperare, quam ſervire didicerant. Tertium genus erat Alexandrinorum, nec id valde civile, propter eaſdem cauſas: melius tamen quam illi. Nam convenæ cum à Græcis eſſent oriundi, communis Græcorum conſuetudinis non erant plane immemores. Sed hæc quoque multitudo ſub Euergeta Phyſcone periit, quo regnante Polybius Alexandriam venit. Is Phyſco cum ſeditionibus divexare-D tur, ſæpenumero plebem militibus objecit atque interfecit. Hoc urbis ſtatu, inquit Polybius, reſtabat revera poëtæ illud:

1. Ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος) Quum temporibus Auguſti & Tiberii hæc fuerint à Strabone ſcripta, non eſt dubium ἴδιον λόγον appellari ab eo, qui in Digeſtis appellatur *procurator Cæſaris* vel *rationalis*. Poſtea vero inter plures hoc munus fuit diviſum. ut in Codice & Notitia utriuſque imperii videre licet. Non tantum autem ἴδιος λόγος procurator Cæſaris appellatus: ſed etiam καθολικὸς, ut à doctiſſimis viris eſt annotatum. *Caſ.*

2. ὃς τῶν ἀδεσπότων) *Bona vacantia* vocantur JCtis. *Idem.*

3. Καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων) Κυριολογία. Caduca enim vocantur. *Idem.*

4. Παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος) Qui ideo in Codice appellantur *Cæſariani*. ut in leg. 5. Cod. De jure fiſci. *Idem.*

5. *Tres equitum turmæ*) Sic interpres, & (ut puto) non male in Græco eſt ἐπαρχίαι præfecturæ. *Xyland.*

6. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπαρχίαι τρεῖς) Prior interpres ἱππαρχίαι legit, quod verius videtur. *Caſaub.*

7. Καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος) Latine Commentarienſem dicere potes. Alexandrini hypomnematographi mentio eſt in leg. 59. Cod. de decurionibus, &c. *Idem.*

1. Καὶ

Longum iter exantlatur in Aegyptum atque molestum.

Similis etiam erat, si non pejor, posteriorum regum ratio. Romani multa pro viribus emendarunt urbe (ut dictum est) composita, & quibusdam pro imperatoribus & monarchis & ethnarchis per regionem constitutis, quibus tamen haud magna negotia permittebantur. Urbis ubertas hinc potissimum est, quod hic solus Ægypti locus ad utraque idoneus est: & ad res maritimas, propter portus commoditatem; & ad terrestres, quia omnia facilè in hunc locum flumine deferuntur, ubi maximum totius orbis emporium est. Atque urbis quidem virtutes hæ sunt. Ægypti reditus Cicero in quadam oratione indicans, Auletæ patri Cleopatræ ait quotannis CCIↃↃ CIↃ CIↃ IↃ talentorum tributum pendi consuevisse. Ubi verò is, qui pessimè ac segnissimè regnum administrabat, tantum in reditibus habuit, quid censendum putes de præsentibus, quæ tanta diligentia à Romanis administrantur, Indicis etiam Troglodyticisque negotiationibus adjectis? Superiore sanè tempore, ne viginti quidem navigia in Arabicum sinum transire audebant, ut extra fauces proras prospicerent: nunc maximæ classes usque in Indiam & extrema Æthiopiæ transmittunt: unde preciosissimæ merces in Ægyptum advehuntur, ac rursum in alia exportantur loca ex Ægypto, ut duplicia hinc vectigalia exigantur: unum rerum quæ importantur, altera earum quæ exportantur: cæterum preciosarum mercium gravia sunt itidem vectigalia, cùm & monopolia ibi sint: nam sola ferè Alexandria, & recipit istas merces, & foras emittit. Quæ commoditas loci plenius potest conspici, si quis regionem peragret, ac primò maritimam oram à Catabathmo incipiens: nam eousque Aegyptus pertinet: deinceps est Cyrenaica, & barbari circumhabitant Marmaridæ. ¶ A Catabathmo Parætonium usque recta navigatione est cursus stadiorum IↃ CCCC. Parætonium civitas est, & portus magnus XL ferè stadiorum.

A Αἴγυπτον δ' ἰέναι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε. Odyss. λ' 481.
Τοιαῦτα δ' ἦν εἰ μὴ χείρω, καὶ τὰ τῶν ὕστερον βασιλέων. καὶ Ῥωμαῖοι δ' εἰς δύναμιν, ὡς εἰπεῖν, ἐπηνώρθωσαν τὰ πολλά. τὴν μὲν πόλιν διατάξαντες ὡς εἶπον· κατὰ δὲ τὴν χώραν ἐπιστρατηγούς τινας, [1] καὶ μονάρχας καὶ ἐθνάρχας καλουμένους, ἀποδείξαντες πραγμάτων οὐ μεγάλων ἐπιστατεῖν ἠξιωμένους. Τῆς δ' εὐκαιρίας τῆς κατὰ τὴν πόλιν, τὸ μέγιστόν ἐστιν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου πάσης μόνος ἐστὶν ὁ τόπος οὗτος, πρὸς ἄμφω πεφυκὼς εὖ, τά τε ἐκ θαλάττης διὰ τὸ εὐλίμενον, καὶ τὰ ἐκ τῆς χώρας, ὅτι πάντα εὐμαρῶς ὁ ποταμὸς πορθμεύει, συνάγει τε εἰς τοιοῦτο χωρίον ὅπερ μέγιστον ἐμπορεῖον τῆς οἰκουμένης ἐστί. Τῆς μὲν οὖν πόλεως ταύτας ἄν τις λέγοι τὰς ἀρετάς· τῆς Αἰγύπτου δὲ τὰς προσόδους, [ἃς] [2] ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τῆς Κλεοπάτρας πατρὶ τῷ Αὐλητῇ [3] προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων. Ὅπου οὖν ὁ κάκιστα καὶ ῥαθυμότατα τὴν βασιλείαν διοικῶν τοσαῦτα προσωδεύετο, τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν, διὰ τοσαύτης ἐπιμελείας οἰκονομούμενα, καὶ τῶν Ἰνδικῶν ἐμπορειῶν, καὶ τῶν Τρωγλοδυτικῶν ἐπηυξημένων ἐπὶ τοσοῦτον; [4] Πρότερον μέν γε οὐδ' εἴκοσι πλοῖα ἐθάρρει τὸν Ἀράβιον κόλπον διαπερᾶν, ὥστε ἔξω τῶν στενῶν ὑπερκύπτειν· νῦν δὲ καὶ στόλοι μεγάλοι στέλλονται μέχρι τῆς Ἰνδικῆς καὶ τῶν ἄκρων τῶν Αἰθιοπικῶν, ἐξ ὧν ὁ πολυτιμότατος κομίζεται φόρτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, κἀντεῦθεν πάλιν εἰς τοὺς ἄλλους ἐκπέμπεται τόπους· ὡς τὰ τέλη διπλάσια συνάγεσθαι, τὰ μὲν εἰσαγωγικά, τὰ δὲ ἐξαγωγικά· τῶν δὲ βαρυτίμων βαρέα καὶ τὰ τέλη· [5] καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλείας ἔχει· Μόνη γὰρ ἡ Ἀλεξάνδρεια τῶν τοιούτων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ὑποδοχεῖόν ἐστι, καὶ χορηγεῖ τοῖς ἐκτός· Ἔτι δὲ μᾶλλον κατιδεῖν ἐστι τὴν εὐφυΐαν ταύτην περιοδεύοντι τὴν χώραν, καὶ πρῶτον τὴν παραλίαν ἀρξαμένην ἀπὸ τοῦ Καλαβαθμοῦ· μέχρι δεῦρο γάρ ἐστιν ἡ Αἴγυπτος· ἡ δ' ἑξῆς ἐστι Κυρηναία καὶ οἱ περιοικοῦντες βάρβαροι Μαρμαρίδαι. Ἀπὸ μὲν οὖν Καταβαθμοῦ εἰς Παραιτόνιον εὐθυπλοοῦντι, σταδίων ἐστὶν ἐνακοσίων ὁ δρόμος· πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων·

1. Καὶ μονάρχας) Lego καὶ νομάρχας qua voce Aristoteles, Diodorus, & alii utuntur. Sic appellabantur præfecti singulorum nomorum. *Casaub.*

2. Ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει) Locus Ciceronis non exstat. *Idem.*

3. Προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων) At Diodorus Siculus, qui ut ipse testatur, eodem Ptolemæo regnante in Ægyptum ivit, longe à Cicerone dissentit. Reditum enim Ægypti fuisse tantum IↃↃ CIↃ talentorum. *Idem.*

4. Πρότερον μέν γε οὐδ' εἴκοσι) Vide libro secundo. *Idem.*

5. Καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλείας ἔχει) De monopoliis vide Jurisconsultos. Tolluntur monopolia omnia constitutione Zenonis in Codicem relata libr. quarto titul. 49. *Idem.*

1. Πλειω-

p. 799. καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτώνιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν. Μεταξὺ δὲ ἥ τε Αἰγυπτίων κώμη καὶ ἡ Αἰνησίσφυρα ἄκρα, καὶ Τυνδάρειοι σκόπελοι νησίδια τέτταρα ἔχοντα λιμένα· εἶθ' ἑξῆς ἄκρα Δρέπανον· καὶ νῆσος Αἰνησίππεια ἔχουσα λιμένα· καὶ κώμη Ἆπις, ἀφ' ἧς εἰς μὲν Παραιτώνιον στάδιοι ἑκατὸν, εἰς δὲ Ἄμμωνος, ὁδὸς ἡμερῶν πέντε. Ἀπὸ δὲ τοῦ Παραιτωνίου χίλιοί που καὶ τριακόσιοι στάδιοι. Μεταξὺ δὲ πρῶτον μὲν ἄκρα λευκόγεως, Λευκὴ ἀκτὴ καλουμένη· ἔπειτα Φοινικοῦς λιμὴν, καὶ Πνιγεὺς κώμη· εἶτα νῆσος Πηδωνία λιμένα ἔχουσα· εἶτ' Ἀντίφραι, B μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάττης· ἅπασα μὲν ἡ χώρα αὕτη οὐκ εὔοινος, [1] πλείω δεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν, ἢ οἶνον, ὃν δὴ καλοῦσι Λιβυκόν· ᾧ δὴ καὶ τῷ ζύθῳ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων· [2] σκώπτονται δὲ μάλιστα αἱ Ἀντίφραι· εἶθ' ὁ Δέρις καλούμενος οὕτως, διὰ τὴν πλησίον πέτραν μέλαιναν * δέρει ἐοικυῖαν· ὀνομάζουσι δὲ καὶ Ζεφύριον τὸν πλησίον τόπον· εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λεύκασπις, καὶ ἄλλοι πλείους· εἶτα Κυνὸς σῆμα· εἶτα Ταπόσειρις οὐκ ἐπὶ θαλάττῃ, πανήγυριν δεχομένη μεγάλην· καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταπόσιρις ἐπέκεινα τῆς C πόλεως ἱκανῶς· αὐτῆς δὲ πλησίον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ πετρῶδες χωρίον, καὶ αὐτὸ δεχόμενον πολλοὺς τοὺς ἀκμάζοντας ἅπασαν ὥραν ἔτους· εἶθ' ἡ Πλινθίνη, καὶ Νικίου κώμη· καὶ Χερρόνησος φρούριον, πλησίον ἤδη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νεκροπόλεως ἐν ἑβδομήκοντα σταδίοις. Ἡ δὲ Μαρεία λίμνη παρατείνουσα μέχρι καὶ δεῦρο, πλάτος μὲν ἔχει πλειόνων, ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων, μῆκος δ' ἐλαττόνων ἢ τριακοσίων. Ἔχει δ' ὀκτὼ νήσους, καὶ τὰ κύκλῳ πάντα οἰκούμενα καλῶς· [3] εὐοινία τέ ἐστι περὶ τοὺς τόπους,

* Scripti, δέρρει.

A Hanc alii Paraetonium, alii Ammoniam vocant. In intermedio ſpacio eſt Aegyptiorum pagus, & Aeneſiſphyra promontorium: & Tyndarii ſcopuli, qui ſunt quatuor parvæ inſulæ, & portum habent. Sequitur Drepanum promontorium, & inſula Aeneſipaſta cum portu: poſt pagus Apis, à quo Paraetonium uſque ſunt ſtadia c: ad Ammonem autem quinque dierum iter, à Paraetonio circiter mille & CCC ſtadia. Inter hæc primò eſt albi ſoli promontorium, quod Alba acta nominatur: hinc Phœnicus portus, & Pnigeus pagus, deinde Pedonia inſula cum portu. B Sequuntur Antiphræ non procul à mari. Tota hæc regio nequaquam vini ferax eſt, teſta plus maris quàm vini recipiente, quod Libycum appellant: hoc & zytho Alexandrina plebs uti ſolet. Maximè autem Antiphræ dicteriis impetuntur, carpuntur. Deinde eſt portus Deris appellatus: propter petram quandam proximam, pelli perſimilem. Vocatur etiam Zephyrium locus quidam propinquus, poſtea eſt alius portus nomine Leucaſpis, & alii complures: hinc Cynoſſema & poſt id Taposiris, non tamen ad mare, quo in loco annuus C conventus ſacer frequentatur. Item alia Taposiris ſatis ultra urbem. Propter eam locus quidam eſt ſaxoſus ad mare, ubi verno anni tempore frequens eſt adoleſcentum conventus. Sequitur Plinthyna, & Niciæ pagus, & Cherroneſus caſtellum ab Alexandria & Necropoli diſtans ſtadia LXX. ¶ Lacus autem Mareia, qui huc uſque pertendit, latitudinem habet ſupra c ſtadia, longitudinem intra CCC. Habet enim inſulas octo, & loca circum ſita omnia benè habitata. In his locis maxima vini copia eſt,

1. Πλειωδεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν ἢ οἶνον) Ait totum iſtum tractum vino parum abundare: ideoque plus diffundi in dolia aquæ marinæ quam vini. Nota ſunt quæ de, vino aqua ſalſa temperato, ſive τεθαλλαττωμένῳ ſcribunt Plinius & Athenæus Deipn. I. c. 20. Ægyptii vero non tantum vinum ita temperatum ſervabant, ſed etiam Nili aquam meram inſtar vini in dolia diffuſam. Ariſtides in Ægyptio docens Nili aquam non σήπεσθαι, addit, καὶ μόνοι ἂν ἴσμεν αἰγύπτιοι κεράμια ὕδατος ὥσπερ ἄλλοι οἴνου πιμπλᾶσι καὶ ἔχουσι τριῶν καὶ τεττάρων ἐτῶν ἔνδον, καὶ ἔτι πλειόνων· καὶ τῷ χρόνῳ σεμνύνουσιν ὥσπερ ἡμεῖς τὸν οἶνον. *Caſaub.*

2. Σκώπτονται δὲ μάλιστα οἱ Ἀντίφραι) Εἰς οὐκ εὐοινίαν videlicet, quaſi eſſent omnium minime εὔοινοι. *Id.*

3. Εὐοινία τέ ἐστι περὶ τοὺς τόπους, ὥστε καὶ διαχεῖσθαι πρὸς παλαίωσιν τὸν Μαρεώτην οἶνον. i. e. *In his locis maxima vini copia eſt, ut etiam Mareoticum* D *vinum diffundatur, & in longum tempus ſervetur.*) Ita ſcribendum eſſe patet ex Heſychio: Μαρεῶτις, εἶδος ἀμπέλου. Uti & *Mareotides* apud Maronem. Nolo tamen negare Μαρεώτην uſitatius dici. Athenæus ſub finem Lib. I. c. 25. p. 33. ὅτι ὁ Μαρεώτης οἶνος Ἀλεξανδρεωτικὸς τὴν προσηγορίαν ἔσχεν ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὁμονύμου, &c. Stephanus non fontem, quod fabuloſum eſt, ſed lacum eſſe refert: Μάρεια, πόλις καὶ λίμνη, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται, ἀφ' ἧς καὶ Μαρεώτης οἶνος. Adeo nec ille vini hujus Ægyptii celebritatem præterire potuit. Nec Horatius poſt Cæcubum vim Mareotici vini extollere omiſit Lib. I. Ode 37.

Mentemque limphatam Mareotico
Redegit in veros timores.

Vlitius ad Gratii. Cyneg. ℣ſ. 313. vide notas Torrentii ad mox citatum Horatii locum.

1. Τὸν

ut etiam Mareoticum vinum diffundatur, & in longum tempus servetur. ¶ In Ægypti lacubus ac paludibus biblus nascitur, & Ægyptiaca faba ex qua pocula fiunt, quæ ciboria dicunt. Harum virgæ, altitudine ferè æquales, ad decem pedes altæ sunt. Biblus nuda virga est, lanuginem quandam in vertice habens. Faba in multis partibus & folia & frondes emittit, & fructum fabæ nostræ persimilem, magnitudine solum & gustu differentem. Fabeta jucundum quendam aspectum ac delectationem præbent convivia agitantibus: id faciunt in scaphis thalamiferis, densissima fabeta subeuntes, & eorum foliis obumbrati: quæ adeò magna sunt, ut poculorum & catinorum usum præbeant (habent enim concavitatem quandam ad id idoneam) unde Alexandrinæ officinæ iis plenæ sunt, & pro vasis utuntur. Agri quoque ex his fabis reditum habent: ac faba quidem talis. Hoc in loco biblus non multa nascitur: non enim excolitur. In inferioribus verò ipsius Delta partibus permulta est, alia deterior, alia melior Hieratica appellatur. Nonnulli ut reditus augerent, Judaicam versutiam huc adhibuerunt, quam illi in palma caryotica, atque balsamo excogitaverant: non enim permittunt multis in locis nasci: quo fit ut raritati precium imponentes, reditum quidem augeant, communi verò usui damnum adferant. E Canopica porta exeunti ad dextram est fossa, quæ lacui jungitur & Canopum fert. Per lacum vero in flumen, & Canopum & ad Schediam navigatur: prius tamen Eleusinem, qui pagus est Alexandriæ, & Nicopoli proximus, in ipsa Canopica fossa situs: conclavia habet

A ὥστε καὶ διαχεῖσθαι πρὸς παλαίωσιν [1] τὸν Μαραιώτην οἶνον· Φύεται δ' * ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, ἥ τε βίβλος, καὶ [2] ὁ Αἰγύπτιος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον, σχεδόν τι * ἰσύψεις ῥάβδοι ὅσον δέκα πόδες. Ἀλλ' ἡ μὲν βίβλος ψιλὴ ῥάβδος ἐστὶν * ἐπ' ἄκρου ἔχουσα χαίτην. Ὁ δὲ κύαμος κατὰ πολλὰ μέρη φύλλα καὶ ἄνθη ἐκφέρει, καὶ καρπὸν ὅμοιον τῷ παρ' ἡμῖν κυάμῳ, μεγέθει μόνον καὶ γεύσει διαλλάττοντα· Οἱ οὖν κυαμῶνες ἡδεῖαν ὄψιν παρέχουσι καὶ τέρψιν, τοῖς * εὐωχεῖσθαι βουλομένοις· εὐωχοῦνται δ' ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς, B * ἐνδύνοντες εἰς τὸ πύκνωμα τῶν κυάμων, καὶ συσκιαζόμενοι τοῖς φύλλοις· ἔστι γὰρ σφόδρα μεγάλη * ὡς καὶ ἀντὶ ποτηρίων καὶ τρυβλίων χρῆσθαι· ἔχει γάρ τινα καὶ κοιλότητα ἐπιτηδείαν πρὸς τοῦτο· καὶ δὴ ἡ Ἀλεξάνδρεια μεστὴ τούτων ἐστὶ κατὰ τὰ ἐργαστήρια, ὡς σκεύεσι χρωμένων· καὶ οἱ ἀγροὶ, μίαν τινὰ τῶν προσόδων καὶ ταύτην ἔχουσι τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων. ὁ μὲν δὴ κύαμος τοιοῦτος. ἡ δὲ βίβλος ἐνταῦθα μὲν οὐ πολλὴ φύεται, οὐ γὰρ ἀσκεῖται· ἐν δὲ τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ Δέλτα, πολλή· ἡ μὲν χείρων, ἡ δὲ βελτίων ἡ ἱερατική. κἀνταῦθα δέ τινες τῶν τὰς προσόδους ἐπεκτείνειν βουλομένων μετήνεγκαν τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐντρέχειαν, C ἣν ἐκεῖνοι παρεῦρον ἐπὶ τοῦ φοίνικος * τοῦ καρυωτικοῦ καὶ βαλσάμου. οὐ γὰρ ἐῶσι πολλαχοῦ φύεσθαι, τῇ δὲ σπάνει τιμὴν ἐπιθέντες, τὴν πρόσοδον οὕτως αὔξουσι, τὴν δὲ κοινὴν χρείαν διαλυμαίνονται. Ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς Κανωβικῆς πύλης ἐξιόντι, ἡ διῶρυξ ἐστὶν ἡ ἐπὶ Κάνωβον συνάπτουσα τῇ λίμνῃ· ταύτῃ δὲ καὶ ἐπὶ Σχεδίαν ὁ πλοῦς ἐπὶ τὸν μέγαν ποταμὸν καὶ ἐπὶ τὸν Κάνωβον, πρῶτον δὲ ἐπὶ τὴν Ἐλευσῖνα· ἔστι δ' αὕτη κατοικία πλησίον τῆς τε Ἀλεξανδρείας, καὶ τῆς Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένη, [3] διαίτας ἔχουσα

* Manuss. ἐν ταῖς Αἰγυπτιακαῖς λίμναις καὶ τοῖς ἕλεσι.
* Scripti, ἰσοΐψεις. lego ἰσούψεις ut alibi.
* Scripri, ἐπ' ἄκρῳ.
* Scripti, ἐνευωχεῖσθαι.
p. 800.
* Scripti, ἐνδύνονται δ' εἰς.
* Scripti, ὥστε.
* Manuss. καὶ μάλιστα τοῦ καρ.

1. Τὸν Μαραιῶτιν οἶνον) Scribe Μαρειώτην vel Μαρεώτην. Casaub.

1. Τὸν Μαραιῶτιν οἶνον) Puto legendum Μαρεώτην οἶνον i.e. *Mareoten vinum.* Mareotis enim dicebatur palus ipsa, ut tradit Stephanus, quod ex Strabonis libro hoc XVII. p. 792. desumpsit. Sic enim ille: Ἀμφίκλυστόν τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τὸ δ' ἀπὸ μεσημβρίας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. πληροῖ δὲ ταύτην πολλαῖς διώρυξιν ὁ Νεῖλος, ἄνωθεν δὲ καὶ ἐκ πλαγίων, δι' ὧν καὶ τὰ εἰσκομιζόμενα πολλῷ πλείω τῶν ἀπὸ θαλάττης ἐστίν· ὥσθ' ὁ λιμὴν ὁ λιμναῖος ὑπῆρχε πλουσιώτερος τοῦ θαλαττίου. i.e. *Locum* (Alexandriam) *duo maria undique alluunt, alterum à septentrione, quod Ægyptium dicitur, alterum à meridie, quod Mareæ paludis, quæ &* Mareotis *dicitur; implet hanc multis fossis Nilus è superioribus partibus & è lateribus, per quas multo plura importantur, quam è mari, adeo ut* D *portus, qui ad paludem est, ditior sit marino.* Est etiam Mareotis, species quædam vitis, teste Hesychio in Μαρεῶτις, unde Virgil. Georgic. lib. I. canit.

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

Et *Mareotica* cortex pro *Ægyptia* papyro accipitur apud Martialem Epigram. Lib. XIV. Epig. 209.

Levis ab æquorea cortex Mareotica concha
Fiat: inoffensa curret arundo via.

Pinedo in Steph. pag. 443.

2. Ὁ Αἰγύπτιος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον) Aliter Athenæus Lib. III. cap. 1. pag. 73. οἱ δὲ γενόμενοι φησὶ κύαμοι ἐκ τῶν κιβώριων & Diodorus libro primo pag. 30. T. I. τό, τε κιβώριον δαψιλέστατον ὑπάρχον, φέρει τὸν καλούμενον Αἰγύπτιον κύαμον. Vide Plin. Casaub.

3. Διαίτας ἔχουσα καὶ ἀπόψεις τοις καπυρίζειν βουλομένοις) Vocat διαίτας & ἀπόψεις, locos ad commessandum & genio indulgendum accommodatos, (Vel potius locos ad elegantiam prospectus de industria

καὶ ἀπόψεις τοῖς καπυρίζειν βουλομένοις καὶ A ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν [2] ἀρχή τις Κανωβισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἐλευσῖνος προελθοῦσι μικρὸν ἐν δεξιᾷ ἐστιν ἡ διῶρυξ, ἀνάγουσα ἐπὶ τὴν Σχεδίαν· διέχει δὲ τετράσχοινον τῆς Ἀλεξανδρείας ἡ Σχεδία, κατοικία πόλεως· ἐν ᾗ τὸ ναύσταθμον τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ᾽ οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τελώνιον τῶν ἄνωθεν καταγομένων, καὶ ἀναγομένων· οὗ χάριν καὶ Σχεδία ἔζευκται ἐπὶ τῷ ποταμῷ. ἀφ᾽ ἧς καὶ [3] τοὔνομα τῷ ποταμῷ· Μετὰ δὲ τὴν διώρυγα τὴν ἐπὶ Σχεδίαν ἄγουσαν, ὁ ἑξῆς ἐπὶ τὸν Κάνωβον B πλοῦς ἐστὶ παράλληλος τῇ παραλίᾳ τῇ ἀπὸ Φάρου μέχρι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος· στενὴ γάρ τις ταινία μεταξὺ διήκει τοῦ τε πελάγους καὶ τῆς διώρυγος, ἐν ᾗ ἐστιν ἥ τε μικρὰ Ταπόσειρις, μετὰ τὴν Νικόπολιν καὶ τὸ Ζεφύριον. ἄκρα ναΐσκον ἔχουσα Ἀρσινόης Ἀφροδίτης· τὸ δὲ παλαιὸν, καὶ Θῶνιν τινὰ πόλιν ἐνταῦθα φασὶν, ἐπώνυμον τοῦ βασιλέως τοῦ δεξαμένου Μενέλαόν τε καὶ Ἑλένην ξενίᾳ· περὶ οὖν τῶν τῆς Ἑλένης φαρμάκων φησὶν οὕτως ὁ ποιητής.

p. 801. Odyss. δ. 228.

> Ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις. C

Κάνωβος δ᾽ ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, [4] ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου, ἀποθανόντος αὐτόθι, ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων. Συγγράφουσι δέ τινες καὶ τὰς θεραπείας, ἄλλοι δὲ ἀρετὰς τῶν ἐνταῦθα λογίων. Ἀντὶ πάντων δ᾽ ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριστῶν ὄχλος, τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας

[1] & loca, ubi capyriis initiantur & viri & mulieres: quod est Canopicorum rituum & protervitatis initium. Paululum ab Eleusine progresso, ad dextram est fossa, quæ Schediam deducit. Schedia quatuor schœnis distat ab Alexandria, pagus urbi similis est, & navale habens Thalamiferorum navigiorum, quibus principes in superiorem navigant regionem. Ibi etiam earum rerum vectigal exigitur, quæ à superiore Alexandriæ parte importantur & exportantur, cujus gratia & rati fluvius junctus, & ab ea loco nomen inditum est: post fossam, quæ Schediam & Canopum ducit, est navigatio secundum maritimam oram ei quæ à Pharo usque ad Canopicum ostium perducit æqualibus semper spaciis opposita. Angusta enim quædam fascia inter pelagus & fossam extenditur, in qua est parva Taposiris, post Nicopolim ac Zephyrium, & promontorium ac Veneris Arsinoës sacellum habet. Hoc in loco dicunt olim urbem Thonim fuisse, à rege denominatam, qui Menelaum & Helenam hospitio suscepit. Sane de medicamentis Helenæ sic poëta inquit:

> *Optima quæ Polydamna illi Thonis dedit uxor.*

¶ Canopus cxx stadiis distat ab Alexandria, terrestri itinere: cognominis Canopi, qui Menelai gubernator fuerat, & ibi mortuus est. Habet Serapidis templum religiose cultum, ut etiam nobilissimi viri ei credant, & pro se vel pro aliis insomnia ibi capiant. Sunt qui curationes conscribant: quidam virtutes ibi editorum oraculorum. Sed ante omnia memorabilis est eorum turba, qui ad festivos conventus per fossam

industria accommodatos, sic διαίτας & ἀπόψεις ἀποκλείστους, legas in Plutarch. Lucullo.) *procul ab hominum conspectu summotos.* Legebatur καπυρίοις, ineptissime, καπυρίζειν est gulæ indulgere & ventri servire. unde dicti καπυρισταὶ Lib. XIV. τρυφητῶν δ᾽ ἐστὶν ἀνθρώπων, καὶ καπυριστῶν ἔχουσα ψαλτρίας πολλάς. inde etiam καπύρια dicta, de quibus Athenæus Lib. III. Has διαίτας describit Ammianus Lib. XXII. cap. 16. de Canopo loquens, *Hactenus*, inquit, *impendio locus fanis & diversoriis lætis exstructus, auris & salutari temperamento perflabilis, ita ut extra mundum nostrum morari se quisquam arbitretur in illis tractibus agens, quum sæpe aprico spiritu immurmurantes audierit ventos.* Casaub.

1. *Loca*) Ἀπόψεις forte ἐπόψεις, unde ἐποπτικὰ sacrificia. apparet autem καπύρια fuisse aliquem ritum & sacrificii genus, cui ibi initiarentur, dictum de voce etiam supra. *Xyland.*

2. Ἀρχή τις Κανωβισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας) D Ait locos illos, de quibus modo egimus, esse initium κανωβισμοῦ, id est vitæ Canopiticæ; Canopitarum delitiosa & voluptuosa quantum fuerit vita, testis optimus Juvenalis, Sat. XV. ψς. 44.

> —— *horrida sane*
> *Ægyptus: sed luxuria, quantum ipse notavi,*
> *Barbara famoso non cedit turba Canopo.*

Inde illud Augusti de Antonio apud Dionem, Lib. L. p. 435. ταῦτα γὰρ ἀντ᾽ ἐκείνων αὐτὸς ἐθελοντὴς ἀνθείλετο, καὶ πάντα τὰ πατρία τὰ σεμνολογήματα ἀποῤῥίψας, εἷς τῶν ἀπὸ Κανώβου κυμβαλιστῶν γέγονε. *Casaub.*

3. Ὄνομα τῷ ποταμῷ) Τόπῳ lege. pro τεχνία legendum Ταινία non est obscurum. *Xyland.*

4. Ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβ.) Ita tradunt Græci, quos & Latini sequuntur. At docti Ægyptiorum olim existimabant vocem esse Ægyptiacam, quæ significet, si Latine vertas, *Aureum solum*, auctor Aristides. *Casaub.*

1. Ὁ μὲν

Alexandria deſcendunt. Nam ſingulis diebus ac noctibus navicularum plena eſt ea, virorum ac mulierum vectantium, qui extrema cum laſcivia cantant atque tripudiant. Et in ipſo Canopo diverſoria habent foſſæ impoſita, ad hujuſmodi levitatem atque oblectationes idonea. Poſt Canopum eſt Heraclium, quod Herculis templum habet. Inde eſt Canopicum oſtium, & ipſius Delta initium. Ad dextram Canopicæ foſſæ, Elaitica præfectura, à fratre primi Ptolemaei appellata: & non mehercule ab heroë, ut quidam volunt: è quibus eſt Artemidorus. Poſt Canopicum oſtium eſt Bolbiticum, hinc Sebenniticum & Phatnicum, quod magnitudine tertium eſt præter prima duo, quibus Delta terminatur. Nam nec procul à vertice ſcinditur in parte ipſius Delta interiore. Phatnico vero ſuccedit Mendeſium, huic Taniticum, ultimum eſt Peluſiacum. Sunt inter hæc alia quædam oſtiola ignobiliora, falſa oſtiorum appellatione: habent enim ingreſſus, non tamen aptos magnis navigiis, ſed ſcaphis. Propterea quod brevia ac paludes loca ea obtinent. Præcipue autem Canopico oſtio utebantur tanquam emporio, occluſis Alexandriæ portubus, ut antè dictum eſt. Poſt Bolbiticum oſtium, arenoſum quoddam & humile promontorium longè porrigitur, quod Agni cornu appellatur. Poſtea eſt Perſei ſpecula & Mileſiorum murus. Nam Mileſii Cyaxaris, qui Medorum rex fuit ætate & Pſammitichi, xxx navibus navigantes, in Bolbiticum oſtium appulerunt, ibique egreſſi dictum opus confecerunt. Tempore poſt in Saiticam præfecturam navigantes, Inaro navali prælio ſuperato, Naucratim urbem non multo ſupra Schediam condiderunt. Poſt Mileſiorum murum ad Sebenniticum oſtium procedenti ſunt lacus, quorum alter Buticus à Buto urbe nominatur. Inde Sebennitica urbs & Sais, inferioris regionis metropolis. In hac Minervam colunt, ut cujus templo Pſammitichi ſepultura eſt.

A καλιόντων τῇ διώρυγι· πᾶσα γὰρ ἡμέρα καὶ πᾶσα νὺξ πληθύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλουμένων καὶ κατορχουμένων ἀναίδην μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας, καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν· τῶν δ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ Κανώβῳ καταγωγὰς ἐχόντων. ἐπικειμένας τῇ διώρυγι εὐφυεῖς πρὸς τὴν τοιαύτην ἄνεσιν καὶ εὐωχίαν. Μετὰ δὲ τὸν Κάνωβον ἐστὶ τὸ Ἡράκλειον τὸ Ἡρακλέους ἔχον ἱερόν· εἶτα τὸ Κανωβικὸν στόμα, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ Δέλτα. Τὰ δ᾽ ἐν δεξιᾷ τῆς Κανωβικῆς διώρυγος, [1] ὁ μὲν Ἐλαΐτης ἐστὶν νομὸς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου καλουμένου, οὐ μὰ Δία ἀπὸ τοῦ ἥρωος, ὡς

B ἔνιοι φασὶν, ὧν καὶ Ἀρτεμίδωρος. Μετὰ δὲ στόμα τὸ Κανωβικὸν ἐστὶ τὸ Βολβιτικόν· [2] εἶτα τὸ Σεβεννιτικὸν καὶ τὸ Φατνικόν· τρίτον ὑπάρχον τῷ μεγέθει παρὰ τὰ πρῶτα δύο, οἷς ὥρισται τὸ Δέλτα· καὶ γὰρ οὐδὲ πόρρω τῆς κορυφῆς σχίζεται εἰς τὸν ἐντὸς τοῦ Δέλτα. Τῷ δὲ Φατνικῷ συνάπτει τὸ Μενδήσιον· εἶτα τὸ Τανιτικὸν, καὶ τελευταῖον τὸ Πηλουσιακόν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα τούτων μεταξὺ, ὡς ἂν ψευδοστόματα ἀσημότερα. Ἔχει μὲν οὖν εἰσαγωγὰς τὰ στόματα, ἀλλ᾽ οὐκ εὐφυεῖς, οὐδὲ μεγάλοις πλοίοις, ἀλλ᾽ ὑπηρετικοῖς, διὰ τὸ βραχέα εἶναι καὶ ἑλώδη. Μάλιστα μέντοι τῷ Κανωβικῷ

C στόματι ἐχρῶντο, ὡς ἐμπορίῳ, τῶν κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν λιμένων ἀποκεκλεισμένων ὡς προείπομεν. Μετὰ δὲ [3] τὸ Βολβίτινον στόμα ἐπιπλέον ἔκκειται ταπεινὴ καὶ ἀμμώδης ἄκρα· καλεῖται δὲ Ἀγνοῦ κέρας· εἶθ᾽ ἡ Περσέως σκοπή· καὶ τὸ Μιλησίων τεῖχος· πλεύσαντες γὰρ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι κατὰ Κυαξάρη, (οὗτος δ᾽ * τῶν Μήδων,) κατέσχον εἰς τὸ στόμα τὸ Βολβίτινον. εἶτ᾽ ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κτίσμα· χρόνῳ δ᾽ ἀναπλεύσαντες εἰς τὸν Σαϊτικὸν νομὸν, καταναυμαχήσαντες Ἴναρον, πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατον, οὐ πολὺ τῆς Σχεδίας ὕπερθεν.

* Vetus interpr. legiſſe videtur βασιλεὺς τῶν Μ.

D Μετὰ δὲ τὸ τῶν Μιλησίων τεῖχος ἐπὶ τὸ Σεβεννυτικὸν προσιόντι στόμα, λίμναι εἰσίν. ὧν ἡ ἑτέρα Βουτικὴ καλεῖται ἀπὸ Βούτου πόλεως· καὶ ἡ Σεβεννυτικὴ δὲ πόλις, καὶ ἡ Σαΐς μητρόπολις τῆς κάτω χώρας ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Ἀθηνᾶν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ αὐτῆς ἡ θήκη κεῖται τοῦ Ψαμμιτίχου· p. 802.

1. Ὁ μὲν Ἐλαΐτης ἐστὶ νόμος. *Elaïtica præfectura.*) Mirum eſt nullum vidiſſe hunc errorem, lege Ὁ Μενελαΐτης ἐστὶ νόμος, quod ex ſequentibus manifeſtum eſt: nam Ptolemæus Lagi filius fratrem habuit Μενέλαον, quem præfecerat Cypro, teſtis Plutarchus in Demetrio, ab eo hic nomine appellatus, non ab Atride Menelao, ut Artemidorus volebat. Hæc eſt ſententia Strabonis: nam quod legitur hoc loco Πτολεμαίου καλουμένου, patet ex Xylandri verſione eſſe typographicum errorem pro καλούμενος. *Palmer.*

In Thebaide & in Judæa duplex est palma, caryota scilicet atque reliqua: ac Thebaica quidem quanquam durior sit, gustatu tamen est suavior. Est etiam insula quædam quæ palmam optimam fert, & proventum maximum principibus fert: regis enim erat, & privatus nemo in ea parte habebat, & nunc principum est. Enimverò multa cùm cæteri nugantur, tum Herodotus: veluti cantus loco, ut rhythmi, aut condimenti, prodigiosas fabulas orationi adhibentes. Cujus generis est, quod apud insulas dicunt juxta Syenem, & Elephantinam sitas: (sunt autem complures) Nili fontes esse, & ad eum locum flumen profunditate esse immensa. Nilus quidem insulas sparsas quamplurimas habet, quarum aliæ totæ excrescente flumine obruuntur, aliæ ex parte. Loca vero [2] nimis procul à mari remota, rivis per cochlias inductis irrigantur. ¶ Cæterum jam inde ab initio Ægyptus valde pacata fuit, tum propter suas copias, quibus facile se sustentaret: tum quod non temere externis gentibus patêret in eam ingressus. Nam à septentrione ora importuosa & Ægyptio pelago cingebatur, ab ortu & occasu desertis & montibus Libycis & Arabicis (ut diximus) munita, austrum versus Troglodytæ, & Blemmyes, & Nubæ, & Megabari erant, qui Aethiopes supra Syenem habitant: ii verò sunt Nomades, neque multi, neque bellicosi, quanquam olim viderentur: propterea quod sæpè latronum more incautos adoriebantur. Aethiopes quoque ad meridiem Meroënque porrecti, neque ipsi valde multi sunt, neque collecti in unum conventum degunt: quippe qui fluvialem regionem longam angustamque habitent, qualem antè diximus, nec ad bellum, nec ad aliam vitæ rationem bene instructi. Atque adeò etiamnum idem est Aegypti status. Cujus rei indicium est, quòd à tribus Romanis cohortibus, nec iis satis plenis, custoditur, cùmque aliquando Æthiopes aggredi nostros ausi essent, de sua ipsarum regione in periculumve, venerunt. Sed nec in Ægypto copiæ tantæ sunt, nec unquam Romani confertim iis usi sunt. Etenim nec

1. *Οἷον καὶ τὸ φάσκειν, περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ Συήνῃ*) Locus Herodoti est in Ægyptiacis. Ille vero hoc ita narrat ab aliis auditum ut à se non credi satis significet. At Aristides in Ægyptio totum illum Herodoti (L. II. c. 28.) locum de Syene & montibus vicinis, & de catarractis diligentissime excussit: quem si lubet adire potes. *Casaub.*

2. *Nimis procul a mari*) Ἔξαλα sed quid κοχλίαις ἐποχετεύεσθαι sit, nondum didici. Locus videtur non constare. Infra de cohortibus εὐτελὲς in ἐντελὲς mutavi, ut sensus & verba consonarent. *Xyland.*

3. *Ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων ἀλιμένῳ παραλίᾳ*) Adeo importuosa est ora hæc, ut neget Diodor. Lib. 1. p. 27. T. 1, inter Parætonium quod Lybiæ est, & Joppen quod in Phœnicia, ullum portum commodum interesse præter Pharum; quum sit illud intervallum stad. ferè 1000. *Casaub.*

Ægyptii ipsi sunt admodum bellicosi, quanquam multi sint: nec etiam finitimæ gentes. Cornelius quidem Gallus, cui primùm provincia à Cæsare commissa est, Heroum urbem quæ defecerat paucis stipatus recepit, & in Thebaide seditionem propter tributa exortam citò admodum sedavit. Deinde Petronius tot millibus Alexandrinorum in eum irruentibus jactu lapidum, tantum suis munitus militibus impetum sustinuit, nonnullis ipsorum interemtis, cæterosque repressit. Gallus Aelius cum parte præsidii, quod erat in Ægypto, in Arabiam ingressus, dictum est, quomodo eos esse imbelles ostenderit: & & nisi Syllæus eum prodidisset, felicem Arabiam totam subegisset. ¶ Aethiopes Romanis spretis, propterea quod pars quædam copiarum, quæ in Aegypto erant, cum Gallo Aelio avulsa esset, bellum in Arabia gerente, impressione facta in Thebaidem, & præsidia trium cohortium; quæ Syenæ Elephantinæ, ac Philis erant: repentino impetu ceperunt, & mancipaverunt, ac Cæsaris statuas everterunt. Contra hos profectus Petronius cum non totis decem millibus peditum, & equitibus octingentis, adversus triginta hominum millia: primùm eos compulit, ut Pselcham confugerent, Aethiopicam urbem: missisque ad eos legatis, repetiit quæ capta erant, & causas quamobrem bellum movissent poposcit; ac dicentibus, se injuria affectos à monarchis: respondit non illos esse regionis dominos, sed Cæsarem. Petentibus porrò triduum ad deliberandum, nihilque interim eorum quæ par erat facientibus: movens contra eos, in pugnam procedere coëgit: ac celeriter in fugam vertit cum & compositi malè, & male armati essent: nam scuta ingentia, & è crudo bovis tergore confecta habebant: arma quibus pugnarent, secures alii, alii contos, nonnulli gladios gerebant. Proinde quidam in urbem sunt compulsi, alii in deserta fugam fecerunt, alios proxima insula excepit, qui sese fluvio commiserant: nam hoc in loco propter aquæ fluxum Crocodili pauci sunt. Ex iis erant etiam duces Reginæ Candaces quæ per nostra tempora Aethiopibus imperavit, virilis sane mulier, altero oculo capta. Hos itaque omnes cepit,

A αὐτοὶ οἱ Αἰγύπτιοι πολεμισταὶ, καίπερ ὄντες παμπληθεῖς, οὔτε τὰ πέριξ ἔθνη. Γάλλος μέν γε Κορνήλιος, ὁ πρῶτος κατασταθεὶς ἔπαρχος τῆς χώρας ὑπὸ Καίσαρος, τήν τε Ἡρώων πόλιν ἀποστᾶσαν ἐπελθὼν, δι' ὀλίγων εἷλε· στάσιν τε γενηθεῖσαν ἐν τῇ Θηβαΐδι διὰ τοὺς φόρους, ἐν βραχεῖ κατέλυσε. Πετρώνιός τε ὕστερον τοῦ Ἀλεξανδρέων πλήθους τοσούτων μυριάδων * ὁμήσαντος ἐπ' αὐτὸν μετὰ λίθων βολῆς, αὐτοῖς τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις αντέσχε· καὶ διαφθείρας τινὰς αὐτῶν, τοὺς λοιποὺς ἔπαυσε. Γάλλος τε Αἴλιος μέρει τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φρουρᾶς εἰς τὴν Ἀραβίαν

B ἐμβαλὼν, εἴρηται τίνα τρόπον * ἐξήλεγξε τοὺς ἀνθρώπους ἀπολέμους ὄντας· εἰ δὲ μὴ ὁ Συλλαῖος αὐτὸν προυδίδου, κἂν κατεστρέψατο τὴν Εὐδαίμονα πᾶσαν. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Αἰθίοπες καταφρονήσαντες * τῷ μέρει τῇ * τῆς Αἰγύπτου δυνάμεως ἀπεσπάσθαι μετὰ Γάλλου Αἰλίου πολεμοῦντος πρὸς τοὺς Ἄραβας, ἐπελθόντες τῇ Θηβαΐδι, καὶ τῇ φρουρᾷ τῶν τριῶν σπειρῶν τῶν κατὰ Συήνην, * καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, καὶ Φιλὰς ἐξ ἐφόδου διὰ τὸ αἰφνίδιον, καὶ ἐξηνδραποδίσαντο, ἀνέσπασαν καὶ τοὺς Καίσαρος ἀνδριάντας· ἐπελθὼν δὲ ἐλάττοσιν ἢ μυρίοις πεζοῖς Πετρώνιος, ἱππεῦ-

C σι δὲ ὀκτακοσίοις πρὸς ἄνδρας τρισμυρίους, πρῶτον μὲν ἠνάγκασεν * ἀναφυγεῖν αὐτοὺς εἰς Ψέλχην πόλιν Αἰθιοπικὴν, καὶ πρεσβεύεται τά τε ληφθέντα ἀπαιτῶν, καὶ τὰς αἰτίας δι' ἃς ἦρξαν πολέμου, λεγόντων δὲ [1] ὡς ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν μονάρχων, ἀλλ' οὐκ ἔφη τούτους ἡγεμόνας εἶναι τῆς χώρας, ἀλλὰ Καίσαρα· αἰτησαμένων δὲ ἡμέρας τρεῖς εἰς βουλὴν, καὶ μηδὲν, ὧν ἐχρῆν, ποιούντων, προσβαλὼν ἠνάγκασε προελθεῖν εἰς μάχην· ταχὺ δὲ τροπὴν ἐποίησε, συντεταγμένων τε κακῶς, καὶ ὡπλισμένων· μεγάλους γὰρ εἶχον θυρεοὺς, καὶ τούτους ὠμοβοΐνους, ἀμυντήρια δὲ πελέκεις,

D οἱ δὲ κοντοὺς, οἱ δὲ καὶ ξίφη. Τινὲς μὲν οὖν εἰς τὴν πόλιν * συνηλάθησαν, οἱ δὲ εἰς τὴν ἐρημίαν ἔφυγον· τινὰς δὲ νῆσος πλησίον * ἐδέξατο ἐμβάντας εἰς τὸν πόρον· οὐ γὰρ πολλοὶ ἦσαν ἐνταῦθα οἱ κροκόδειλοι, διὰ τὸν ῥοῦν. Τούτων δὲ ἦσαν καὶ [2] οἱ τῆς βασιλίσσης στρατηγοὶ τῆς Κανδάκης. ἣ καθ' ἡμᾶς ἦρξε τῶν Αἰθιόπων, ἀνδρική τις γυνὴ, πεπηρωμένη * τὸν ὀφθαλμόν· τούτους δὲ δὴ ζωγρίᾳ λαμβάνει ἅπαντας,

* Ita vett. lib. Vulgo, ὁρμησάντων.

* Scripti, q. ἐξέλιξε.

* Scripti, τὸ μέρος. lego τῷ μέρος τι.

p. 820.

* Manusſ. τῆς ἐν Αἰγυπτίου.

* Addunt manusſ. ante hanc vocem καὶ ἑλόντες ἔφθασαν τήν τε Συήνην.

* Addidimus ex vett. lib.

* Scripti, συνηθροίσθησαν.

* Scripti, ὑπεδέξατο.

* Scripti, τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν.

1. Ὡς ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν μονάρχων) Lego hic quoque ut supra νομάρχων. *Casaub.*

2. Οἱ τῆς βασιλίσσης στρατηγοὶ τῆς Κανδάκης) Alia est Candace de qua Lucas in Actis VIII. 27. Fuit enim id nomen multis reginis commune, ut Plinius H. Nat. VI, 29. annotat. De hujus autem Candaces expeditione vide Dionem libro LIV. p. 524. *Idem.*

ἐπιπλεύσαις σχεδίαις τε καὶ ναυσί. καὶ καταπέμπει παράχρημα εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐπελθών τε τὴν Ψέλχην αἱρεῖ· προσαριθμουμένου δὲ τοῖς ἑαλωκόσι τοῦ πλήθους τῶν πεσόντων ἐν τῇ μάχῃ, τοὺς σωθέντας ὀλίγους παντάπασι συνέβη γενέσθαι. Ἐκ δὲ Ψέλχης ἧκεν εἰς Πρῆμνιν, ἐρυμνὴν πόλιν, διελθὼν τοὺς θῖνας, ἐν οἷς ὁ Καμβύσου κατεχώσθη στρατὸς, ἐμπεσόντος ἀνέμου· προσβαλὼν δὲ ἐξ ἐφόδου τὸ φρούριον αἱρεῖ, καὶ μετὰ ταῦτα ὥρμησεν ἐπὶ Ναπάτων· τοῦτο δ' ἦν τὸ βασίλειον τῆς Κανδάκης, καὶ ἦν ἐνταῦθα υἱὸς αὐτῆς· καὶ αὐτὴ δ' ἔν τινι πλησίον * ἵδρυτο χωρίῳ. Πρεσβευσαμένης δὲ περὶ φιλίας, καὶ ἀποδούσης τοὺς ἐκ Συήνης αἰχμαλώτους, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, ἐπελθὼν λαμβάνει καὶ τὰ Νάπατα, φυγόντος τοῦ παιδὸς, καὶ κατασκάπτει· ἐξανδραποδισάμενος δ' ἀναστρέφει πάλιν εἰς τοὐπίσω μετὰ τῶν λαφύρων, δύσοδα κρίνας τὰ προσωτέρω· τὴν δὲ Πρῆμνιν τειχίσας βέλτιον, φρουρὰν ἐμβαλὼν, καὶ τροφὴν δυοῖν ἐνιαυτῶν, τετρακοσίοις ἀνδράσιν ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· p. 821. καὶ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς μὲν ἐλαφυροπώλησε, χιλίους δὲ Καίσαρι ἔπεμψε νεωστὶ ἐκ Κανταβρων ἥκοντι· τοὺς δὲ νόσοι διεχρήσαντο. Ἐν τούτῳ, μυριάσι Κανδάκη πολλαῖς ἐπὶ τὴν φρουρὰν ἐπῆλθε. Πετρώνιος δ' ἐξεβοήθησε, καὶ φθάνει προσελθὼν εἰς τὸ φρούριον, καὶ πλείοσι παρασκευαῖς ἐξασφαλισάμενος τὸν τόπον, πρεσβευσαμένων δ' ἐκέλευσεν ὡς Καίσαρα πρεσβεύεσθαι· οὐκ εἰδέναι δὲ φασκόντων ὅς τις εἴη Καῖσαρ, καὶ ὅπῃ βαδιστέον εἴη παρ' αὐτὸν, ἔδωκε τοὺς παραπέμψοντας· καὶ * ἧκον εἰς Σάμον, ἐνταῦθα τοῦ Καίσαρος ὄντος, καὶ μέλλοντος εἰς Συρίαν ἐντεῦθεν προϊέναι, Τιβέριον εἰς Ἀρμενίαν στέλλοντος. Πάντων δὲ τυχόντων ὧν ἐδέοντο, ἀφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς φόρους οὓς ἐπέστησε. Πολλὰ δ' εἴρηται περὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ἐν τοῖς πρότερον, ὥστε συμπεριωδευμένα ἂν εἴη τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ τὰ τούτων. Ὡς δ' εἰπεῖν, καὶ τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης τὰ παρακείμενα τῇ δυσκράτῳ, καὶ ἀοικήτῳ διὰ καῦμα ἢ ψῦχος, ἀνάγκη ἀποτεύγματα εἶναι τῆς εὐκράτου καὶ ἐλαττώματα· ταῦτα δ' ἐκ τῶν βίων δῆλα, καὶ τῆς πρὸς τὰς χρείας τὰς * ἀνθρωπικὰς ἀπορίας· κακόβιοί τε δὴ καὶ γυμνῆτες εἰσὶ τὰ πολλὰ, καὶ Νομάδες· τά τε βοσκήματα αὐτοῖς ἐστὶ μικρὰ πρόβατα * καὶ αἶγες, καὶ βόες καὶ κύνες μικροί· τραχεῖς δὲ καὶ μάχιμοι [οἰκοῦντες μικροὶ ὄντες] Τάχα δὲ καὶ τοὺς Πυγμαίους ἀπὸ τῆς τούτων μικροφυΐας ἐπενόησαν, καὶ ἀνέπλασαν· ἑωρακὼς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐξηγεῖται τῶν πίστεως ἀξίων ἀνδρῶν. Ζῶσι δ' ἀπὸ κέγχρου, καὶ κριθῆς, ἀφ' ὧν καὶ ποτὸν ποιοῦσιν αὐτοῖς· ἔστι δὲ ἔλαιον, καὶ βούτυρον καὶ στέαρ· οὐδ' ἀκρόδρυα ἔχουσι πλὴν φοινίκων ὀλίγων

* Scripti, ἱδρύται.

* Scripti, ἧκει.

* Scripti, ἀνθρωπίνας.

* Sic restituimus ex vett. lib.

trajecto ratibus ac navibus flumine, & in Alexandriam misit, atque Pselcham profectus, eam cepit: unde numerata captivorum multitudine eorum qui in prælio ceciderunt, pauci omnino superfuerunt. A Pselcha Premnium venit urbem natura munitam, cumulis arenæ peragratis in quibus Cambysis exercitus obrutus est vento incidente. Eam adortus primo impetu cepit. Inde Nepata progressus est, ubi Candaces regia erat, ejusque filius morabatur. Ipsa cum in castello propinquo sederet, legatos misit, de pace tractarent, redditisque statuis, & captivis qui abducti fuerant Syena. Sed impetu facto Petronius Napata cepit ac diruit, puero fugiente: ratusque inferiora invia esse, cum præda retro abiit, ac Premni mœnibus & præsidio & quadringentorum hominum cibariis in biennium munita, reversus est Alexandriam. Ex captivis autem cæteris divenditis, mille ad Cæsarem misit nuper é Cantabris reversum: horum nonnulli morbo consumpti sunt. Sub hæc Candacen cum multis hominum millibus præsidium aggressam, Petronius auxilio profectus antevertit: & castellum ingressus, multo apparatu confirmavit. Legatis ad se missis, mandavit si quid vellent ut ad Cæsarem proficiscerentur: ac negantibus scire si quis Cæsar esset, & ubi conveniendus, dedit qui deducerent. In Samum itaque profecti, Cæsarem invenerunt in Syriam progredi parantem, & Tiberium in Armeniam amandantem. Ab eo facilè, quod volebant impetravere: nam & tributa eis remissa sunt. Sed de Aethiopicis rebus satis in superioribus dictum est, proinde ita hæc cum Aegypto descripta sit. Quod autem dicendum sit, extremas habitati mundi partes, quæ intemperatæ & inhabitabili regioni adjacent, propter frigus aut æstum esse quasi errores quosdam ad defectus temperatæ, necesse est, quod ex vita & earum rerum inopia, quæ ad humanum usum pertinent perspici potest. Magna enim ex parte nudi incedentes, pastoralem ac duram vitam degunt, incertis vagantes tuguriis: eorum pecora, oves, capræ, & boves, omnia sunt parva: canes asperi tamen & pugnaces, cæterum pusilli & ipsi. fortasse ob horum parvitatem Pygmæi conficti sunt, quos nemo fide dignus dixit se vidisse. ¶ Vivunt milio & hordeo, ex quibus etiam potum sibi conficiunt, butyrum & adipem pro oleo habent. Pomis carent præter palmulas, atque earum perpaucæ

in hortis regiis naſcuntur : nonnulli herba veſcuntur, & frondibus tenellis, & loto & calami radice, carnibus, & lacte & caſeo & ſanguine utuntur. Reges colunt ut deos, qui ferè clauſi domi ſedent. Regni caput eſt Meroe urbs ejuſdem cum inſula nominis : inſulam clypei figuram habere dicunt : magnitudo fortaſſe vera amplior dicta eſt, longitudine ter mille fere ſtadiorum, amplitudine CIↃ. Montes frequentes habet, & nemora magna habitant partim paſtores partim venatores, partim agricolæ. Sunt in ea ærariæ, ferrariæ, & aurariæ fodinæ, & precioſorum lapidum genera. Libyam verſus magnis quibuſdam arenæ cumulis ambitur : Arabiam verſus continuis præcipitiis. Auſtrum verſus fluminum concurſu, Aſtaboræ, Aſtapodis & Aſtaſobæ. A ſeptentrione eſt Nili decurſus, uſque in Ægyptum, ea quam oſtendimus alvei obliquitate. Oppidanæ domus ex palmarum fiſſis lignis fiunt, quibus intertextis, parietes fiunt, aut lateribus coctis. Sales apud eos foſſiles ſunt, quemadmodum & in Arabia. Abundat arboribus palma, Perſico, ebeno & 3 ſiliquaſtro. Venantur elephantes, leones & pardales. Dracones habent, qui cum elephantis pugnant, & multas alias feras, quæ à toſtis & aridis locis ad paluſtria & aquoſa confugiunt. Supra Meroën eſt Pſeboa lacus ingens, qui inſulam habet ſatis habitatam. Porro cum occiduam ad Nilum regionem Libyes habeant, trans eum ſitam Æthiopes : fit ut alteri atque alteri per vices inſulæ & fluviali regioni imperent, ac victoribus expulſi cedant. Æthiopes arcubus quadricubitalibus ligneis ac præuſtis utuntur. Armantur etiam mulieres, quarum pleræque oris labium æneo circulo trajectum habent. Pelliti ſunt quia lanis carent : nam oves eorum caprarum in morem hirtæ ſunt. Quidam nudi incedunt, aut brevibus pellibus cincti, aut tegmina quædam induunt, è pilis bene contexta. Deum putant alterum immortalem, qui rerum omnium cauſa ſit,

A ἐν κήποις βασιλικοῖς· ἔνιοι δὲ καὶ πόαν σιτοῦνται, καὶ κλῶνας ἁπαλοὺς, καὶ λωτὸν, καὶ καλάμου
ῥίζαν· κρέασι δὲ χρῶνται, καὶ αἵματι, καὶ γάλακτι,
καὶ τυρῷ· σέβονται δ᾽ ὡς θεοὺς τοὺς βασιλέας,
κατακλείστους ὄντας, καὶ οἰκουροὺς τὸ πλέον. Ἔστι δὲ
τὸ μέγιστον αὐτοῖς βασίλειον, ἡ Μερόης πόλις
ὁμώνυμος τῇ νήσῳ· 1 τὴν δὲ νῆσον θυρεοειδῆ φασι
τὸ σχῆμα· τὸ δὲ μέγεθος τάχα πρὸς ὑπερβολὴν
εἴρηται, μῆκος μὲν ὅσον τρισχιλίων σταδίων, εὖρος
δὲ * χιλίων. Ἔχει δὲ συχνὰ καὶ ὄρη, καὶ δάση μεγάλα· οἰκοῦσι δ᾽ οἱ μὲν Νομάδες, οἱ δὲ θηρευτικοὶ, * Vulgo, χίλια.
οἱ δὲ γεωργοί· ἔστι δὲ καὶ χαλκωρυχεῖα, καὶ σιδηρουργεῖα καὶ χρυσεῖα, καὶ λίθων γένη πολυτελῶν· περιέ-
B χεται δ᾽ ἀπὸ μὲν τῆς Λιβύης θισὶ μεγάλοις, ἀπὸ
δὲ τῆς Ἀραβίας κρημνοῖς συνεχέσιν· ἄνωθεν δ᾽
ἐκ νότου ταῖς συμβολαῖς τῶν ποταμῶν τοῦ τε Ἀστα-
βόρα, καὶ τοῦ Ἀστάποδος, 2 καὶ τοῦ Ἀστασόβα· p. 822.
πρὸς ἄρκτον δὲ ἡ ἐφεξῆς ῥύσις τοῦ Νείλου, καὶ
μέχρι Αἰγύπτου, κατὰ τὴν λεχθεῖσαν πρότερον
σκολιότητα τοῦ ποταμοῦ. Ἐν δὲ ταῖς πόλεσιν αἱ
οἰκήσεις ἐκ φοινικίνων σχιζῶν διαπλεκόμεναι * * Scripti, καὶ τοίχ.
τοίχων ἢ πλίνθων· ὀρυκτοὶ δὲ ἅλες, καθάπερ ἐν
τοῖς Ἄραψι· πλεονάζει δὲ τῶν φυτῶν ὅ, τε φοίνιξ
καὶ ἡ περσέα, καὶ ὁ ἔβορος, καὶ ἡ κερατεία·
θήρα δὲ καὶ ἐλεφάντων ἐστὶ, καὶ λεόντων, καὶ
παρδάλεων· εἰσὶ δὲ καὶ δράκοντες οἱ ἐλεφαντο-
C μάχοι, καὶ ἄλλα θηρία πλείω· καταφεύγει γὰρ
ἀπὸ τῶν ἐμπυροτέρων, καὶ αὐχμηροτέρων ἐπὶ
τὰ ὑδρηλὰ, καὶ ἑλώδη. 4 Ὑπέρκειται δὲ τῆς Μερόης 5 ἥτε Ψεβώα λίμνη μεγάλη, νῆσον ἔχουσα
οἰκουμένην ἱκανῶς· συμβαίνει δὲ τοῦ Νείλου τὴν
μὲν * δυσμικὴν παραποταμίαν ἐχόντων τῶν Λι- * Scripti, δυσικὴν. Forte δυτικὴν.
βύων, τὴν δὲ πέραν Αἰθιόπων, παρὰ μέρος
αὐτῶν τὴν ἐπικράτειαν εἶναι τῶν νήσων, καὶ τῆς
ποταμίας ἐξελαυνομένων τῶν ἑτέρων, καὶ παραχωρούντων τοῖς κρείττοσι γινομένοις. Χρῶνται δὲ καὶ
τόξοις Αἰθίοπες τετραπήχεσι ξυλίνοις, πεπυρακτωμένοις. Ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας, ὧν αἱ
πλείους κεκρίκωνται τὸ χεῖλος τοῦ στόματος χαλκῷ
D κρίκῳ· κωδιοφόροι δ᾽ εἰσὶν, ἐρέαν οὐκ ἔχοντες,
τῶν προβάτων αἰγοτριχούντων· οἱ δὲ * γυμνῆται * Scripti, γυμνῆτες.
εἰσὶν, ἢ καὶ περιέζωνται μικρὰ κώδια, ἢ 6 τρίχινα
πλέγματα * εὐυφῆ. Θεὸν δὲ νομίζουσι, τὸν μὲν * Vulgo, εὐυφυῆ.
ἀθάνατον, τοῦτον δ᾽ εἶναι τὸν αἴτιον τῶν πάντων·

1. Τὴν δὲ νῆσον θυρεοειδῆ φασι τὸ σχῆμα) Diodorus Siculus de Meroe. Lib. 1. p. 29. T. 1. ταύτην δὲ τῷ μὲν σχήματι φασὶν ὑπάρχειν θυρεῷ παραπλησίαν, τῷ δὲ μεγέθει &c. *Caſaub.*

2. Καὶ τοῦ ἀσασόβα) Superiori libro vocabatur Ἀσταγάβα. Sed hanc lectionem omnes auctores confirmant. *Idem.*

3. *Siliquaſtro*) Κερατεία eſt in Græco, interpres κερατεία videtur legiſſe quem ſecutus ſum, Græca voce relicta. ſi quis forte eſt qui novit eam, doceat rogo. *Xyland.*

4. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Μερόης, ἥτε Ψεβώα λίμνη μεγάλη) Scribe: ἥ τε Ψεβὼ λίμνη μεγάλη. Nam ἐθνικὸν Ψεβοΐτης, non Ψεβῶος. Salm. Ex Plin. p. 269.

5. Ἥ τε Ψεβώα λίμνη) Aliis Ψεβὼ dicitur, vide Stephan. *Caſaub.*

6. Τρίχινα πλέγματα εὐφῆ. *Tegmina è pilis bene contexta.*) Intelligit & vertit Xylander *bene contexta*, quod eſt ſpiſſa & minime rara. Secus vero intelligo rara, levia, & quæ nulla cum difficultate & parvo labore texuntur, facilia textu. *Palmer.*

 1. Τῶν

A τὸ δὲ θνητόν, ἀνώνυμόν τινα, καὶ οὐ σαφῆ, ὡς δ' ἐπιτοπολὺ τοὺς εὐεργέτας, καὶ βασιλικοὺς θεοὺς νομίζουσι, καὶ τούτων τοὺς μὲν βασιλέας κοινοὺς ἁπάντων μὲν σωτῆρας καὶ φύλακας, τοὺς δ' ἰδιώτας, ἰδίως τοῖς εὖ παθοῦσιν ὑπ' αὐτῶν. [1] Τῶν δὲ πρὸς τῇ διακεκαυμένῃ τινές, καὶ ἄθεοι νομίζονται· * οἵ γε καὶ τὸν ἥλιον ἐχθαίρειν, καὶ κακῶς λέγειν ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη. Οἱ δ' ἐν Μερόῃ, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Πᾶνα, καὶ Ἶσιν σέβονται πρὸς ἄλλῳ τινὶ βαρβαρικῷ. Τοὺς δὲ νεκροὺς οἱ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν ἐκρίπτουσιν, οἱ δ' οἴκοι κατέχουσι περιχέαντες
B ὕαλον· τινὲς δὲ ἐν κεραμίαις σοροῖς κατορύττουσι κύκλῳ τῶν ἱερῶν· ὅρκον τε τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπαιτοῦσι, καὶ πάντων ἁγιστεύουσι μάλιστα. [2] Βασιλέας τε καθιστᾶσι τοὺς κάλλει διαφέροντας ἢ ἀρετῇ, κτηνοτροφίας ἢ ἀνδρείας, ἢ πλούτου· Ἐν δὲ τῇ Μερόῃ κυριωτάτην τάξιν ἐπεῖχον οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιόν· οἵ γε καὶ τῷ βασιλεῖ προσέταττον ἔσθ' ὅτε ἀποθνήσκειν πέμψαντες ἄγγελον, καὶ καθίστασαν ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον·
p. 823. ὕστερον δὲ κατέλυσέ τις τῶν βασιλέων τὸ ἔθος, ἐπιὼν μεθ' ὅπλων ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὅπου ὁ χρυσοῦς νεώς ἐστι, καὶ τοὺς ἱερέας ἀποσφάξας πάντας.
C Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἔθος Αἰθιοπικόν· ὃς γὰρ ἂν τῶν βασιλέων * πηρωθῇ μέρος τι τοῦ σώματος ὁπωσοῦν, τὸ αὐτὸ πάσχουσιν οἱ συνόντες αὐτῷ μάλιστα, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ συναποθνήσκουσιν· ἐκ δὲ τούτου φυλακὴ τοῦ βασιλέως ἐστὶ πλείστη παρ' αὐτῶν· περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀρκείσθω ταῦτα. Τοῖς δ' Αἰγυπτιακοῖς, καὶ ταῦτα προσθετέον ὅσα ἰδιάζοντα, οἷον ὁ Αἰγύπτιος λεγόμενος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον, καὶ ἡ βίβλος· ἐνταῦθα γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖς μόνον· [3] ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον, καὶ παρ' Αἰθίοψι, δένδρον μέγα καρπὸν ἔχον γλυκὺν καὶ μέγαν· καὶ ἡ συκάμινος ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκόμορον· σύκῳ γὰρ ἔοικεν· ἄτιμον δ' ἐστὶ κατὰ τὴν γεῦσιν· γίνεται δὲ καὶ τὸ κόρσιον,
D ὅμοιον τῷ πεπέρει τράγημα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον. Ἰχθύες δ' ἐν τῷ Νείλῳ [5] πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χαρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον· γνωριμώτατοι δὲ ὅ, τε ὀξύρυγχος,

* Scripti, οὕς γε καὶ τὸν ἥλιον φασὶν ἐχ.

*Manuss. q. τρωθῇ.

alterum mortalem, qui nomine careat, & non sit congnitu facilis: plerunque autem eos à quibus beneficium acceperunt, & regios, pro diis habent: reges suos communes omnium servatores & custodes esse, cæteros verò privatim eorum quibus benefecerunt. Ex iis qui ad torridam habitant, nonnulli sunt qui deos non credunt, qui quidem Solem oderint, & detestentur cùm eum exoriri vident, propterea quod eos urat & infestet: atque ob id in paludes fugiunt. Meroë cultores etiam Herculem, Panem & Isidem venerantur: ac præterea quendam deum barbaricum. Mortuos alii in flumen abjiciunt, alii circumfuso vitro domi servant, alii in fictilibus alveolis eos circum templa defodiunt. Jusjurandum per eos exigunt, & sanctimoniam adhibent. Regem constituunt eum, qui vel forma vel alendorum pecorum virtute, vel robore, vel opibus excellat. Antiquitus Meroë summa potestas fuit penes sacerdotes, tantaque auctoritas, ut nonnunquam misso nuntio mortem regi imperarent, & ei alium sufficerent. Postmodo rex quidam consuetudinem hanc abolevit, cum manu armata in fanum irruens, ubi aureum sacellum erat, & sacerdotes omnes jugulans. Is etiam Aethiopibus mos est, ut ubi, rex aliqua parte corporis mutilatur, familiares idem quoquo modo patiantur, & cum eo etiam moriantur: idcirco maxima regi custodia adest. Ac de Aethiopicis quidem hactenus. ¶ Aegyptiacis vero ea adjicienda sunt, quæ illorum propria dicuntur, ut Aegyptia faba, ex qua ciborium fit, item biblus. Hæc enim solum ibi sunt & in India. Persica vero ibi & in Aethiopica solum, arbor magna fructu dulci & grandi. Item morus, quæ fructum fert qui sycomorum dicitur: nam ficui persimilis est, gustatu vero ignobili. Nascitur etiam corsium fructus 4 piperi similis, aliquanto tamen major. Pisces in Nilo permulti sunt ac diversi, qui propriam quandam & regioni convenientem formam habent: sed maxime noti sunt Oxyrynchus,

1. *Τῶν δὲ πρὸς τῇ διακεκαυμένῃ τινες*) Atlantes hi vocantur: de quibus vide apud Herodotum in Melpomene. (Lib. IV. cap. 184.) *Casaub.*

2. *Βασιλέας τὲ καθιστᾶσι τοὺς κάλλει διαφέροντας*) Notavit Herodotus, & ex eo alii. Aristoteles in Politicis Lib. IV. c. 4. ait in quadam Æthiopiæ parte deferri regna ad eos qui *μεγέθει διαφέρουσι*. *Idem.*

3. *Ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον καὶ παρ Αἰθίοψι*) Supra scribebatur *περσαία*. In Diodoro *περσίαι* vel *περσαῖαι*. Hanc arborem emi vendique vetat lex pri. Cod. De cupressis ex luco Daphnensi, vel perseis &c. *Idem.*

4. *Piperi similis*) Sic interpres, nam Græca *ὅμοιον τῇ πεςι τράγημα*, nihil sunt. Pisces Nili nolui vertere, re tam dubia cuique suum arbitrium relinquens, quædam ex epitomis correxi pro *στρακίνων* legi *ὀστρακίνων*. Si vis, Stracinouem, piscem fac. *Xyland.*

5. *Πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι*) Ut qui *τυφλῖνος* vocatur. de quo Hesychius. Pisces vero Nili enumerat Athenæus libro septimo. *Casaub.*

1. Ὡς

& lepidotus, & lates, & alabes, & coracinus, & porcus, & phagrorius, quem etiam phagrum vocant. Item silurus, & citharus, & thrissa, mugil, ostracea dilychnus, physa, bos: item cochleæ ingentes, quæ vocem ululatui similem edunt. Animalia quoque sua habet, ichneumonem, & Aegyptiam aspidem, quæ proprium quiddam habet, præter alias aliorum locorum: ea duplex est, altera dodrantalis, quæ celerius interficit, altera ulnæ ferè longitudine, ut & Nicander ait, qui de serpentibus scripsit. Ex avibus est ibis, & accipiter Aegyptius, qui mansuetior est iis, qui alibi sunt, quemadmodum & felis. Habent & corvum nocturnum peculiarem, nam apud nos aquilæ magnitudine est, & grave canit: in Ægypto verò graculi magnitudine voce diversa. Mansuetissima est ibis, magnitudine & figura ciconiæ persimilis: color duo genera facit: nam alterum totum nigrum est, alterum ciconiæ simile. Alexandriæ nullum non trivium eis plenum est, partim utiliter, partim inutiliter. Utiliter, quatenus omnes serpentes & omnes macelli & fororum opsonoriorum sordes colligit: inutiliter vero, quia omnivora & immunda est, nec facile à mundorum & alienorum contaminatione prohiberi potest. Verumque illud Herodoti est: Aegyptiorum esse, lutum manibus tractare, massam vero ex qua panis fit, pedibus. Caces quoque apud eos peculiare est quoddam panis genus, quod ventrem sistit. Et cicci, (*hoc est ricinus*) qui in arvis seritur, oleumque ex eo exprimitur, quo omnes fere indigenæ ad lucernam utuntur: pauperiores vero & operarii ad unctionem, tum viri, tum mulieres. Item coccinea texta Aegyptiaca è stirpe quadam conficiuntur, junceis & palmaceis similia: zythus quanquam peculiariter apud illos fiat, tamen communis est eis cum multis, & apud diversos diverse conficitur. Id de maxime laudatis eorum moribus est,

A καὶ ὁ λεπιδωτὸς, καὶ * λάτης, καὶ ἀλάβης, καὶ κορακῖνος καὶ χοῖρος, καὶ φαγρώριος, ὃν καὶ * φάγρον καλοῦσιν· ἔτι σίλουρος, κιθαρὸς, θρίσσα, κεστρεύς· ὀστρακίων, δίλυχνος, φύσα, βοῦς, κοχλίαι μεγάλοι φωνὴν * ὀλολυγοῦσιν ὁμοίαν φθεγγόμενοι· ζῶα ἐπιχώρια, καὶ ὁ ἰχνεύμων, καὶ ἡ ἀσπὶς ἡ Αἰγυπτία. Ἴδιον δέ τι ἔχουσα παρὰ τὰς ἐν ἄλλοις· διττὴ δ' ἐστὶν, ἡ μὲν σπιθαμιαία, ἥπερ καὶ ὀξυθανατωτέρα, ἡ δ' ἐγγὺς ὀργυιᾶς, [1] ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ τὰ θηριακὰ γράψας εἴρηκε· καὶ τῶν ὀρνέων ἶβις, καὶ ἱέραξ ὁ Αἰγύπτιος, ἥμερος γὰρ παρὰ * τοὺς ἄλλοθι, ὡς καὶ ἡ αἴ-
B λουρος, καὶ ὁ νυκτικόραξ ἰδιότροπος ἐνθάδε· παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ἀετοῦ μέγεθος * ἔχει καὶ φθέγγεται βαρύ· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ κολοιοῦ μέγεθος, καὶ φθογγὴν διάφορον· [2] ἡμερώτατον δ' ἡ ἶβις, πελαργώδης μὲν κατὰ σχῆμα, καὶ μέγεθος· διττὴ δὲ τὴν χρόαν· ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δὲ ὅλη μέλαινα· μεστὴ δ' αὐτῶν ἅπασα τρίοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, πῆ μὲν χρησίμως, πῆ δ' οὐ χρησίμως· χρησίμως μὲν ὅτι πᾶν θηρίον ἐκλέγει, καὶ τὰ ἐν τοῖς κρεωπωλείοις, καὶ τοῖς * ὀψοπωλείοις ἀποκαθάρματα· δυσχρήστως δὲ, ὅτι παμφάγον, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ δυσκόλως ἀπειργόμενον, ἀπὸ τῶν κα-
C θαρίων, καὶ τῶν ἀλλοτρίων, [καὶ] μολυσμοῦ παντός. Ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ Ἡροδότου· καὶ ἔστιν Αἰγυπτιακὸν τὸ, τὸν μὲν πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρᾶν, τὸ δὲ στέαρ τὸ εἰς τὴν ἀρτοποιίαν τοῖς ποσί· [3] Καὶ οἱ κάκεις δὲ ἴδιόν τι ἄρτου γένους, σταλτικὸν κοιλίας· [4] καὶ τὸ κίκι, καρπός τις σπειρόμενος ἐν ἀρούραις, ἐξ οὗ ἔλαιον ἀποθλίβεται, εἰς μὲν λύχνον τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας σχεδόν τι πᾶσιν, εἰς ἄλειμμα δὲ τοῖς πενεστέροις καὶ ἐργατικωτέροις, καὶ ἀνδράσι, καὶ γυναιξί· [5] καὶ τὰ κόκκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐστι, φυτοῦ τινος, ὅμοια τοῖς σχοινίοις ἢ φοινικίνοις. Τὸ δὲ ζῦθος ἰδίως μὲν
D σκευάζεται παρ' ἐκείνοις· κοινὸν δ' ἐστὶ πολλοῖς· καὶ παρ' ἑκάστοις δὲ αἱ σκευασίαι διάφοροι. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς,

* Scripti, λατός.
* Scripti, q. φραγώριος.
* Interpr. ὀλολύζουσιν.
* Vulgo, τοὺς ἄλλους.
* Scripti, ἴσχει.
* Vulgo, ὀψοπώλαις.
p. 824.

1. Ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ τὰ θηριακὰ γράψας εἴρηκε) Nicandri versus,
Τῆς ἤτοι μῆκος μὲν, ὃ κενύτατον ἔτρεφεν αἶα,
Ὀργυιῇ μετρητόν. *Casaub.*

2. Ἡμερώτατον δὲ ἡ Ἶβις) De Ibi præter Herodotum II. 65, 75, 76. Aristotelem, Plinium & Ælianum, sic Cicero de N. D. I. 36. *Ibes maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cum volucreis angueis ex vastitate Lybiæ vento Africo invectas, interficiunt, atque consumunt. Ex quo fit, ut illæ, nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ.* Idem. Figuram vide apud Jac. de Wilde Sign. Antiq. N. XIII.

3. Καὶ οἱ κάκεις δὲ ἴδιόν τε ἄρτου γένους) Herodoto Lib. I. cap. 77. κολλῆς vel κολλῆστις, certum est panis genus apud Ægyptios. *Idem.*

4. Καὶ τὸ κίκκι καρπός τις) Herodoti L. II. c. 94. & Plinii codices uno κ scribunt κίκι, quod grammatici confirmant. *Idem.*

5. Καὶ τὰ κόκκινα δὲ πλέγματα) Legebatur κατὰ κόκκινα ineptissime. Sed nec libri veteres quos sumus secuti mendo carent. Legendum enim καὶ τὰ κοΐκινα. Hesychius, Κόϊκες, ἐν Αἰθιοπίᾳ φοινίκων εἶδος καὶ τὰ πεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων τοῦ δενδροῦ σκεύη, φορμοί. Vide etiam Pollucem. L. VI. c. 11. *Idem.*

5. Καὶ τὰ κούκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐστι) Male vir eruditus corrigebat κοΐκινα, cum scripti haberent κόκκινα. Salm. Exer. Plin. Edit. Ult. p. 574.

A 1 τὸ πάντα τρέφειν τὰ γεννώμενα παιδία. καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν, ὅπερ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμιμον· καὶ οὗτοι δέ εἰσιν Αἰγύπτιοι τὸ ἀνέκαθεν καθάπερ εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ ἐκείνων λόγῳ. 2 Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος μηδὲν ἀνατρέχειν ὄψον εἰς τὸν Νεῖλον ἐκ τῆς θαλάττης, πλὴν κεστρέως, καὶ θρίσσης, καὶ δελφῖνος διὰ τοὺς κροκοδείλους· τοὺς μὲν δελφῖνας διὰ τὸ κρείττους εἶναι· τοὺς δὲ κεστρέας παραπέμπεσθαι ὑπὸ τῶν χοίρων παρὰ γῆν, κατά τινα οἰκείωσιν φυσικήν· τῶν δὲ χοίρων ἀπέχεσθαι τοὺς κροκοδείλους, στρογγύλων ὄντων, καὶ ἐχόντων ἀκάνθας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φερούσας κίνδυνον τοῖς θηρίοις· B ἀναθεῖν μὲν οὖν ἔαρος τοὺς κεστρέας γόνον ἔχοντας· μικρὸν δὲ πρὸ δύσεως πλειάδος καταβαίνειν τεξομένους ἀθρόους, ὅτε καὶ ἡ ἅλωσις αὐτῶν γίνεται περιπιπτόντων τοῖς φράγμασιν ἀθρόον· τοιαύτην δέ τινα εἰκάζειν ἐστὶ, καὶ περὶ τῆς θρίσσης αἰτίαν. Ταῦτα καὶ περὶ Αἰγύπτου.

3 ΠΕΡΙ ΔΕ ΛΙΒΥΗΣ ἐφεξῆς λέγωμεν, ὅπερ συμπάσης τῆς γεωγραφίας λείπεται μέρος. 4 Εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον πολλὰ περὶ αὐτῆς, ἀλλὰ νῦν ὅσα καίρια προσυπομνηστέον, προσθέντας, καὶ τὰ μὴ λεχθέντα πρότερον. Οἱ μὲν πρὸς ἠπείρους τὴν C οἰκουμένην διελόντες, ἀνίσως διεῖλον· ἐμφαίνει γὰρ τὸ τριχῆ, τὸ εἰς τρία ἴσα· τοσοῦτον δ' ἀπολείπεται τοῦ τρίτον εἶναι μέρος τῆς οἰκουμένης ἡ Λιβύη, ὥστε καὶ συντεθεῖσα μετὰ τῆς Εὐρώπης οὐκ ἂν ἐξισάζειν δόξειε τῇ Ἀσίᾳ· τάχα δὲ καὶ τῆς Εὐρώπης ἐλάττων ἐστί· κατὰ δὲ τὴν δύναμιν, καὶ πολλῷ τινι· ἔρημος γάρ ἐστιν ἡ πολλὴ τῆς μεσογαίας, καὶ τῆς παρωκεανίτιδος· κατοικίαις δὲ κατάστικτός ἐστι μικραῖς, καὶ σποράσι καὶ Νομαδικαῖς ταῖς πλείσταις· πρὸς δὲ τῇ ἐρημίᾳ, καὶ τὸ θηριοτρόφον * ἐξελαύνειν, καὶ ἐκ τῆς δυναμένης οἰκεῖσθαι· πολὺ δὲ καὶ τῆς διακεκαυμένης ἐπιλαμ- D βάνει ζώνης. Ἡ μέν τοι καθ' ἡμᾶς εὐδαιμόνως οἰκεῖται πᾶσα παραλία ἡ μεταξὺ Νείλου, καὶ Στηλῶν, καὶ μάλιστα ἡ ὑπὸ Καρχηδονίοις γενομένη· ἀνυδρίαι τέ τινες κἀνταῦθα παρεμπίπτουσιν,

*Forte ἐξελαύνει. vel ὥστ' ἐξελαύνειν.

p. 825.

quod omnem prolem educant, circumcidunt etiam mares: & fœminas excidunt, quod Judæis est legitimum, qui (ut supra diximus cum de eis loquеremur) origine sunt Aegyptii. Auctor est Aristobulus, nullum piscem è mari in Nilum ascendere, crocodilorum metu: præter mugilem, thrissam & delphinum hunc qui crocodilo est præstantior: mugiles quia à porcis secus terram deducantur stipati, ob quandam naturalem societatem. Crocodilos vero à porcis abstinere, qui cum rotundi sint, & spinas ad caput habeant, periculum ipsis creant. Ascendere itaque mugiles ille inquit, in vere, cum prægnantes sunt: descendere autem paulo ante Virgiliarum occasum confertim, ut ibi pariant, ac tum in septa incidentes frequentes capi. Hujusmodi de alosa etiam licet causam comminisci. Ac de Aegypto quidem hactenus.

De Libya (*hoc est Aphrica*) deinceps dicendum est, quæ una totius terrarum descriptionis pars restat. Sane ante etiam multa de hac diximus, nunc quod tempestivum videbitur commemorabimus, & si quæ dicta prius non fuëre, addemus. Qui totam terram in continentes divisere, inæqualiter diviserunt. Etenim existimo id divisum esse trifariam, quod in tria æqua dividitur. Sed tantum abest Aphricam terram esse orbis partem, ut etiam Europæ addita, Asiam non æquet, ac fortasse quantitate minor est quam Europa: virtute profecto multo est inferior: nam maxima mediterraneæ pars & regio circa oceanum deserta: præterea habitationibus & sparsis, & magna ex parte incertis sedibus vagantium hominum distincta est. Ad solitudinem accedit, quod è multis quæ habitari possent locis, feræ quas alit homines arcent. Magna quoque ejus pars torridæ zonæ subjicitur. Nostrâ quidem ætate feliciter habitatur ea maris ora, quæ inter Nilum atque Herculis columnas jacet, maximè ea quæ sub Carthaginensibus fuit: quanquam ibi loca quædam intercidunt, siti vasta:

1. Τὸ πάντα τρέφειν τὰ γενώμενα παιδία) Merito hoc institutum Ægyptiorum laudat: Nam apud alias gentes prolem exponere nimis crescentem, moribus fuit receptum: quod Tertullianus in libro adversus gentes merito exagitat, neque eam crudelissimam consuetudinem Aristoteles Politic. VII. c. 16. in totum aut damnat aut probat. Ælianus Thebanos hac culpa alicubi (Var. Hist. II. c. 7.) liberat. (De Romanis vide Dionysium Halicarn. Lib. II. cap. 15.) *Casaub.* De partus expositione & nece apud veteres elegantissimum Commentarium edidit Vir Celeberrimus, summusque jurisconsultus Gerardus Noodt, qui inscribitur *Julius Paulus*.

2. Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος) Idem notatum L. XV. *Idem.*

3. Περὶ δὲ Λίβυης ἐφεξῆς λέγωμεν) Post descriptas Europam & Asiam, subjicit de Africa quædam. Hanc veteribus fere incognitam, nostra autem & patrum nostrorum ætate Hispanorum, Lusitanorum navigationes nobis aperuisse constat: quare eorum scripta legantur. *Idem.*

4. Εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον) Lib. II. & L. III. quædam, & alibi obiter. *Idem.*

qualia circa Syrtes & Marmaridas & Catabathmum ſunt. Aphricæ figura eſt, ſi quis in plano conſideret, rectangula triquetra. Baſis eſt ora nobis obverſa ab Aegypto atque Nilo uſque in Mauritaniam & Herculis columnas: ad rectum vero angulum ei efficitur latus à Nilo per Aethiopiam ductum, ſi id ejiciamus uſque ad oceanum. Latus vero recto angulo ſubtenſum, eſt regio tota, quæ ad oceanum jacet, inter Aethiopes atque Mauritaniam. Loca quæ circa ipſum dictæ figuræ verticem, jam torridæ ſubjacent, tantum freti conjectura quadam dicimus: propterea quod inacceſſa ſunt: unde nec maximam regionis hujus latitudinem dicere promptum eſt. In ſuperioribus tamen hoc diximus, ex Alexandria in Meroën Aethiopici regni caput eunti, auſtrum verſus eſſe ſtadia ferè CCIƆƆ: inde recti ad exuſtæ fines & habitabilis alia ſtadiorum III millia. Maxima itaque Africæ latitudo ponenda eſt XIII, quatuordecimve millium ſtadiorum: longitudo paulò minor quàm dupla. Atque hæc de Libya in univerſum dicta ſunt. ¶ Nunc ſingula percurremus, ab occidentalibus clarioribuſque partibus initio ſumto. Ibi ergo habitant, qui à Græcis Mauruſii appellantur, Libyca gens & magna & opulenta. Romani & indigenæ Mauros vocant: ab Hiſpania oppoſita mari anguſto diremtos. Juxta eſt etiam fretum, ad Herculis columnas, de quo jam multa dicta ſunt. Extra columnarum fretum procedenti ita ut ad ſiniſtram ſit Africa mons eſt, quem Græci Atlantem nominant, barbari Dyrim. Inde proceſſus quidam eminet, extrema Mauritaniæ pars, occidentem verſus, & Cotes appellatur: ponè etiam eſt oppidulum ſupra mare, id barbari Tinga vocant, Artemidorus Linga, Eratoſthenes Lixum, & contra Gades eſt ſitum, freto IƆCCC ſtadiorum diremtum, ac tantumdem diſtat à freto columnarum. Lixo & Cotibus ad auſtrum ſinus adjacet, qui Emporicus vocatur, & diverſoria mercatoria habet Phœnicibus

A οἷαι αἱ περί τε τὰς Σύρτεις, καὶ τὰς Μαρμαρίδας, καὶ τὸν Καταβαθμόν. Ἔστι δὲ ὀρθογωνίου τριγώνου τὸ σχῆμα, ὡς ἄν τις ἐν ἐπιπέδῳ νοήσειε, βάσιν μὲν ἔχον τὴν καθ' ἡμᾶς παραλίαν, τὴν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, καὶ Νείλου μέχρι Μαυρουσίας καὶ Στηλῶν· * πρὸς ὀρθὴν δὲ ταύτῃ πλευρὰν τὴν ὁ Νεῖλος ποιεῖ μέχρι Αἰθιοπίας, προσεκβαλλόντων ἡμῶν ἕως Ὠκεανοῦ· τὴν δὲ ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ τὴν παρωκεανῖτιν ἅπασαν τὴν μεταξὺ Αἰθιόπων, καὶ Μαυρουσίων. Τὸ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν τοῦ λεχθέντος σχήματος, ἤδη πως ὑποπίπτον τῇ διακεκαυμένῃ, λέγομεν ἐξ εἰκασμοῦ διὰ τὸ ἀπρόσιτον, ὥστ' οὐδὲ τὸ μέγιστον ἂν πλάτος τῆς

*Scripti, q. πρὸς ὀρθὰς δὲ ταύτῃ πλευρὶς.

B χώρας ἔχοιμεν ἂν λέγειν· τὸ μέν τοι τοσοῦτον, ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις ἔφαμεν, ὅτι ἐξ Ἀλεξανδρείας εἰς Μερόην τὸ βασίλειον τῶν Αἰθιόπων πρὸς νότον ἰόντι, στάδιοί εἰσι περὶ μυρίους· ἐκεῖθεν δ' ἐπ' εὐθείας ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς διακεκαυμένης, καὶ τῆς οἰκουμένης, ἄλλοι τρισχίλιοι· τὸ γοῦν αὐτὸ θετέον τὸ μέγιστον πλάτος τῆς Λιβύης, μυρίους, καὶ τρισχιλίους, ἢ τετρακισχιλίους σταδίους· μῆκος δὲ μικρῷ ἔλαττον, ἢ διπλάσιον. Τὰ καθόλου μὲν ταῦτα περὶ Λιβύης. Τὰ καθέκαστα δὲ λεκτέον, ἀρξαμένοις ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν, καὶ ἐπὶ ἐπιφανεστέρων· Οἰκοῦ-

C σι δ' ἐνταῦθα [1] Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Λιβυκὸν ἔθνος μέγα, καὶ εὔδαιμον, Μαῦροι δ' ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν ἐπιχωρίων, ἀντίπορθμον τῇ Ἰβηρίᾳ. Κατὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ κατὰ τὰς στήλας τὰς Ἡρακλείους πορθμός ἐστι, περὶ οὗ πολλὰ εἴρηται. Ἔξω δὴ προελθόντι τοῦ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ, τὴν Λιβύην ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντι, ὄρος ἐστὶν, ὅπερ οἱ μὲν Ἕλληνες Ἄτλαντα καλοῦσιν, οἱ βάρβαροι δὲ Δύριν. Ἐντεῦθεν δὲ πρόπους ἔκκειταί τις ὕστατος πρὸς δύσιν τῆς Μαυρουσίας, αἱ Κώτεις λεγόμεναι· πλησίον δὲ καὶ πολίχνιον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάτ-

D της, ὅπερ Τίγγα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, [2] Λίγγα δὲ Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευκε, Ἐρατοσθένης δὲ Λίξον· κεῖται δ' ἀντίπορθμον τοῖς Γαδείροις ἐν διάρμασι σταδίων ὀκτακοσίων, ὅσον ἑκάτερα διέχει τοῦ κατὰ τὰς Στήλας πορθμοῦ· πρὸς νότον δὲ τῇ Λίξῳ καὶ ταῖς Κώτεσι, παράκειται κόλπος, Ἐμπορικὸς, καλούμενος ἔχων Φοινικικὰς p. 826.

1. Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλ.) Notant hoc & alii. Sed Livius Lib. XXIV. cap. 49. Mauruſios dicere non dubitat aliquando: & contra Dio Græce ſcribens Μαυριτανίαν interdum dicit, non Μαυρουσίαν. *Caſaub.*

2. Λίγγα δ' Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευσε) Τίγγα ergo & Λίγγα & Λίξον ejuſdem oppidi eſſe nomen putare debemus. Ptolemæo Λίξ fluvius eſt, Λίξα urbs. Alexandro cuidam apud Stephanum fluvius Λίξος dicitur, urbs Λίξα. Jam ſæpe diximus nullam certam analogiam eſſe veteres ſecutos in efferendis barbaris nominibus. Cave vero confundas urbem hanc cum Tingi Mauritaniæ: quam nemo veterum Lyxum appellavit, ut recte affirmavit Hermolaus Barbarus: male à quibuſdam reprehenſus, qui non videntur animadvertiſſe quid inter Tingin & hanc urbem interſit. *Idem.*

ἐμπορικὰς κατοικίας· ἐστὶ μὲν οὖν πᾶσα ἡ συνεχὴς τῷ κόλπῳ τούτῳ παραλία κολπώδης, ὑπεξαιρουμένῳ δὲ τοὺς κόλπους καὶ τὰς ἐξοχὰς κατὰ τὸ σχῆμα τὸ τριγωνοειδὲς ὃ ὑπέγραψα νοείσθω μᾶλλον ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἅμα, καὶ τὴν ἕω λαμβάνουσα τὴς αὔξησιν ἡ ἤπειρος. Τὸ δ᾽ ὄρος διὰ μέσης ἐκτεινόμενον τῆς Μαυρουσίας τὸ ἀπὸ τῶν Κώτεων μέχρι Σύρτεων, οἰκεῖται, καὶ αὐτὸ καὶ ἄλλα παράλληλα αὐτῷ· κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ὑπὸ τῶν Μαυρουσίων, ἐν βάθει δὲ τῆς χώρας ὑπὸ τοῦ μεγίστου τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν, οἳ Γαιτοῦλοι λέγονται. Πλεῖστα δὲ πλάσματα τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ τῇ ἐκτὸς * παρεψεύσαντο οἱ συγγραφεῖς, [2] ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ ὀφρύα περίπλου, περὶ ὧν ἐμνήσθημεν δή που, καὶ πρότερον· καὶ νῦν δὲ λέγομεν, συγγνώμην αἰτούμενοι τῆς τερατολογίας, ἐάν που βιασθῶμεν ἐκπεσεῖν εἰς τι τοιοῦτον, φεύγοντες τὸ πάντα σιγῇ παραπέμπειν, καὶ τρόπον τινὰ πηροῦν τὴν ἱστορίαν. * Φασὶ γοῦν τὸν Ἐμπορικὸν κόλπον, ἄντρον δ᾽ ἔχειν εἴσω δεχόμενον τὴν θάλατταν ἐν ταῖς πλημμυρίσι, μέχρι καὶ ἑπτὰ σταδίων· προκείμενον δὲ τούτου ταπεινὸν, καὶ ὁμαλὸν χωρίον, ἔχων Ἡρακλέους βωμὸν, ὃν οὐκ ἐπικλύζεσθαι φασὶν ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος· ἓν μὲν δή τι τῶν πλασμάτων νομίζω τοῦτο. Ἐγγὺς δὲ * τούτου· τὸ ἐν τοῖς ἑξῆς κόλποις κατοικίας λέγεσθαι παλαιὰς Τυρίων, ἃς ἐρήμους εἶναι νῦν οὐκ ἐλαττόνων ἢ τριακοσίων πόλεων· ἃς οἱ Φαρούσιοι καὶ οἱ Νιγρῆται ἐξεπόρθησαν· διέχειν δὲ τούτους τῆς Λιγγὸς φασὶν ἡμερῶν τριάκοντα ὁδόν. Τὸ μέντοι τὴν Μαυρουσίαν εὐδαίμονα εἶναι χώραν, πλὴν ὀλίγης ἐρήμου, καὶ ποταμοῖς, τε καὶ λίμναις κεχορηγῆσθαι, παρὰ πάντων ὁμολογεῖται. Μεγαλόδενδρός τε, καὶ πολύδενδρος ὑπερβαλλόντως ἐστὶ, καὶ πάμφορος· τὰς γοῦν μονοξύλους τραπέζας ποικιλωτάτας, καὶ μεγίστας ἐκείνη τοῖς Ῥωμαίοις χορηγεῖ. Τοὺς δὲ ποταμοὺς ἔχειν φασὶ καὶ κροκοδείλους, καὶ ἄλλα γένη ζώων ἐμφερῆ τοῖς ἐν τῷ Νείλῳ· τινὲς δὲ καὶ τοῦ Νείλου πηγὰς πλησιάζειν οἴονται τοῖς ἄκροις τῆς Μαυρουσίας. Ἐν ποταμῷ δέ τινι γίνεσθαι βδέλλας ἑπταπήχεις κατατετρημένα ἐχούσας τὰ βραγχία δι᾽ ὧν ἀναπνέουσι. Καὶ ταῦτα δὲ λέγουσι περὶ τῆς χώρας, ὅτι ἄμπελος φύεται δυσὶν ἀνδράσι τὸ πάχος δυσπερίληπτος, βότρυν πηχυαῖον πως ἀποδιδοῦσα· βοτάνη τε ὑψηλὴ πᾶσα δὲ καὶ λάχανον νεαρὸν καὶ δρακόντιον, οἱ δὲ τῶν σταφυλίνων καυλοὶ καὶ ἱππομαράθου, καὶ σκολύμων δώδεκα πήχεις:

* Scripti, προσεψεύσαντο.

* Scripti, Φασὶ δ᾽ οὖν.

* Scripti, τούτων.

A mercatoribus deſtinata. Tota quidem ora huic ſinui continua, ſinuoſa eſt: ſinus & proceſſus ſi demas, quæ ſunt in triangula Africæ figura à nobis deſcripta. Id tenendum eſt, continentem plurimum ad meridiem atque orientem excreſcere. Mons qui à Cotibus uſque in Syrtes per mediam Mauritaniam tendit, & ipſe, & montes qui cum eo paribus porriguntur ſpaciorum diſtantiis, commode habitantur, in initio quidem à Mauruſiis: in ipſo vero regionis intimo, à maxima Libyæ natione, qui Gætuli appellantur. Plurimas fabulas oræ exteriori Libyæ adfinxere ſcriptores, à [1] ſupercilii ora circumnaviganda orſi: de quibus etſi ſupra mentio habita eſt, nunc tamen nonnihil dicemus: veniam præfati ſicubi nolentes omnia ſilentio præterire, & narrationem utcunque plenam facere cupientes, monſtroſa quædam referemus. Ajunt ergo in Emporico ſinu antrum eſſe, quod mare in inundationibus in ſe uſque ad ſeptem ſtadia admittat: ante hoc antrum locum eſſe humilem, & planum, in quo Herculis ara ſit, qui nunquam tegatur aquarum adfluxu: hoc ego inter figmenta numero. Huic accedit, quod in ſequentibus finibus tradunt, antiquas ſcilicet Tyriorum habitationes, quæ nunc deſertæ ſunt, urbes non pauciores CCC, quas Pharuſii ac Nigretes exciderint. Dicunt hos à Linge diſtare itinere dierum XXX. Enimvero Mauritaniam feracem eſſe (parte ea demta quæ deſerta eſt) fluminibuſque ac lacubus abundare, omnes tradidere. Arbores profecto & multas & magnas habet, & omnium rerum eſt ferax, quin & menſas ex uno eoque integro ligno varias Romanis ſuppeditat. Amnes ejus crocodilos, & alia animalia habere narrant, eorum ſimilia quæ ſunt in Nilo. Quidam etiam opinantur Nili ortum extremis Mauritaniæ partibus propinquum eſſe. In quodam flumine arundines naſci ſeptem cubitorum longitudine, branchiis, quarum opera reſpirant, foraminibus pertuſis. Tum in ea regione vitem naſci, cuius caudicem vix duo homines complecti queant, racemum eſſe cubitalem, & omnem herbam altam, & olus novum, & dracontium. Staphylinorum, hippomarathi & cinararum caules duodenûm cubitorum, craſſitudine palmorum quaternûm.

B

C

D

1. *Supercilii*) Quid ſint ſupercilia, intelligunt qui honeſtas tranſlationes in hoc genere conſiderant. ὀφρὺς nomen eſt in hac tractatione frequens: Ophrya quid ſit, ne conjicere quidem poſſum. *Xyland.*

2. Ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ Ὀφρύα περίπλου) Manuſcripti, ἀπὸ τοῦ Ὀφέλλα παράπλου. Nihil hic ſuccurrit: quod quidem affirmare auſim. *Caſaub.*

Nutrit hæc regio dracones, elephantos, capreas, bubalos, & similia animalia: item leones, ac pardales: fert etiam mustelas, felibus pares ac similes, nisi quod illarum rostra magis prominent: simiarum quoque maximam multitudinem. Narrat Posidonius, se, cum è Gadibus in Italiam navigaret, in Libyæ oram delatum, ac sylvam quandam mari contiguam vidisse, simiis plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent, nonnullæ catulos haberent, & ubera præberent, nec sine risu vidisse alias uberibus graves, nonnullas etiam calvas, nonnullas herniosas, & alia quædam id genus vitia ostendentes. Supra Mauritaniam Aethiopum regio est, qui Hesperii (*nimirum occidui*) vocantur, magna ex parte male habitata. Auctor est Iphicrates, hoc in loco camelopardales gigni, & elephantes, & eos qui Rhizes vocantur, forma tauris persimiles, victu verò & mole corporum ac pugnandi robore elephantis pares. Addit magnos dracones ibi esse, quibus etiam herba superne innascatur, A leonibus elephantorum pullos invadi: quos cum sauciaverint illi matribus succurrentibus fugere, matres, cum fœtus sanguine maculatos viderint, eos interficere: leones postmodum reversos cadaveribus vesci. Bocchum Maurorum regem cum adversus Hesperios Aethiopes ascendisset, misisse dono uxori calamos Indicis similes, quorum genu quodlibet octonos chœnices caperet, & asparagos pari magnitudine. ¶ A Linge in exterius mare navigantibus est civitas Zelis, & Tiga: hinc septem fratrum monumenta, & imminens mons, multis feris & magnis arboribus plenus, nomine Bela. Columnarum fretum longitudine dicitur stadiorum centum & viginti, minima verò latitudine sexaginta juxta Elephantem. Ulterius naviganti sunt urbes & flumina complura usque ad amnem Molochath, qui Maurorum Massæsyliorumque regionem distinguit. Nominatur etiam promontorium magnum flumini proximum, & locus aridus, ac sterilis Metagonium: ac ferè mons à Cotibus huc usque pertendit. Longitudo à Cotibus usque in Massæsyliorum fines est stadiorum ↀ. Metagonium novæ Carthagini respondet, in adversa ripa oppositæ.

A τὸ δὲ πάχος παλαιστῶν τεττάρων, καὶ δρακόντων δέ, καὶ ἐλεφάντων, καὶ δορκάδων, καὶ βουβάλων, καὶ τῶν παραπλησίων ζώων, λεόντων τε καὶ παρδάλεων, παντοδαπὴ τροφὸς ἡ χώρα ἐστί. Φέρει δὲ καὶ γαλᾶς αἰλούροις ἴσας, καὶ ὁμοίας, πλὴν ὅτι τὰ ῥύγχη προπέπτωκε μᾶλλον· πιθήκων τε πάμπολυ πλῆθος· περὶ ὧν καὶ Ποσειδώνιος εἴρηκεν, ὅτι πλέων ἐκ Γαδείρων εἰς τὴν Ἰταλίαν, προσενεχθείη τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ καὶ ἴδοι τῶν θηρίων μεστόν τινα τούτων ἀλιτενῆ * δρυμόν· τῶν μὲν ἐπὶ τοῖς δένδρεσι, τῶν δ᾽ ἐπὶ γῆς * ἐνίων ἐχόντων καὶ σκύμνους, καὶ * ἐπεχόντων μαστόν· καὶ γελᾶν οὖν ὁρῶν βαρυμάστους, ἐνίους δὲ φαλακρούς, B καὶ κηλήτας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐπιφαίνοντας * σίνη. Ὑπὲρ ταύτης δ᾽ ἐστὶν ἐπὶ τῇ ἔξω θαλάσσῃ ἡ τῶν ἑσπερίων καλουμένων Αἰθιόπων χώρα, κακῶς οἰκουμένη τοπλέον. Ἐνταῦθα δὲ καὶ καμηλοπαρδάλεις φησὶν Ἰφικράτης γεννᾶσθαι, καὶ ἐλέφαντας, καὶ τοὺς καλουμένους Ῥίζεις, οἳ ταυροειδεῖς μέν εἰσι τὴν μορφήν· κατὰ δὲ τὴν δίαιταν καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἀλκὴν τὴν πρὸς μάχην, ἐλέφασιν ἐοίκασι· δράκοντάς τε λέγει μεγάλους, ὥστε καὶ πόαν ἐπιπεφυκέναι· τοὺς δὲ λέοντας τοῖς πώλοις τῶν ἐλεφάντων ἐπιτίθεσθαι· αἱμάξαντας δὲ φεύγειν ἐπιουσῶν τῶν μητέρων· τὰς δ᾽ ἐπειδὰν ἴδωσιν ᾑ- C μαγμένους, κτείνειν· ἐπανιόντας δὲ τοὺς λέοντας ἐπὶ τὰ πτώματα, νεκροφαγεῖν· Βόγον δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μαυρουσίων ἀναβάντα ἐπὶ τοὺς ἑσπερίους Αἰθίοπας, καταπέμψαι τῇ γυναικὶ δῶρα, καλάμους τοῖς Ἰνδικοῖς ὁμοίους, ὧν ἕκαστον γόνυ χοίνικας χωρεῖν ὀκτώ· καὶ ἀσπαράγων δ᾽ ἐμφερῆ μεγέθη. [1] Εἰς δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν πλέουσιν ἀπὸ Λιγγὸς, πόλις ἐστὶ Ζῆλις, καὶ Τίγα, εἶτα τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν μνήματα, καὶ τὸ ὑποκείμενον ὄρος ὄνομα Ἀβύλη, πολύθηρον, καὶ μεγαλόδενδρον. Τοῦ δὲ κατὰ τὰς στήλας πορθμοῦ, τὸ μὲν μῆκος λέγεται σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι, τὸ δ᾽ ἐλά- D χιστον πλάτος κατὰ * τὴν Ἐλέφαντα ἑξήκοντα. Εἰσπλεύσαντι δ᾽ ἑξῆς πόλεις τε καὶ ποταμοὶ πλείους μέχρι Μολοχὰθ ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει τὴν Μαυρουσίων, καὶ τὴν Μασαισυλίων γῆν. Καλεῖται δὲ καὶ ἄκρα μεγάλη πλησίον τοῦ ποταμοῦ, καὶ Μεταγώνιον τόπος ἄνυδρος καὶ λυπρός, σχεδὸν δέ τι τὸ ὄρος τὸ ἀπὸ τῶν * Κωτίων μέχρι δεῦρο παρατείνει· μῆκος δὲ τὸ ἀπὸ τῶν Κωτίων ἐπὶ τοὺς ὅρους τῶν Μασαισυλίων, στάδιοι πεντακισχίλιοι· ἔστι δὲ τὸ Μεταγώνιον κατὰ νέαν που Καρχηδόνα ἐν τῇ περαίᾳ·

p. 827.

* Scripti, δρυμῶνα.
* Forte, ἐνίων δὲ καὶ ἐχ.
* Manuss. ὑπεχόντων.
* Addidimus hanc vocem ex vett. lib.
* Scripti, τόν.
* Scripti, Κωταίων. & ita mox.

1. Εἰς δὲ τὴν ἐντὸς θάλασσαν) Semper ita hic legimus. Vulgo ἐκτὸς, quod refelluut libri veteres, neque juvat quod Plinio auctore ora interni maris ab Abyla & septem fratribus incipit. *Casaub.*

A [1] Τιμοσθένης δ' οὐκ εὖ, κατὰ Μασσαλίαν φησίν· ἔστιν ἐκ Καρχηδόνος νέας δίαρμα, εἰς Μεταγώνιον, στάδιοι τρισχίλιοι· παράπλους δ' εἰς * Μασσαλίαν ὑπὲρ ἑξακισχιλίων. Οὕτω δ' εὐδαίμονα χώραν οἰκοῦντες τὴν πλείστην οἱ Μαυρούσιοι, διατελοῦσιν ὅμως, καὶ μέχρι δεῦρο τοῦ χρόνου νομαδικῶς ζῶντες οἱ πολλοί. Καλλωπίζονται δ' ὅμως κόμης ἐμπλοκῇ καὶ πώγωνι, καὶ χρυσοφορίᾳ, σμήξει τε ὀδόντων, καὶ ὀνυχισμῷ· [2] σπάνιόν τε ἂν ἴδοις ἁπτομένους * ἀλλήλων ἐν τοῖς περιπάτοις τοῦ παραμένειν αὐτοῖς ἄθικτον τὸν κόσμον τῶν τριχῶν. [3] Μάχονται δ' ἱππόται τοπλέον [ἀπὸ ἄκοντος,] * σχοινοχαλίνοις χρώμενοι τοῖς ἵπποις, * καὶ γυμνοῖς· B ἔχουσι δὲ καὶ μαχαίρας· οἱ δὲ πεζοὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορὰς, ὡς ἀσπίδας περιβάλλονται· τὰς δὲ τῶν λεόντων καὶ παρδάλεων καὶ ἄρκτων ἀμπέχονται, καὶ ἐγκοιμῶνται. Σχεδὸν δέ τοι καὶ οὗτοι, καὶ οἱ ἐφεξῆς Μασσαίσυλοι, καὶ κοινῶς Λίβυες κατὰ τὸ πλέον, ὁμοιόσκευοί εἰσι καὶ τἄλλα ἐμφερεῖς, μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπειθέσιν, ὥστ' ἀπὸ * ῥαβδίου οἰακίζεσθαι· περιτραχήλια δὲ ξύλινα, ἢ τρίχινα, ἀφ' ὧν ὁ ῥυτὴρ ἀπήρτηται· [4] ἔνιοι δὲ καὶ χωρὶς ὁλκῆς ἕπονται ὡς κύνες· πέλτη μικρὰ βυρσίνη, πλατύλογχα μικρὰ, ἄζωστοι, πλατύσημοι χιτῶνες· C ἐπιπόρπημα, ὡς ἔφην, * δορὰ καὶ προθωράκιον. Φαυρούσιοι δὲ καὶ Νιγρῆτες οἱ ὑπὲρ τούτων οἰκοῦντες πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι, καὶ τοξεύουσι καθάπερ οἱ Αἰθίοπες· χρῶνται δὲ καὶ δρεπανηφόροις ἅρμασι· μίσγονται δὲ καὶ τοῖς Μαυρουσίοις οἱ Φαυρούσιοι διὰ τῆς ἐρήμου σπανίως ὑπὸ ταῖς κοιλίαις τῶν ἵππων ὑπαρτῶντες τοὺς ἀσκοὺς τοῦ ὕδατος· ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς Κίρταν ἀφικνοῦνται διά τινων τόπων, ἑλωδῶν * καὶ λιμνωδῶν. Τινὰς δ' αὐτῶν καὶ Τρωγλοδυτικῶς οἰκεῖν φασὶν, ὀρύττοντας τὴν γῆν. Λέγεται δὲ κἀνταῦθα τοὺς θερινοὺς ὄμβρους ἐπιπολάζειν·

p. 828.

* Sic etiam vet. cod. nec rectè Xyl. mut.

* Vulgo, ἀλλήλοις.

* Scripti, σχοινομάλοις.

* Scripti, καὶ γυμνοί.

* Scripti, ῥάβδου.

* Scripti, δορός.

* Scripti, καὶ λιμνῶν.

A Timosthenes male pronunciavit, versus Massæsyliam esse. A nova Carthagine Metagonium esse stadiorum ter mille trajectum, præternavigationem ab ea Massæsyliam usque amplius sex millibus stadiorum. Cæterum Mauri etsi adeo uberem regionem inhabitant, tamen ad hoc usque tempus, magna ex parte incertis vagantur sedibus. Hi comas cincinnis exornant, & barbam comunt, aurumque gestant, dentes tergent, unguium incrementa resecant, ac raro videas inter se contingentes, quin capillorum ornatum tangant. Pugnant B fere ab equis hastati, equis nudis utentes, & frænis è fune factis: gerunt etiam gladios. At pedites elephantorum pellibus pro clypeis utuntur: leonum & pardalium & ursorum pellibus induuntur, iisque indormiunt. Fere autem & ii & sequentes Massæsylii & Libes magna ex parte cultu eodem utuntur, & in cæteris persimiles sunt, parvis equis utentes, celeribus tamen & mansuetis, adeo ut sola virgula gubernentur. Equi collaria ex ligno habent, aut pilo confecta, è quibus habena dependet. Sunt qui etiam sine tractu dominum sequuntur instar canum. Pelta utuntur parva è corio con- C fecta, lancea lata, & parva, discincti, tunicæ amplæ, & pellis, ut dixi, vestis est, & clypeus. Phaurusii, & Nigretes, qui supra istos habitant, Hesperiis Æthiopibus vicini, sagittant quemadmodum Æthiopes, falcatis quoque curribus utuntur. Conveniunt nonnunquam Mauros Phaurusii, sed raro, per deserta, aquarum utres equarum ventribus subligatos vehentes, nonnunquam per loca quædam palustria & lacus Cirtam veniunt. Quidam ex eis dicuntur Troglodytarum more infra terram in cavernis effossis habitare. Eosdem ajunt æstivis imbribus abundare: D fere ea, quæ de iisdem & vicinis eorum eodem vivendi instituto utentibus subjicit: μικροῖς ἵπποις χρώμενοι, ὀξέσι δὲ καὶ εὐπειθέσιν, ὥστ' ἀπὸ ῥάβδου οἰακίζεσθαι. Si enim virga reguntur, quid freno opus? Et sane omnes fere eæ gentes infrenibus equis usæ. Suspectam mihi vulgatam insuper facit varia scriptorum codicum lectio, quæ habet: τοπλέον σχοινομάλοις χρώμενοι. Unde conjicere liceat: ἄνευ χαλίνων vel ἀχαλινώτοις χρώμενοι τοῖς ἵπποις. Verum quod postmodo περιτραχήλια illis attribuit, ἀφ' ὧν ὁ ῥυτὴρ ἀπήρτηται, nihil ad frenum pertinet, sed vel ἐπιφατνίδιον δεσμὸν intelligit, vel quo equi duci solent, quam ὁλκὴν etiam vocant. *I. Vlitius Comment. ad Nemesiani Cyneg.* ℣. 254. p. 412.

apertus ignitum flumen vomuit: atque Arethusæ fontes tum rursus eruperunt. Quod rursus regnante Tantalo, terræ motu in Lydia & Ionia facto, Sipylus mons fuerit eversus, & nonnullæ Ionum civitates. In Troja aquæ calidæ desierunt, de quibus scribit Homerus: " Alter aquas calidas fert. Et è paludibus lacus facti. Non igitur mirum est, si aliquando sit futurum, ut Isthmus Arabiæ, qui Casio adjacet, disruptus, aut humiliorem situm accipiens, mare Ægyptium cum Rubro committat. Præterea autem Piræeus, velut etiam nomen indicat, ex adverso Atticæ quandoque in medio pelago jacebat, tanquam insula. Et Leucas insula facta est, Corinthiis Isthmum exscindentibus. De qua dicit Homerus: " Qualis eram quando munitam Nericon urbem " Littore in Epiri cepi. Apud Methonem in sinu Hermonico, facta evaporatione flammea, mons altitudine septem stadiorum ejectus est: interdiu quidem, propter calorem & odorem sulphuris inaccessus; noctu vero bene fragrat, procul effulget & calefacit, adeo ut ad quinque stadiorum intervallum maris aqua æstuaret, turbulenta esset stadia usque ad xx. aggerque saxorum præruptorum in eo existat turrium magnitudini non cedentium. A lacu Copaïde Arne & Midia urbes, quæ ab Homero in catalogo recensentur, absorptæ fuerunt: Echinades insulæ, Acheloï aggestione in continentem abierunt: & Asteris insula juxta Ithacam, cum prius binos portus haberet, nunc ne ad anchoræ quidem jactum locum habet idoneum. Sed & Ossa ab Olympo fuit avulsa. Quod Pytheas Massiliensis, cum visus sit Philosophus esse, in descriptione Thules ac Britanniæ, mendacissimus deprehenditur. Quod cum nonnulli Alexandro consilium dedissent, ut, divisis hominibus in Græcos ac Barbaros, illis ut amicis, his tanquam hostibus uteretur: ipse responderit, satius fore, juxta virtutem ac vitium divisionem facere. Nam Indos bellicosos esse atque etiam Romanos & Carthaginenses, qui in Aristocratia viventes optime rempublicam administrant: non ita Athenienses.

A πεδίον γεγονὸς πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν [a] ἐξήρασεν. τότε δὲ καὶ τῆς Ἀρεθούσης αἱ πηγαὶ πάλιν ἀνεδόθησαν. ΟΤΙ [b] πάλιν περὶ Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν σεισμῶν γενομένων, Σίπυλός τε τὸ ὄρος κατεστράφη, κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν· καί τινες τῶν Ἰώνων πόλεις, καὶ τὰ ἐν Τροίᾳ θερμὰ ὕδατα ἀπώλετο, περὶ ὧν Ὅμηρος ἔλεγεν· " Ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥεῖ. ἐγένοντο δὲ καὶ λίμναι ἐξ ἑλῶν. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ ὁ κατὰ τὸ Κάσιον ἰσθμὸς τῆς Ἀραβίας διαρραγεὶς, ἢ ἵζημα λαβὼν, ποιήσει τὴν τῆς Αἰγύπτου θάλασσαν σύρρουν τῇ Ἐρυθρᾷ. ἔτι δὲ καὶ ὁ Πειραιεὺς, ὡς καὶ τὸ ὄνομα ἐμφαίνει, πέραν ἔκειτο τῆς Ἀττικῆς ὡς νῆσος· [c] καὶ ἡ B Λευκὰς, νῆσος ὑπὸ Κορινθίων γέγονεν, διακοψάντων τὸν ἰσθμόν. περὶ οὗ λέγει Ὅμηρος· " Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον, " Ἀκτὴν Ἠπείροιο. περὶ Μεθώνην δὲ, τὴν ἐν τῷ Ἑρμονικῷ κόλπῳ, ὄρος ἑπταστάδιον τὸ ὕψος ἀνεβλήθη, γενηθέντος ἀναφυσήματος φλογώδους. μεθ' ἡμέραν μὲν ἀπρόσιτον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ θειώδους ὀδμῆς. νύκτωρ δὲ εὐώδες, ἐκλάμπον πόρρω καὶ θερμαῖνον, ὥς τε ζεῖν τὴν θάλατταν, ἐπὶ σταδίους πέντε· θολερὰν δ' εἶναι, καὶ ἐπὶ εἴκοσι σταδίους· προσχωσθῆναι δὲ πέτραις ἀπορρῶξι πύργων οὐκ C ἐλάττοσιν. ὑπὸ δὲ τῆς Κωπαΐδος λίμνης, αἱ ἐν καταλόγῳ Ὁμήρου πόλεις, Ἄρνη καὶ Μίδεια, κατεπόθησαν· καὶ αἱ Ἐχινάδες νῆσοι ἐκ τῆς τοῦ Ἀχελώου προσχώσεως ἠπειρώθησαν· καὶ ἡ Ἀστερὶς νῆσος πλησίον Ἰθάκης, λιμένας πρὶν ἔχουσα δύο, νῦν δ' οὐκ ἀγκυροβόλιον ἔχει. ἀλλὰ καὶ ἡ Ὄσσα ἐκ τοῦ Ὀλύμπου ἀπερράγη. ΟΤΙ [d] Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης δοκῶν εἶναι φιλόσοφος, ψευδέστατος ἠλέγχθη ἐν οἷς τὰ περὶ Θούλην καὶ Βρεττανίας γεωγραφεῖ. ΟΤΙ [e] τινὲς Ἀλεξάνδρῳ συνεβούλευον, διαιροῦντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς Ἕλληνας καὶ Βαρβάρους, τοῖς μὲν ὡς φίλοις, τοῖς δὲ ὡς πολεμίοις χρῆσθαι· ὁ δὲ D ἀπεκρίνατο, ἄμεινον εἶναι, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν τούτους. εἶναι γὰρ Ἰνδοὺς μὲν καὶ [f] ἀρείους καὶ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους, ἀριστοκρατουμένους, καὶ καλῶς πολιτευομένους· Ἀθηναίους δὲ οὐχ οὕτως.

a Ἐξήμησεν *Strab.* p. 58. *A.* b *Strab.* p. 58. *B. C. D.* c *Strab.* p. 59. *A. B. C. D.* & pag. 60. *A.* d *Strab.* p. 63. *A. B.* Vide *Marcianum Heracl.* p. 63.

e *Strab.* p. 66. *D.* f Ἀρειανοὺς apud *Strab.* p. 66. *D.* quam lectionem si sequamur, aliter interpretandus est locus.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ β'.

ΟΤΙ [a] ἡ Βακτριανὴ χώρα εὐδαιμονεστάτη ἐστὶν καὶ εὐφορωτάτη, ἐν ᾗ δὲ τῇ Ὑρκανίᾳ [b] ἡ ἄμπελος μετρητὴν οἴνου φέρει· ἡ δὲ συκῆ μεδίμνους ἑξήκοντα· ὁ δὲ σῖτος ἐκ τοῦ ἐκπεσόντος καρποῦ τῆς καλάμης πάλιν φύεται· ἐν δὲ τοῖς δένδροις σμηνουργεῖται, καὶ τῶν φύλλων ἀπορρεῖ μέλι. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ [c] Μαντιανῇ τῆς Μηδίας τοῦτο, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ Σακασηνῇ, καὶ τῇ [d] Ἀραξανῇ. ἀλλ' ἐπειδὴ αὗται νοτιώτεραί εἰσιν τῆς Ὑρκανίας καὶ εὐκραέστεραι, οὐ θαῦμα· ἐν δὲ τῇ Μαργιανῇ, ὁ τῆς ἀμπέλου πυθμὴν γίνεται πολλάκις δυοῖν ἀνδρῶν ὀργυίαις περίληπτος· ὁ δὲ βότρυς δίπηχυς. ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀρεία παραπλησία ἐστὶν, εὐοινίᾳ δὲ καὶ ὑπερβάλλει· ἐν ᾗ καὶ εἰς τριγένειαν τὸν οἶνόν φασι μένειν ἐν ἀπισσώτοις ἄγγεσιν. πάμφορος δ' ἐστὶν καὶ ἡ Βακτριανὴ, πλὴν ἐλαίου. ΟΤΙ [e] ἡ Βαγαδανία χώρα τῆς Καππαδοκίας, πεδίον οὖσα ἐξαίσιον, μεταξὺ Ἀργαίου ὄρους καὶ Ταύρου, διὰ τὸ εἶναι ὑψηλὴ, οὐδὲ ξυλοφορεῖ. τὰ δὲ περὶ Σινώπην καὶ Ἀμισὸν καὶ [f] Φανάροιαν, καίτοι γ. σταδίους ὄντα βορειότερα, καὶ ἐλαιόφυτα καὶ εὐχείμερά ἐστιν, διὰ τὸ εἶναι ταπεινότερα καὶ ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἀλεαίνεσθαι. ΟΤΙ [g] περὶ τὰς ἐκβολὰς Βορυσθένους, καὶ τὴν παρωκεανίτην Κελτικὴν, ἢ οὐ φύεται ἄμπελος, ἢ οὐ τελεσφορεῖ, ἢ ὀλιγοκαρπεῖ· τοῦ δὲ χειμῶνος κατορύττεται. ΟΤΙ [h] τοσοῦτον περὶ τὴν Μαιῶτίν ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ κρυμοῦ, ὥς τε ἐν ᾧ χωρίῳ οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοὶ ἐνίκησαν τοὺς Βαρβάρους, ἱππομαχοῦντες ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου, ἐν τῷ αὐτῷ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν τοὺς αὐτούς. ΟΤΙ τοσοῦτον ψύχος γίνεται περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους, ὡς καὶ τὰς χαλκᾶς ὑδρίας ὑπὸ τοῦ χειμῶνος διαρρήγνυσθαι· ὡς καὶ τὸ [i] ἐπίγραμμα δηλοῖ, τὸ ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ τῶν Παντικαπαιέων, ἐπὶ τῇ ῥαγείσῃ ὑδρίᾳ. "Εἴ τις ἄρ' ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παρ' ἡμῖν "Γίνεται, εἰς τήνδε γνώτω

A B C D

CHRESTOMATHIÆ EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO II.

QUOD Bactriana regio beatissima sit & fertilissima, atque in Hyrcania vitis vini metretam ferat, ficus autem medimnos sexaginta; frumentum, ex semine quod é spicis decidit, renascatur denuo; in arboribus apes operentur, & mella de frondibus fluant. Quodque idem in Mattiana Mediæ, & in Sacasina & Araxina Armeniæ fiat. Verum quando hæ australiores sunt quam sit Hyrcania, & temperatiores, minime id mirum est. At in Margiana, stipes vitis sæpenumero tantus evadit, ut duorum vix hominum ulnis contineri possit: botrus autem bicubitalis. Et Aria huic est similis, vini bonitate tamen excellit; in qua affirmant vina etiam per tres ætates durare in vasis non picatis. Est autem omnium rerum ferax Bactriana, præterquam olei. Quod Bagadania Cappadociæ regio, quæ est ingens planities inter Argæum & Taurum montes, ob immensam altitudinem ligna non ferat. Quæ vero Sinope adjacent arva, & Amiso, & Phanarœæ, quamvis stadiorum tribus millibus magis ad septentrionem vergant, oliveta gignunt, & mitiores habent hyemes; nimirum quia humiliora sunt, & à mari tepescunt. Quod circa Borysthenis ostia, & Celticam oceano contiguam, vitis aut non nascitur, aut non ad maturitatem ducitur, aut paucos fructus fert; per hyemem vero humi defoditur. Quod tantùs sit circa Mæotin frigoris excessus, ut quo in loco Mithridatis copiæ Barbaros superarunt, in glacie equestri prælio, eo ipso deinde navali pugna congressi vicerint. Quod tantum frigus in iis locis sæviat, ut æreæ hydriæ vi hyemis rumpantur; veluti indicat epigramma, in Æsculapii templo apud Panticapæum, super hydria rupta. "Siquis forte hominum non credat qualia apud nos "Fiant, hanc, noscat,

a *Strab.* p. 73. *A. B.* b Idem apud *Strab.* L. XI. p. 509. c *Mantiana* palus Mediæ apud *Strab.* p. 529. Sed regio Ματτιανὴ dicitur p. 73. & 509. d Ita apud *Procopium.* Ἀραξηνὴ apud *Strab.* e *Strab.* p. 73. C. Verum ibi & hîc loci Βαγαδαονία ex *Stephano* scribendum, aut potius Βαγνδαονία ex *Goltzii* nummis. f Φαρνακίαν legisse videtur *Gemusæus.* Vide *Casaub.* ad *Strab.* p. 47. g *Strab.* p. 73. *D.* h *Strab.* pag. 73. *D.* 74. *A.* i *Strab.* p. 74. *A.*

a *Strab.*

conſpiciens hydriam: "Antiſtes poſuit Stratius, non muneris ergo, "Sed certum immenſi frigoris indicium. Quod Hipparchus ait, circa Boryſthenem & per Clima ſeptimum, totis æſtivis noctibus ſolem lucere, dum ipſe ab ortu in occaſum circumfertur. Cæterum per brumam ſolis elevationem maximam eſſe cubitorum prope novem: in Britannia vero quatuor, ubi maximus dies horarum eſt æquinoctialium XIX. Quod apud Homerum quinque plicaturæ in Achillis ſcuto Zonas quinque totius terræ ſignificant. Aurea quidem Amphiſciam, quæ inter tropicos eſt ſita. At duæ Stanneæ, Periſcias duas, quæ ſub polis ſunt. Æreæ autem duæ, binas Heteroſcias, quarum altera noſtra hæc eſt, quæ ad boream habitatur, altera eorum, qui nobis Antœci ſunt verſus Auſtrum. Quod Pytheas, & Euemerus, & Antiphanes, mendaces fuerint Geographi. Quod qui longitudinem terræ diſtinguunt circuli, meridiani ſunt, non autem ortus & occaſus: latitudinem vero, paralleli. Quod Calpe mons ſit Hiſpaniæ, qua parte altera jacet columnarum Herculis, multo quam ſit Gadium inſula orientalior. Quod Italiæ pars maxime auſtralis duos habeat vertices: quorum alter, qui eſt occidentalior, juxta Leucopetram promontorium, contra Tauromenium Siciliæ jacet, qua magna Græcia eſt; at orientalior vertex promontorium eſt Japygium, ad occaſum contra montes Acroceraunios & Chaonas jacens. Cæterum Crotonis ſinus & Tarentinus inter hos vertices eſt ſitus. Quod Geographus dimenſiones terræ à Mathematicis factas, principia ſtatuit; quemadmodum illæ demonſtrationes Aſtronomicas: atque hæ rurſus Naturalem ſcientiam, quæ per ſe ſcientia & virtus eſt, hypotheſes non habens. Nam virtutes carent hypotheſibus, & à ſeipſis pendent; habentque in ſeſe principia, & fidem cæterarum omnium. Quod terram in quinque Zonas diſtinxiſſe geometræ ſit; at non ejus qui mente geometriam exercet, ſed qui figuras à mente ad terram ac cœlum transfert, quo etiam Geographus tanquam architecto & principe utitur. Quod Geometer & gnomonica & demonſtratione aſtronomica adjutus, circulos æquinoctiali parallelos & meridianos metitur; eamque terræ partem, quæ habitabilis eſt, peregrinatione, reliquam vero ex intervallorum proportione menſurat. Qua ratione fit, ut, invento intervallo quod eſt à polo uſque

A ἰδὼν ὑδρίαν· "Ἦν οὐχ ὡς ἀνάθημα θεοῦ καλόν, ἀλλ' ἐπίδειγμα "Χειμῶνος μεγάλου, θῆκ' ἱερεὺς Στράτιος. ΟΤΙ [a] Ἵππαρχός φησι κατὰ τὸν Βορυσθένη καὶ τὸ ζʹ. κλίμα, ἐν ὅλαις ταῖς θεριναῖς νυξὶ, παραυγάζεσθαι τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, περιϊστάμενον ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολήν. ταῖς δὲ χειμεριναῖς τροπαῖς, τὸ πλεῖστον μετεωρίζεσθαι τὸν ἥλιον ἐπὶ πήχεις θʹ. ἐν δὲ Βρεττανίαις, περὶ πήχεις δʹ. ἔνθα καὶ ἡ μεγίστη ἡμέρα, ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν ιθʹ. ΟΤΙ παρ' Ὁμήρῳ, [b] αἱ εʹ πτύχες τῆς τοῦ Ἀχιλλέως ἀσπίδος, τὰς εʹ τῆς ἁπάσης γῆς ζώνας αἰνίττονται· ἡ μὲν χρυσὴ, τὴν ἀμφίσκιον, ἥτις ἐστὶν μεταξὺ τῶν τροπικῶν· αἱ δὲ δύο κασσιτέ-
B ριναι, τὰς δύο περισκίους, αἵ τινές εἰσιν ὑπὸ τοὺς πόλους· αἱ δὲ δύο χαλκαῖ, τὰς δύο ἑτεροσκίους, αἵ τινές εἰσιν, ἥ τε ἡμετέρα οἰκουμένη πρὸς βορρᾶν, καὶ ἡ τῶν ἀντοίκων ἡμῶν πρὸς νότον. ΟΤΙ [c] Πυθέας καὶ Εὐήμερος καὶ Ἀντιφάνης, ψεῦσται γεωγράφοι. ΟΤΙ [d] οἱ τὸ μῆκος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζοντες, μεσημβρινοί εἰσιν, οὐχὶ δὲ ἀνατολαὶ καὶ δύσεις· τὸ δὲ πλάτος, οἱ παράλληλοι. ΟΤΙ ἡ Κάλπη ὄρος ἐστὶν Ἰβηρίας, ἔνθα ἡ ἑτέρα τῶν Ἡρακλέους στηλῶν, πολλῷ τῆς νήσου τῶν Γαδείρων ἀνατολικωτέρα. ΟΤΙ τῆς Ἰταλίας ἡ νοτιωτάτη μερὶς, δικόρυφός ἐστιν. ὧν ἡ μὲν δυτικωτέρα κορυφὴ κατὰ Λευκοπέτραν ἄκραν, ἀ-
C πέναντι τοῦ ἐν Σικελίᾳ Ταυρομενίου κεῖται, κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα· ἡ δὲ ἀνατολικωτέρα κορυφὴ, ἡ ἄκρα ἐστὶν Ἰαπυγία, ἀπέναντι κειμένη πρὸς δυσμὰς τῶν Ἀκροκεραυνίων ὀρέων καὶ Χαόνων. ὁ δὲ τῆς Κρότωνος καὶ [e] Ταραντῖνος κόλπος, μεταξύ ἐστιν τῶν δύο κορυφῶν. ΟΤΙ [f] ὁ γεωγράφος ἀρχὰς ἔχει, τὰς τῆς γῆς ἀναμετρήσεις τῶν μαθηματικῶν· αὗται δὲ τὰς ἀστρονομικὰς ἀποδείξεις· αὗται δὲ τὴν φυσικὴν ἐπιστήμην, ἀρετὴν οὖσαν καὶ ἐπιστήμην ἀνυπόθετον καθ' αὑτήν. αἱ γὰρ ἀρεταὶ ἀνυπόθετοί εἰσιν, καὶ ἐξ ἑαυτῶν ἤρτηνται, καὶ ἔχουσιν ἐν ἑαυταῖς τάς τε ἀρχὰς καὶ τὰς πίστεις ἁπάντων. ΟΤΙ [g] τὸ λέγειν εἶναι τὴν γῆν πᾶσαν
D πεντάζωνον, καὶ τὰ τοιαῦτα γεωμέτρου ἐστίν· ἀλλ' οὐχὶ τοῦ νοερῶς γεωμετροῦντος, ἀλλὰ τοῦ τὰ νοερὰ σχήματα ἐφαρμόζοντος τῇ γῇ καὶ τῷ οὐρανῷ· ᾧ τινι καὶ ὁ γεωγράφος ἀρχιτέκτονι χρῆται καὶ ὑποθέσει. ΟΤΙ [h] ὁ γεωμετρικὸς, χρώμενος τῇ γνωμονικῇ τε καὶ ἀστρονομικῇ ἀποδείξει, τουτέστιν, τοὺς τῷ ἰσημερινῷ παραλλήλους κύκλους καὶ τοὺς μεσημβρινοὺς καταμετρεῖ· τὴν μὲν οἰκήσιμον ἐμβατεύων, τὴν δ' ἄλλην ἐκ τοῦ λόγου τῶν ἀποστάσεων· οὕτω δ' ἂν εὑρίσκοι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἕως τοῦ

a *Strab.* p. 75. *B.* b Vide *Strab.* p. 4. C. c *Strab.* pag. 102. *A.* & p. 115. *A. B.* d *Strab.* pag. 85. C. e *Strab.* Ταραντῖνος κόλπος. f *Strab.* pag. 110. *B. D.* g *Strab.* pag. 111. *A. B.* C. h *Strab.* pag. 111. *D.* 112. *A.*

πόλου διάστημα. ἔχων δὲ τοῦτο, ἔχει καὶ τὸ τετραπλάσιον, τουτ᾽ ἔστιν τὸν τῆς γῆς μέγιστον κύκλον. λαβὼν δὲ διὰ τῶν ἀναμετρήσεων τῆς γῆς, καὶ πιστεύσας τοῖς ἀναμετρήσασιν αὐτήν, ἔχει τὸν σταδιασμὸν τῆς περιμέτρου τῆς ὅλης γῆς. καὶ διὰ τοῦτο καὶ δύο δοθεισῶν οἰκήσεων εὑρίσκει τὸ μεταξὺ αὐτῶν διάστημα γεωμετρικῶς. ΟΤΙ [a] οὐ διαφέρει λέγειν, τὴν ὅλην οἰκουμένην νῆσον τῷ ὠκεανῷ κλυζομένην, καὶ τὸ λέγειν μόριά τινα αὐτῆς ἀγνοεῖσθαι εἴτε περικλύζεται, εἴτε καὶ οὐκ ἔχει, διὰ τὸ ἐλαχίστην εἶναι τὴν μεταξὺ ἄγνωστον γῆν. ΟΤΙ [b] τμηθείσης τῆς ὅλης γῆς ὑπό τε τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ παραλλήλου τούτῳ ἀρκτικοῦ κύκλου πρὸς βορρᾶν, γίνεται τὸ σχῆμα σπόνδυλος. οὗ τμηθέντος διὰ τοῦ κύκλου τοῦ ἀφορίζοντος τό, τε δυσμικώτατον καὶ ἀνατολικώτατον μέρος τῆς οἰκουμένης, ὅσπερ ἐστὶν κύκλος μεσημβρινός, γίνεται τὸ περιλαμβανόμενον σχῆμα ἥμισυ σπονδύλου· οὗ ἡ ἐπιφάνεια [c] χλαμυδοειδὴς οὖσα, ποιεῖ τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένην, περικλυζομένην τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει· ἤτοι νήσου δίκην, ἢ κατὰ τὸ πλεῖστον μέρος περικλυζομένην. ΟΤΙ [d] τὸ τῆς οἰκουμένης μῆκος στάδιά ἐστιν μυριάδες ζ΄. τὸ δὲ πλάτος αὐτῆς, μυριάδες σταδίων γ΄. ἀφοριζομένων ὑπὸ τῶν διὰ καῦμα καὶ ψῦχος ἀοικήτων. τὸ μὲν οὖν διὰ καῦμα ἀοίκητον τῆς οἰκουμένης μέρος πλάτος ἔχει στάδια ,η ω. μῆκος δὲ τὸ μέγιστον μυριάδων [e] ιβ΄. ,ς. σταδίων, ὅπερ ἐστὶν ἥμισυ τοῦ ἰσημερινοῦ. ΟΤΙ [f] κατὰ Ἐρατοσθένην, ἡ τῆς γῆς περίμετρος στάδιά εἰσιν μυριάδες κε΄. ,β. ὧν τὸ ἑξηκοστὸν μέρος γίνεται ,δ σ΄. σταδίων. ΟΤΙ κατὰ Στράβωνα, τὸ νότιον πέρας τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης ἀφορίζεται ὑπὸ παραλλήλου τῷ ἰσημερινῷ γραφομένου διὰ Βλεμμύων καὶ Νούβων· ὅστις ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἀπέχει μοίρας ι΄. ἔγγιστα πρὸς βορρᾶν. καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ παραλλήλου, πρὸς μὲν τὸν ἰσημερινὸν στάδια ,η ω. πρὸς δὲ τὸν διὰ Μερόης παράλληλον στάδια ,γ. πρὸς δὲ τὸν διὰ Συήνης ἀπὸ Μερόης στάδια ,ε. καὶ ἕτερα τοσαῦτα ἀπὸ τοῦ διὰ Συήνης παραλλήλου ἐπὶ τὸν παράλληλον τὸν διὰ τῆς κάτω χώρας Αἰγύπτου. ΟΤΙ τὸ τῆς οἰκουμένης διάστημα, κατὰ μῆκος μὲν ἔχει στάδια μύρια· κατὰ πλάτος δὲ ,β. ψ μ΄. στάδια. ΟΤΙ [g] δεῖ τὸν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας βουλόμενον τὴν οἰκουμένην καταγράφειν, μὴ μείζονα ποιεῖν σφαῖραν, ἔχουσαν τὴν διάμετρον ποδῶν ι΄. εἰ δ᾽ ἐπὶ ἐπιπέδου, μὴ ἐλάσσονα ποδῶν ζ΄. ΟΤΙ [h] Στράβων, αὐτοψίᾳ ἴδεν τῆς οἰκουμένης κατὰ μὲν μῆκος, ἀπὸ Ἀρμενίας

A ad æquinoctialem, habeat etiam quadruplum ejus, videlicet maximum in terra circulum. Atque ad hunc modum habet totius terræ dimensionem per stadia, partim scilicet ex mensuratione quam ipsemet fecerit, partim iis qui hanc sunt metiti fidem adhibens: & proinde, datis duabus habitationibus, quæ sit inter ipsas distantia geometrice invenit. Quod non sit ulla differentia, sive quis totum orbem habitabilem insulam appellet oceano cirumdatam, sive dicat de partibus ejus aliquibus id ignorari, num ambiantur; eo quod minima sit terra incognita, quæ in medio sita est. Quod si terra tota B ab æquinoctiali, &, qui huic versus boream parallelus est, circulo arctico dividatur, spondyli figuram efficiet: is si dividatur, per circulum disterminantem maxime orientalem terræ partem atque occiduam (est autem hic è meridianis circulus) evadet reliqua hujus figuræ portio spondyli dimidium. Hujus superficies, chlamydis formam referens, nostram efficit habitabilem, Atlantico pelago circumfusam; & aut instar insulæ undiquaque, aut magna ex parte aquis circumfluam. Quod longitudo habitabilis stadiorum habet myriadas septem: latitudo tres, sejunctis iis, quæ præ æstu ac frigore inhabitabiles sunt, partibus. Quæ C igitur ob æstum habitari nequit pars terræ, latitudinem habet stadiorum 8800. longitudinem vero maximam 126000. quanta est æquinoctialis medietas. Quod juxta Eratosthenis sententiam terræ ambitus stadia habeat 252000. quorum pars sexagesima sit stadiorum 4200. Quod juxta Strabonis sententiam, australis terminus nostræ habitabilis finitur circulo ad æquinoctialem parallelo, ducto per Blemmyas & Nubas. Is ab æquinoctiali versus Boream proxime distat gradibus decem. Ab hoc parallelo ad æquinoctiale & stadia sunt 8800. ad parallelum autem per Meroën stadia 3000. ab hoc vero ad Parallelum per Syenen stadia 5000. D totidemque alia ab eo, qui per Syenen ducitur, usque ad parallelum qui per inferiora Ægypti. Quod totius habitabilis intervallum longitudine quidem stadia habeat 10000. latitudine 2740. Quod qui terram habitatam in sphærica superficie sit descripturus, sphæram non majorem fabrefacere debet, quam diametrum habentem pedum decem: si in plana, non minorem quam pedum septem. Quod Strabo ipse viderit quicquid est habitabilis, juxta longitudinem quidem ab Armenia

a *Strab.* pag. 112. *D.* b *Strab.* pag. 113. *A. B.* c *Strab.* p. 116. *B. C.* p. 118. *C.* d *Strab.* p. 113. *C.* pag. 116. *B.* e Ita lego pro ιμ΄. in *Ed. Basil.* f *Strab.* p. 113. *D.* g *Strab.* p. 116. *C. D.* h *Strab.* p. 117. *B.*

a *Strab.*

usque ad Sardiniam; juxta latitudinem vero à mari Euxino usque ad Æthiopiæ terminos. Quod visus, quamvis in cæteris auditui præstet, ad scientiam tamen capessendam eo longe est inferior; scilicet permulta, quæ in geographia traduntur, auditu scimus. Quod juxta Strabonis sententiam latitudo habitabilis terminatur magnitudine meridiani, qui per Cinnamomiferam regionem, & per Meroën, & Syenen, & Alexandriam, & Rhodum, & Byzantium, & Borysthenem ducitur, ac parallelo per Hiberniam Britanniæ insulam. Porro longitudo magnitudine paralleli, qui per Columnas describitur, & Siciliam, & Peloponnesum, & Rhodum, & Cyprum, & sinum Issicum, & Armeniam, & per mediam Mediam, & quod deinceps est situm, dorsum montanum usque ad mare Indicum. Est autem figura hæc chlamydis specie, habetque latus australe latum, septentrionale angustum, orientale vero æquale occiduo. Quod Artabra portus Hispaniæ è regione Cassiteridum. Quod juxta Strabonis sententiam, latus Mauritaniæ occiduum, adjacens oceano, initium sumit à Columnis; inde tendens ad ortum & austrum, finit in meridianum, qui per Carthaginem describitur, & Cinnamomiferæ parallelus est. Hic secundum Ptolemæum ab occiduo termino juxta longitudinem gradibus 34. & quadrante distat. Quod pars Pyrenes occiduæ parti occiduæ Britanniæ magnæ versus austrum sit opposita. Quod Europa præ cæteris multiplicem formam habeat; Africa vero simplicem; Asia inter utramque mediam. Id autem fit propter litora. Quod fretum prope Columnas latitudinem habeat stadiorum septuaginta, qua parte angustissimum est: longitudinem vero stadiorum centum viginti. Quod mare Ibericum terminos habet, ab austro quidem litus Africæ usque ad Carthaginem; à septentrione vero ipsius Hispaniæ regionem maritimam & Galliæ usque ad Siciliam. Porro Siciliæ, quod Italiæ adjacet, fretum, stadiorum est septem: quod autem Syrti minori, mille quingentorum: & à Gadibus usque ad Siciliam, per medium pelagus, quæ per Rhodum describitur & sinum Issicum linea stadia continet duodecim millia. Latitudo vero hujus pelagi maxima, à Massilia scilicet usque ad Sisarem fluvium Africæ, stad. est quinque millium. Quod Iberico mari versus austrum adjacens pelagus, usque ad Cyrenen, partim vocatur Africum, partim

A ἕως Σαρδοῦς· κατὰ δὲ πλάτος, ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου μέχρι τῆς Αἰθιοπίας ὁρίων. ΟΤΙ [a] ἡ ὄψις, κἂν τοῖς ἄλλοις πλεονεκτῇ τῆς ἀκοῆς, ἀλλ' οὖν εἰς ἐπιστήμην πολὺ αὐτῆς ἐλλείπει· ἀμέλει τὰ πολλὰ τῶν ἐν γεωγραφίᾳ θεωρουμένων ἀκοῇ ἴσμεν. ΟΤΙ [b] κατὰ Στράβωνα, τὸ τῆς οἰκουμένης πλάτος ὁρίζεται τῷ τοῦ μεσημβρινοῦ μεγέθει, τοῦ γραφομένου διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου, καὶ Μερόης, καὶ Συήνης, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ῥόδου, καὶ Βυζαντίου, καὶ Βορυσθένους, καὶ τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης νήσου Βρεττανικῆς παραλλήλου· τὸ δὲ μῆκος τῷ μεγέθει τοῦ παραλλήλου, τοῦ γραφομένου διὰ τῶν στηλῶν, B καὶ Σικελίας, καὶ Πελοποννήσου, καὶ Ῥόδου, καὶ Κύπρου, καὶ Ἰσσικοῦ κόλπου, καὶ Ἀρμενίας, καὶ Μηδίας μέσης, καὶ τῆς ἐφεξῆς πρὸς ἀνατολὰς ὀρεινῆς ῥάχεως ἕως τῆς Ἰνδικῆς θαλάσσης. καὶ ἔστιν τὸ σχῆμα τοῦτο χλαμυδοειδές, πλατὺ μὲν ἔχον τὸ νότιον πλευρόν, στενὸν δὲ τὸ βόρειον, τὸ δὲ ἀνατολικὸν τῷ δυτικῷ ἴσον. ΟΤΙ [c] τὰ Ἄρταβρα λιμήν ἐστι τῆς Ἱσπανίας, ἀπέναντι τῶν [d] Κασσιτερίδων. ΟΤΙ κατὰ Στράβωνα [e] ἡ δυτικὴ πλευρὰ τῆς Μαυριτανίας ἡ παρωκεανῖτις, ἀρξαμένη ἀπὸ στηλῶν καὶ πρὸς ἀνατολὰς καὶ νότον κλίνουσα, καταλήγει εἰς τὸν διὰ Καρχηδόνος μεσημβρινὸν τῆς Κι- C ναμωμοφόρου παράλληλον· ὅς ἐστι κατὰ Πτολεμαῖον ἀπέχει τοῦ δυτικοῦ πέρατος μοίρας λδ΄. δ΄. κατὰ μῆκος. ΟΤΙ τὰ ἑσπέρια μέρη τῆς Πυρήνης ἀντίκεινται πρὸς νότον τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τῆς μεγάλης Βρεττανίας. ΟΤΙ [f] ἡ μὲν Εὐρώπη πολυσχημονεστάτη ἐστίν· ἡ δὲ Λιβύη, ἁπλοσχήμων· ἡ δὲ Ἀσία, μεταξὺ ἀμφοῖν. τοῦτο δὲ γίνεται διὰ τοὺς αἰγιαλούς. ΟΤΙ [g] ὁ κατὰ στήλας πορθμός, τὸ μὲν πλάτος ἔχει σταδίους ο΄. τὸ στενότατον· τὸ δὲ μῆκος, σταδίους ρκ΄. ΟΤΙ [h] ἡ Ἰβηρικὴ θάλασσα περιορίζεται· ἀπὸ μὲν νότου, τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ, μέχρι Καρχηδόνος· ἀπὸ δὲ βοῤῥᾶ, τῇ τῆς Ἰβηρίας D παραλίᾳ καὶ Κελτικῆς, μέχρι Σικελίας: τῆς δὲ Σικελίας, ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ πορθμός, σταδίων ἐστὶν ζ΄. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν μικρὰν Σύρτιν, σταδίων ,αφ΄. καὶ ἀπὸ Γαδείρων ἕως Σικελίας, διὰ μέσου τοῦ πελάγους, ἡ γραμμὴ ἡ διὰ Ῥόδου γραφομένη καὶ Ἰσσικοῦ κόλπου, σταδίων ἐστὶν μυρίων ,β. τὸ δὲ πλάτος τοῦ πελάγους τούτου, ἀπὸ Μασσαλίας ἕως Σίσαρος ποταμοῦ Λιβυκοῦ, ὅπερ ἐστὶν μέγιστον, στάδιοι ,ε. ΟΤΙ [i] τὸ πρὸς νότον τοῦ Ἰβηρικοῦ πελάγους πέλαγος, ἕως Κυρήνης, Λιβυκὸν καλεῖται· τὸ δὲ

a *Strab.* p. 117. *B.C.D.* b *Strab.* p. 118. *C.D.* & pag. 119. *A.B.* c *Strab.* p. 120. *A.* d Καττιτερίδων *Strab.* e *Strab.* p. 120. *A.* f *Strab.* p. 121. *D.* g *Strab.* pag. 122. *B.* h *Strab.* p. 122. *C. D.* i *Strab.* p. 122. *D.*

Σαρδῷον· τὸ δὲ Τυῤῥηνικόν. ΟΤΙ [a] τοῦ A Ἰωνίου κόλπου, τὸ μὲν μῆκος στάδια ͵ε. τὸ δὲ πλάτος ͵ασ΄. ΟΤΙ [b] ἀπὸ Παχύνου ἕως Κρήτης, καὶ τῶν δυτικῶν ἕως Ταινάρου τῆς Πελοποννήσου, ἴσον ὑπάρχον, στάδιοι ͵δφ΄. ΟΤΙ [c] τὸ Μυρτῷον πέλαγος μεταξὺ κεῖται Κρήτης τε καὶ Ἀττικῆς καὶ τῆς Ἀργείας, πλάτος ἔχον τὸ μέγιστον τὸ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, [d] σταδίων ͵δσ΄. μῆκος δὲ, ἔλαττον ἢ διπλάσιον. ἐν ᾧ νῆσοι, Κύθηρά τε, καὶ Καλαυρία, καὶ Αἴγινα, καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων τινές. τῷ δὲ συνεχές ἐστιν, τό, τε Αἰγαῖον σὺν τῷ Μέλανι κόλπῳ καὶ Ἑλλησπόντῳ, καὶ τὸ Ἰκάριον, καὶ τὸ Καρπάθιον, μέχρι Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ Κύπρου. τὸ δὲ Ἀσιατικὸν B πέλαγος ἔχει τάς τε Κυκλάδας νήσους, καὶ Σποράδας, καὶ τὰς προκειμένας Καρίας τε καὶ Ἰωνίας καὶ Αἰολίδος μέχρι Τρωάδος, καὶ τὰς πρὸ τῆς Ἑλλάδος καὶ Μακεδονίας, ἀπὸ Εὐβοίας μέχρι Ἴμβρου καὶ Σαμοθράκης. ΟΤΙ [c] οἱ περὶ τὰ Γάδειρα καὶ Ἄβυδον πορθμοὶ, ἑπταστάδιοί εἰσιν· ὁ δὲ περὶ τὸ Βυζάντιον, τετραστάδιος. ΟΤΙ δύο Κόρκυραί εἰσιν, ἥ τε τῶν Φαιάκων ἀντιπέραν Βουθρωτοῦ, καὶ ἡ Μέλαινα ἀντιπέραν πρὸς δύσιν καὶ βοῤῥᾶν τῶν τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ ἐκβολῶν. καὶ ἔστιν αὕτη ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ. ΟΤΙ [f] ἡ Εὐρώπη ἔχει πολὺ τὸ σοφὸν καὶ ἔντεχνον τοῦ βίου, καθάπερ Ἕλληνες καὶ C Μακεδόνες καὶ Ῥωμαῖοι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἐν τῇ ὀρεινῇ αὐτῆς μάχιμον γινόμενον· καὶ τὸ ἐν τῇ πεδιάδι, εὔφορον καὶ κάρπιμον. καὶ διὰ τοῦτο ἀρίστη ἐστὶν τῶν ἄλλων χωρῶν, καὶ ἔτι διὰ τὰ μέταλλα. ΟΤΙ [g] οἱ Λίγυες, οὐκ εἰσὶν μὲν Κελτικὸν ἔθνος, παραπλήσιον δὲ αὐτοῖς τῷ βίῳ. νέμονται δὲ μέρος τῶν Ἄλπεων, τὸ συνάπτον τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι· μέρος δὲ καὶ τῶν Ἀπεννίνων κατέχουσιν. ΟΤΙ [h] τὴν Ἰταλίαν ποιεῖ χεῤῥόνησον, τό, τε Τυῤῥηνικὸν πέλαγος ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Λιγυστικοῦ, καὶ τὸ Αὐσόνιον, καὶ ὁ Ἀδρίας. ΟΤΙ [i] κατὰ Ἵππαρχον, καὶ ἡ μία μοῖρα τοῦ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστιν τὸ τξ΄. τοῦ D ὅλου κύκλου μεγίστου, στάδια ἀπολαμβάνει ἐπὶ τῆς γῆς ψ΄.

Sardoum, partim Tyrrhenum. Quod sinus Ionii longitudo sit stad. 5000. latitudo 1200. Quod à Pachyno in Cretam usque, & à parte occidua usque ad Tænarum Peloponnesi, intervallum sit æquale, stad. 4500. Quod Myrtoum mare medium jacet inter Cretam & Atticam & Argiam, latitudinem habens maximam ab Attica stad. 4200. longitudinem minus quam duplam. In hoc insulæ jacent, Cythera, Calauria, Ægina, item è Cycladibus nonnullæ. Huic contiguum est, partim Ægæum pelagus una cum Melane sinu & Hellesponto, partim Icarium & Carpathium usque ad Rhodum & Cretam & Cyprum. Cæterum Asiaticum pelagus Cycladas insulas habet, & Sporadas, & quæ ante Cariam & Ioniam & Æolida usque ad Troadem sitæ sunt: item quæ ante Græciam & Macedoniam, ab Eubœa usque ad Imbrum & Samothracem. Quod freta duo, alterum Gadibus adjacens, alterum Abydo, septenûm stadiorum sunt: & quod juxta Byzantium est, stadiorum quatuor. Quod duæ sunt Corcyræ, altera Phæacum contra Buthrotum, altera Nigra [dicta,] contra ostia Drilonis fluvii, versus occasum & boream. Est autem hæc in sinu Ionio. Quod Europa tum sapientiæ tum artis ad vitam civilem idoneæ plurimum teneat; veluti Græci sunt, & Macedones, & Romani. Habet etiam per montanas regiones, gentem pugnacem: & in agro campestri ferax est, ac fructibus abundat. Inter cæteras itaque partes terræ, tum ob has virtutes, tum ob metallorum copiam optima sane est. Quod Ligures non sint è gente Celtica, similes tamen illi genere vitæ. Incolunt Alpium regionem quæ Apenninis montibus conjuncta est: partim etiam ipsorum Apenninorum tenent. Quod Italiam efficiant peninsulam, partem mare Tyrrhenum initium sumens à Ligustico, partim Ausonium, & sinus Adriaticus. Quod juxta Hipparchi sententiam, cœli gradus unus, id est trecentesima sexagesima totius circuli maximi pars, stadia continet in terra septingenta.

a *Strab.* p. 123. *D.* b *Strab.* p. 124. *A.* c *Strab.* p. 124. *B. C.* d Πλάτος, ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων σταδίων. *Strab.* e *Strab.* p. 124. *C. D.* f *Strab.* p. 126. *C. D.* p. 127. *A. B. C.* g *Strab.* p. 128. *C.* h *Strab.* p. 128. *D.* i *Strab.* p. 131. *D.* & p. 132. &c.

XPH-

CHRESTOMATHIÆ EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM LIBRO III.

QUOD Iberiæ longitudo stadiorum sit 6000. latitudo autem maxima 5000. Hujus magna pars, cum primis vero quæ ad septentrionem jacet, aspera est & sterilis, & nemorosa paucos fructus ferens, & gelu rigida. Cæterum australis pars, & maxime quæ extra Columnas est sita, optima est & beatam habitationem præbet. Quod & Iberiæ & Galliæ pars angustior juxta Pyrenen sit: nam in iis locis duos sinus efficiunt, hinc oceanus, illinc mare mediterraneum. Quod extrema Iberiæ versus occasum ad Sacrum promontorium ultra terminos Africæ excurrunt, stad. 1500. Et navi simile est promontorium ipsum, circa se tres exiguas habens insulas; è quibus una rostri, reliquæ epotidarum speciem præ se ferunt. Quod Anas flumen & Tagus, ex partibus orientalibus cum impetu ruentes, se exonerant, hic in occiduum oceanum, ille vero ad australe latus Sacri promontorii. Cæterum regio, quæ inter hæc duo flumina jacet Sacrum promontorium continens, mediocriter felix est: quæ vero deinceps versus interius mare sita est, si vel ad universam habitabilem conferatur, nulla est inferior; sive eorum, quæ terra producit, bonorum felicitate, sive quæ ipsum mare. Hanc Bætis flumen perlabitur, ab ortu erumpens, appellaturque Bætica. Incolunt eam Turdetani sapientissimi Hispanorum. Hi grammaticen habebant, & poëtas, & historicos, ut affirmabant Strabonis tempore, à sex annorum millibus; sed & cæteri Hispani non lingua una utentes, grammaticis artibus utuntur pro suo idiomate singuli. Quod Gades à Bæticæ litore distent stad. 750. Quod Bæticam incolentes Hispani, æstuaria vocare consueverint convalles marinis aquis refertas, & instar fluviorum in mediterranea navigationem præbentes. Quod à Sacro promontorio ad ostia Anæ fluvii miliaria sunt sexaginta:

[a] ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ. γ′.

A ΟΤΙ [b] τῆς Ἰβηρίας, τὸ μὲν μῆκος, στάδιοι ͵ς. τὸ δὲ πλάτος ͵ε. τὸ μέγιστον. ταύτης δὲ, τὸ μὲν πλεῖστον μέρος καὶ μάλιστα τὸ βόρειον, τραχὺ καὶ λεπτόγεων καὶ δρυμῶδες καὶ ὀλιγόκαρπον καὶ κρυμῶδες. τὸ δὲ νότιον καὶ μάλιστα τὸ ἔξω στηλῶν, ἄριστον καὶ σὺν εὐδαιμονίᾳ οἰκούμενον. ΟΤΙ [c] τὸ στενότερον μέρος τῆς τε Ἰβηρίας καὶ τῆς Κελτικῆς περὶ τὴν Πυρήνην ἐστίν. κόλποι γὰρ γίνονται ἔκ τε τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔσω θαλάσσης ἐνταῦθα. ΟΤΙ [d] πρὸς δύσιν προὔχει τὰ περὶ τὸ Ἱερὸν ἄκρον τῆς Ἰβηρίας τῶν Λιβυκῶν περάτων, σταδίους ͵αφ′· καὶ ἔοικεν B νηῒ τὸ ἄκρον, περὶ αὐτὸ ἔχον γ′. νησίδια· ὧν τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχει, τὰ δὲ [e] ἐπωτίδων. ΟΤΙ [f] ὁ Ἄνας ποταμὸς καὶ ὁ Τάγος ἐκ τῶν ἑῴων ὁρμώμενοι μερῶν ἐκδιδοῦσιν, ὁ μὲν εἰς τὸν δυτικὸν ὠκεανόν· ὁ δὲ Ἄνας, πρὸς νότον τοῦ Ἱεροῦ ἄκρου. καὶ ἔστιν ἡ μεσοποταμία αὕτη, περιέχουσα τὸ Ἱερὸν ἄκρον, εὐδαίμων μετρίως· ἡ δ᾽ ἐφεξῆς χώρα ἐπὶ τὴν ἔσω θάλασσαν, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει εὐδαιμονίας, πρὸς ἅπασαν κρινομένη τὴν οἰκουμένην, τῶν τε ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης ἀγαθῶν. ταύτην δ᾽ ὁ Βαῖτις διαῤῥεῖ ποταμὸς ἐξ ἀνατο- C λῶν ὁρμώμενος, καὶ καλεῖται Βαιτική· ἣν οἰκοῦσιν Τουρδητανοὶ, σοφώτατοι τῶν Ἰβήρων ὄντες, καὶ γραμματικὴν τέχνην καὶ ποιητὰς καὶ ἱστορικοὺς (ὥς φασιν) ἐπὶ τῶν τοῦ Στράβωνος χρόνων ἐτῶν ͵ς. ἔχοντες. ἀλλὰ καὶ ἄλλοι Ἴβηρες οὐχ ὁμόγλωσσοι ὄντες, γραμματικαῖς χρῶνται τέχναις ἕκαστοι κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶσσαν. ΟΤΙ [g] τὰ Γάδειρα ἀπέχει τοῦ Βαιτικῆς τοῦ αἰγιαλοῦ, στάδια ψν′. ΟΤΙ [h] λέγου- D σιν οἱ περὶ τὴν Βαιτικὴν Ἴβηρες ἀναχύσεις, τὰς πληρουμένας τῇ θαλάττῃ ἐν ταῖς πλημμυρίσι κοιλάδας· καὶ ποταμῶν δίκην εἰς τὴν μεσογαίαν ἀνάπλους ἐχούσας. ΟΤΙ [i] ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἄκρου, ἐπὶ τὸ τοῦ Ἄνα στόμα, μίλιά εἰσιν ξ′.

a Hic divisionem faciendam esse volui, sequutus *Gemusæum* & *Strabonis* libros vulgatos. In *Ed. Basil.* Chrestomathia ex libro tertio incipit ab his verbis, pag. 32. Ὅτι οὐκ ἔστιν πάντων τῶν Κελτῶν &c. Adeo ut hinc aliquis forsan conjiceret, aliam olim exstitisse divisionem *Strabonis* Geographiæ. b *Strab.* p. 137. *A. B.* c *Strab.* p. 137. *B.C.* d *Strab.* p. 137. *D.* p. 138. *A.* e De *Epotidis*. Vide *Schefferum* de Militia navali lib. 2. c. 5. f *Strab.* p. 139. *A. B. C.* g *Strab.* p. 140. *B.* h *Strab.* p. 140. *C.* i *Strab.* p. 140. *D.*

ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ τοῦ Βαίτιδος στόμα, μίλια ρʹ. A εἶτα εἰς Γάδειρα, μίλια οʹ. ΟΤΙ [a] περὶ τὴν Βαιτικὴν, μεγάλαι πόλεις, Κορδύβη, [b] Γαδίτανα, Ἴσπαλις, Ἰτάλικα, [c] Ἴλιπα, [d] Ἄστινα, [e] Κάρμων, [f] Ὀβούλκων, καὶ [g] Ἀπτοῦα, καὶ [h] Οὔρσων, καὶ [i] Τούκκης, καὶ Ἰουλία, καὶ [k] Αἴγουα, καὶ Μοῦνδα, ἔνθα οἱ Πομπηΐου παῖδες κατεπολεμήθησαν· πᾶσαι δ' αὗται Κορδύβης οὐκ ἄπωθέν εἰσιν. ΟΤΙ [l] οἱ Πομπηΐου παῖδες· Γναῖος μὲν ἡττηθεὶς, ἔφυγεν εἰς Καρτηΐαν, κἀκεῖ διεφθάρη· Σέξτος δὲ ἐκ Κορδύβης σωθεὶς, καὶ ὀλίγον ὕστερον Σικελίᾳ προσχὼν καὶ ἀποστήσας αὐτὴν, εἶτα καὶ ἐξ αὐτῆς ἐκπεσὼν, πλεύσας εἰς Μίλητον, καὶ ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατηγῶν, αὐτοῦ κἀκεῖνος B ἐτελεύτησεν. ΟΤΙ [m] ὁ Βαῖτις ἀναπλέεται ὁλκάσι μεγάλαις εἰς τὴν μεσογαίαν, στάδια φʹ. ἕως Ἱσπάλιος. καὶ εἰσὶν περὶ τὰς ὄχθας αὐτοῦ μέταλλα, ἄλλα τε, καὶ ἄργυρος πλεῖστος. ΟΤΙ ἀπὸ τῶν ἀναχύσεων πᾶσα σχεδὸν ἡ Βαιτικὴ πλοΐζεται. ΟΤΙ [n] περὶ τὴν Ἰβηρίαν ἕως Σαρδοῦς, οἱ ἐτησίαι εὖροι γίνονται ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ. ΟΤΙ [o] Ἰβηρία πᾶσα τῶν ὀλεθρίων θηρίων σπανίζει, πλὴν τῶν [p] γεωρύχων λαγιδίων, οὓς ἔνιοι λεβηρίδας προσαγορεύουσι. λυμαίνονται γὰρ καὶ φυτὰ καὶ σπέρματα, ῥιζοφαγοῦντες. τοῦτο δὲ γίνεται καὶ ἕως Μασσαλίας καί τινων νήσων περὶ αὐτήν. ΟΤΙ [q] τοσοῦτος ἦν πλοῦτος τοῖς περὶ τὴν Τουρδιτανίαν Ἴβηρσιν, ὡς C τοὺς μετὰ Βάρκα στρατεύσαντας Καρχηδονίους εὑρεῖν αὐτοὺς πίθοις καὶ [r] φιάλαις παναργύροις χρωμένους. ΟΤΙ ἡ Λυσιτανία εὐδαίμων ἐστὶν, καὶ ἔχει καὶ ψῆγμα χρυσοῦ πλεῖστον. ΟΤΙ τὸ βορειότατον ἄκρον τῆς Ἰβηρίας, Νέριον καλεῖται. ΟΤΙ [s] ἡ Νέα Καρχηδὼν τῆς Ἰβηρίας ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ κειμένη, κτίσμα ἐστὶν Ἀσδρούβα, τοῦ δεξαμένου Βάρκαν τὸν Ἀννίβα πατέρα. ΟΤΙ σχεδὸν πᾶσα ἡ Ἰβηρία μέταλλα παντοῖα ἔχει, μάλιστα δὲ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου. ΟΤΙ [t] ἀπὸ σταδίων κδʹ. τῆς Νέας Καρχηδόνος, νῆσός ἐστιν ἡ καλουμένη Σκομβραρία, ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων D σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον. οὕτως οὖν εἶπεν ὁ Στράβων τὸ γάρον. ΟΤΙ [v] κατὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ πρὸς νότον κεῖνται αἱ Βαλιαρίδες, νῆσοι ἀξιόλογοι, ἐξ ὧν καὶ τὸ πέλαγος Βαλιαρικὸν, ἃς Ἕλληνες

hinc ad Bætis ostium, centum: inde ad Gades usque, septuaginta. Quod per Bæticam magnæ sint urbes, Corduba, Gaditana, Hispalis, Italica, Ilipa, Astina, Carmon, Obulco, & Atetua, & Urso, & Tuccis, & Julia, & Ægua, & Munda, ubi liberi Pompeji fuerunt expugnati. Cæterum omnes illæ à Corduba non longe absunt. Quod de Pompeji filiis, Cnæus devictus in Carteiam fugerit, ibique obtruncatus est; Sextus autem è Corduba elapsus, paulo post in Siciliam appulit, quam ubi ad rebellandum sollicitaverat, inde profugiens navigavit Miletum, captusque ab Antonii ducibus illic & ipse interiit. Quod Bætis magnis navigiis in mediterranea, & usque ad Hispalim per stadia quingenta adverso flumine navigatur. Sunt autem circa ripas ejus metalla, tum alia, tum argenti plurimum. Quod per æstuaria universa fere Bætica navigabilis sit. Quod circa Hispaniam ad Sardiniam usque Euri Etesiæ in interiore mari gignuntur. Quod in universa Hispania perniciosarum bestiarum raritas sit, præterquam cuniculorum terras effodientium, quos quidam liberidas appellant. Plantis enim seminibusque nocent, radices esitantes. Idem fit usque ad Massiliam, atque nonnullas circumjacentes insulas. Quod tantæ fuerunt divitiæ Hispanorum Turditaniam incolentium, ut Carthaginienses, qui sub Barca militabant, doliis ac phialis argenteis utentes deprehenderint. Quod Lusitania valde felix sit, atque auri ramentis abundet. Quod septentrionale maxime Hispaniæ promontorium, Nerium appellatur. Quod Carthago Nova Hispaniæ super interiore mari sita, condita erat ab Asdrubale illo qui Barcæ Hannibalis patri successit. Quod Hispania ferme tota omnis generis, maxime vero auri & argenti, metalla habeat. Quod stadiis viginti quatuor Carthagine Nova abest insula, à scombris, qui illic capiuntur, Scombraria dicta, è quibus optimum garum præparatur, sic igitur Strabo nominavit garum. Quod ex adverso ostiorum Iberi fluvii, versus austrum, Baleares sint sitæ, non contemnendæ insulæ, à quibus mare dictum est Balearicum: Græci

a *Strab.* pag. 141. *B.* b Ἡ τῶν Γαδιτανῶν πόλις *Strab.* c Vide *Harduinum* ad *Plin.* lib. 3. pag. 391. d Ἀστίγα malit *Casaub.* Nec dubium, inquit, esse quam alii vocant Ἀστιγί. e Forf. Χαρμονία *Ptolemæi.* f Ὀβόλκων *Stephano*, Ὄβουλκον *Ptolemæo*, Obulco *Plinio*, -Obucula *Hirtio.* g Ita in *MSS. Strabonis*, teste *Casaubono.* in vulgatis Ἀπέτουα. h Ὄρσων *Appiano*, Ursao *Hirtio.* i Τοῦκι *Ptolemæo*, Τοῦκις in libb. vulgatis *Strabonis.* Τούκκις scribendum esse monuit *Casaub.* k Hegua forsan *Plinii.* Verum *Attegua* pro *Hegua* reponit *Harduinus*: adeo ut hic Ἀττεγούα legendum suspicaret, nisi malis Ἀττεγούα pro Ἀπτούα. l *Strab* p. 141. *D.* m *Strab.* p. 141. *D.* p. 142. *A. B. C.* n *Strab.* p. 144. *A.* o *Strab* p. 144. C. p Γαιωρύχων λαγιδέων. *Strab.* q *Strab.* p. 145. *A.* p. 146. *A.* p. 151. *A.* r Φάτναις pro φιάλαις apud *Strabonem* legunt *Xylander* & *Casaub.* s *Strab.* p. 158. C. t *Strab.* p. 159. *B.* v *Strab.* p. 167. *B.C.*

a In

appellant Gymnesias. Cantabri vero insignis est gens Hispaniæ, à qua oceanus Cantabricus est dictus. Quod in Hispania castores multi gignuntur, sed [Hispanicum] castorium non habet eandem vim cum Pontico. Quemadmodum etiam æs Cyprium solum Cadmiam fert, & vitriolum, & spodium. Item Celtiberorum equi, cum sint subalbidi, ubi in exteriorem Hispaniam traducti fuerint, colorem mutare dicuntur. Quod Cantabri, & qui hisce sunt finitimi, urina in cisternis inveterata lavantur: eaque tum ipsi tum eorum uxores dentes abstergunt. Quod Vettones, cum, primum castra Romanorum ingressi, quosdam Centuriones deambulationis gratia viam deflectere cernerent, insanire homines suspicati sunt, ac proinde iis præcedentes viam ad tabernacula commonstrabant; putabant enim aut in tabernaculo quietè manendum, aut pugnandum esse. Tam feris illi atque immansuetis moribus fuerunt. Præterea autem ipsorum mulieres ornatus gratia gestabant ferrea monilia collo circumdata, corvos ferreos habentia, qui ante frontem longius procumbentes supra verticem erant reflexi. Ad hos corvos, cum vellent, attrahebant velum, ut prætentum faciei ipsam tegeret. Atque hoc putabant esse ornatum. Alias ajunt tympanulum circumjectum habere ad cervicem, ad occiput quidem rotundum, adstringens caput ipsum usque ad auriculas; in altitudinem vero & latitudinem paulatim supinatum. Alias vero priorem comam adeo explicare, ut plus quàm facies pateat. Alias rursus columnella pedali [capiti] imposita atque in sublime erecta, cæsariem illi circumtexere, deinde nigricante velo exornare. Ultra hæc, quæ sane vera esse constat, permulta alia visa sunt, & efficta de omnibus communiter Hispanicis populis, tum præcipue de septentrionalibus: & non solum de ipsorum fortitudine, sed & de crudelitate & ferocitate. Siquidem matres filios occiderunt, priusquam in bello caperentur. Et puer quidam, cum parentes & fratres captivi vinculis adstricti jacerent, nacto cultro eos omnes interfecit, id scilicet jubente patre. Idem fecit mulier de iis, qui secum capti fuerunt. Quidam ad ebrios vocatus, supra rogum sese conjecit. Hæc autem & Celtæ & Scythæ & Thraces faciunt.

A Γυμνησίας καλοῦσι. [a] Καντάβροι δὲ ἐπίσημον ἔθνος Ἰβηρικὸν, ἀφ' οὗ ὁ περικείμενος ὠκεανὸς Καντάβριος καλεῖται. ΟΤΙ [b] ἐν Ἰβηρίᾳ κάστορες μὲν πολλοὶ γίνονται, ἀλλ' οὐκ ἔχει τὸ καστόριον τὴν αὐτὴν δύναμιν τῷ Ποντικῷ. καθάπερ καὶ ὁ Κύπριος μόνος χαλκὸς φέρει τὴν [c] Καδμίαν λίθον καὶ τὸ χαλκανθὲς καὶ τὸ [d] σπόδιον· καὶ οἱ τῶν Κελτιβήρων ἵπποι ὑπόψαροι ὄντες, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἔξω [e] μεταχθῶσιν Ἰβηρίαν, μεταβάλλειν τὴν χρόαν λέγονται. ΟΤΙ [f] οἱ Καντάβροι καὶ οἱ τούτοις πλησιόχωροι οὔρῳ λούονται ἐν δεξαμεναῖς παλαιουμένῳ· καὶ τοὺς ὀδόντας σμήχονται τῷ αὐτῷ οὔρῳ, καὶ αὐτοὶ καὶ γυναῖκες. ΟΤΙ [g] οἱ [h] Οὐέττωνες Ἴ- B βηρες, ὅτε πρῶτον εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων παρῆλθον στρατόπεδον, ἰδόντες τινὰς τῶν ταξιαρχῶν ἀνακάμπτοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς περιπάτου χάριν, μανίαν ὑπέλαβον, [i] τὴν ὁδὸν αὐτοῖς εἶναι ἐπὶ τὰς σκηνάς· ὡς δέον ἢ μένειν καθ' ἡσυχίαν ἱδρυθέντας, ἢ μάχεσθαι· τοσοῦτον αὐτοῖς τὸ θηριῶδες καὶ ἀνήμερον ἦν. καὶ αἱ γυναῖκες δ' αὐτοῖς κόσμου χάριν περιτραχήλια σιδηρᾶ ἐφόρουν, [ἔχοντα] κόρακας σιδηροῦς προνενευκότας τοῦ προσώπου πολὺ, καμπτομένους ὑπὲρ κορυφῆς, καὶ [k] περιπίπτοντας πρὸ τοῦ μετώπου πολύ. κατὰ τούτων δὲ τῶν κοράκων, ὅτε βούλονται, κατασπῶντο κάλυμμα, ὥστε ἐμπετασθὲν τῷ προσώπῳ καλύπτειν C αὐτό· καὶ τοῦτο κόσμον ἐνόμιζον. [l] ἄλλας δέ φασι τυμπάνιον [m] περικεῖσθαι, πρὸς μὲν τῷ ἰνίῳ περιφερὲς, καὶ σφίγγον τὴν κεφαλὴν μέχρι τῶν παρωτίδων· εἰς ὕψος δὲ καὶ πλάτος, [n] ἐξυπτιασμένον κατ' ὀλίγον. [o] ἄλλας δὲ τὰ προκόμια ψιλοῦν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ἀποστίλβειν τοῦ μετώπου μᾶλλον· τὰς δὲ ὅσον ποδιαῖον τὸ ὕψος ἐπιθεμένας στυλίσκον, περιπλέκειν αὐτῷ τὴν χαίτην, εἶτα καλύπτρᾳ μελαίνῃ περιστέλλειν. πρὸς δὲ τῇ ἀληθείᾳ τῇ τοιαύτῃ, πολλὰ καὶ ἑώραται καὶ μεμύθευται περὶ πάντων κοινῇ τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν, διαφερόντως δὲ τῶν προσβόρρων· οὐ μόνον τὰ πρὸς ἀνδρείαν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ὠμότητα [p] καὶ θηριωδίαν. καὶ γὰρ τέκνα μητέρες D ἔκτειναν, πρὶν ἁλῶναι κατὰ τὸν [q] πόλεμον· καὶ παιδίον δὲ, τῶν γονέων καὶ ἀδελφῶν δεδεμένων αἰχμαλώτων, ἔκτεινε πάντας, τοῦ πατρὸς κελεύσαντος, σιδήρου κυριεύσαν· γυνὴ δὲ πάλιν τοὺς συναλόντας. κληθείς δέ τις εἰς μεθυσκομένους, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς πυράν. ταῦτα δὲ καὶ Κελτοὶ καὶ Σκύθαι καὶ Θρᾷκες ποιοῦσιν.

a In *Ed. Basil.* Κάντανροι, & mox ὠκεανὸς Καντανύριος. b *Strab.* p. 163. C. D. c Καδμείαν *Strab.* d In *Ed. Basil.* σπονδίον. e Ita *MSS. Strabonis*, in *lib. vulgatis* μεταλεθῶσιν. f *Strab.* p. 164. *A.* g *Strab.* p. 164. *B. C. D.* h In *Ed. Basil.* Οὐέττωνος. i Verbum aliquod hic subintelligendum. k Προσπίπτοντας *Strab.* l Ἄλλαις malim. m Περιχεῖσθαι *Strab.* n ita ex *Strab.* In *Ed. Basil.* ἐξ ὑπτίας μὲν κατ' ὀλίγον. o Ἄλλα in *Ed. Bas.* Locum sic vertit *Xylander.* Alias frontis partes, quæ ad comam spectant, ita deglabrare, ut magis ipsa fronte niteant. p Καὶ ἀπόνοιαν θηριώδη. *Strab.* q De bello Cantabrico hæc intelligenda.

A ΟΤΙ [a] τῆς Κάλπης καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Βαίτιδος ἀπέχει τὰ Γάδειρα, στάδια ψν'. καὶ ἔστιν ἡ νῆσος μικρά· πλάτος μὲν ἔχουσα σταδιαῖον, μῆκος δὲ στάδια ρ'. καὶ εἰσὶν οἱ ἐνοικοῦντες πλουσιώτατοι διὰ τὴν ἐμπορείαν. ΟΤΙ [b] Πολύβιος κρήνην εἶναί φησιν ἐν Γαδείροις ὕδατος ποτίμου, ἥ τις ἀντιπαθεῖ τῇ θαλάσσῃ· πλημμυρούσης μὲν, λειψυδρεῖ· ὑποφευγούσης δὲ, πλημμυρεῖ. αἰτιᾶται δ' ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐκπῖπτον, καλυφθείσης μὲν αὐτῆς ἀπὸ τοῦ κύματος κατὰ τὰς πλημμύρας, εἴργεται τῶν οἰκείων τοιούτων ἐξόδων· ἀναστρέψαν δ' εἰς τὸ ἐντὸς, ἐμφράττει τοὺς τῆς πηγῆς πόρους, καὶ ποιεῖ λειψυδρίαν· γυμνωθείσης δὲ πάλιν εὐθυπορῆσαν ἐλευθεροῖ τὰς B φλέβας τῆς γῆς, ὥστε ἀναβλύειν εὐπόρως· ὁ δὲ Στράβων, οὐ δὲ ταύτην μὲν αἰτίαν ἀποδοκιμάζει· λέγει δὲ κἀκεῖνος ἑτέραν. [c] ὅτι εἰκὸς τῶν φλεβῶν τινας τῶν πηγαίων, νοτισθείσας διὰ τῆς πλήμμης ἔξωθεν χαυνοῦσθαι, καὶ παρέκχυσιν εἰς τὰ πλάγια μᾶλλον διδόναι τοῖς ὕδασιν, ἢ ἀναθλίβειν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ῥεῖθρον εἰς τὴν κρήνην· εἶτα, ὥσπερ Ἀθηνόδωρός φησιν, εἰσπνοῇ τε καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὰς ἀμπώτεις ἔοικεν· εἶναι ἄν τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων, ἃ κατ' ἄλλους μὲν πόρους ἔχει τὴν ἔκρυσιν κατὰ φύσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν (ὧν δὴ τὰ στόματα πηγὰς καὶ κρήνας καλοῦμεν) κατ' ἄλλους δὲ πόρους C συνέλκεται πρὸς τὸ τῆς θαλάττης [d] βάθος. καὶ [e] συνεξαίροντα μὲν ἐκείνην, ὥς τε πλημμυρεῖν, ὅταν οἷον ἡ ἐκπνοὴ γίνηται, τὸ οἰκεῖον ἀπολείπει ῥεῖθρον· πάλιν ἀναχωρεῖ πρὸς τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ὅταν κἀκείνη λάβῃ τὴν ἀναχώρησιν. ΟΤΙ [f] φησὶ Ποσειδώνιος, τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν ὑπέχειν ἀστροειδῆ περίοδον· τὴν μὲν ἡμερήσιον, πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολάς τε καὶ δύσεις· τὴν δὲ μηνιαίαν, πρὸς τὰς τῆς σελήνης φάσεις· τὴν δὲ ἐνιαυσιαίαν, πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου τροπάς· καθ' ἡμέραν γὰρ πρὸς τὴν τῆς σελήνης συμπάθειαν. ὅταν ὑψωθῇ ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος ζωδίου μέγεθος, ἄρχεσθαί τε διοιδεῖν τὴν θάλατταν καὶ πλημμυρεῖν, μέ- D χρι μεσουρανήσεως αὐτῆς· ἐκκλίναντος δὲ τοῦ ἄστρου, πάλιν ἀναχωρεῖν κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν ζώδιον ὑπερέχουσα τοῦ δυτικοῦ ὁρίζοντος τελέως μειωθῇ. [g] εἶτα ἐν τῇ ῥιχίᾳ ταύτῃ διαμένειν τὸν ὠκεανὸν, ἕως ἡ σελήνη δυύασα ἀποφύγῃ τοῦ ὁρίζοντος πάλιν ζωδιακὸν ὑπὸ γῆν διάστημα. εἶτα κατὰ τὸ ὅμοιον σχῆμα, ἕως τοῦ ὑπογείου πλημμυρεῖ.

Quod à Calpe & Bætis ostiis Gades distant stadiis septingentis quinquaginta: est autem insula exigua, latitudine stadii unius, longitudine centum. Hujus incolæ è mercatura ditissimi sunt. Quod Polybius fontem ait esse in Gadibus, aquis abundantem potui aptis, cui contra quam mari aliquid evenit: nam cum illud augetur, tum ipse deficit; cum vero refluit, completur. Causam rei confert in spiritus, qui è fundo in superficiem terræ efferuntur; qua superficie sub maris fluxum undis cooperta, prohibentur à solito egressu, atque ad interna reversi fontis meatus obturant, & aquæ defectum efficiunt: ea deinde iterum nudata, directos meatus agentes spiritus fontis venas usque adeo liberant, ut facile & ubertim scateat aqua. Hanc causam Strabo non approbans aliam adfert. Quod & credibile ut venæ aliquæ fontis ab inundatione humectatæ extrinsecus laxentur, & magis in obliquum aquas diffundant, quam eas secundum pristinum alveum in fontem exprimant. Deinde, ut ait Athenodorus, inspirationi & exspirationi perquam simile videtur, quod circa aquarum accessus & recessus accidit: ut sint fluentes aquæ per alios meatus naturalem fluxum in terræ superficiem habentes (quorum meatuum orificia appellamus fontes) rursusque per alios meatus ad maris fundum una trahantur: & [mare] quidem ipsum attollentes, ut exundet quando fit exspiratio; ac tum proprium alveum relinquunt: mox ad eundem redeunt, cum & illud abit rursus. Quod Posidonius ait, oceani motum sideris circuitum subire: diurnum quidem, solis ortum & occasum; menstruum vero, lunæ varium lumen; annuum autem, solis conversiones. Atque in singulos quidem dies ad lunæ consensum variat. Cum enim luna unius signi spatio supra horizontem elevatur, mare intumescere incipit & in terras effluere, idque dum ad medium cœli perveniat. Rursus inclinante astro retrocedit paulatim, donec signo uno horizontem occiduum excesserit, quo momento prorsus decrescit mare. Deinde in eodem statu manet oceanus, quousque luna sub occasum demersa rursus sub terra unius signi intervallo ab horizonte destiterit. Atque dein eodem modo quo prius exundat, donec luna sub tellure in imo cœli sit;

a *Strab.* p. 168. *D.* pag. 169. *A.* b *Strab.* pag. 172. *B. C.* c *Strab.* p. 173. *B. C.* d Sic *Strabonis* libb. vulgati. atque ita legisse videtur *Gemusæus.* In *Ed. Basil.* πάθος. e Καὶ συνεξαίροντα μὲν ἐκείνῃ apud *Strabonem* legit *Casaubonus.* f *Strab.* p. 173. C. D. p. 174. *A. B.* g Apud *Strab.* Εἶτα μένειν ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει. Forsan pro ῥιχίᾳ (quod nusquam alibi, quod sciam, occurrit) reponendum μαλακίᾳ aut μαλαχίᾳ. Εἶτα ἐν τῇ ῥιχίᾳ ταύτῃ διαμένειν) Ῥαχίᾳ aut Ionice ῥηχίᾳ jam reponendum mallem. nam voce ῥαχίᾳ Iones τὴν ἄμπωτιν καὶ ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης exprimunt, teste *Suida.* immo & pro maris restagnatione in oceani littore usurpatur apud *Pausaniam.*

a Πρὸς

A postea iterum recedit, donec luna in ortum progressa uno signo ab horizonte abfuerit: tum enim consistit donec supra horizontem signi altitudine elevatur luna. Atque ad hunc modum singulis id diebus ab æterno peragitur. Menstruus vero motus ita fit: intenduntur aquarum incrementa & decrementa circa novilunia & plenilunia; remittuntur autem in quadraturis. Annuus ita fit: circa solstitia accessus recessusque augentur; circa æquinoctium utrumque maxime diminuuntur: & hoc perpetuo fit. Rursus autem dum luna in tropicis signis versatur, inæqualitas apparet accessus atque recessus tum celeritate tum quantitate reciprocationum: B in æquinoctialibus & æqualitas est & ordo constantior: in cæteris medio inter hæc modo. Quod non omnium Celtarum una sit lingua aut una vox. Quod Alpes, à Ligustico mari initio sumto, usque ad Rheni ostia procurrunt. Quod Cemmenus mons Pyrenæ monti ad rectos angulos est situs, longitudinem habens circiter stadia duo millia; & desinit prope Lugdunum urbem, versus ortum. Qui à Pyrene & monte Cemmeno versus Boream habitant usque ad Oceanum Aquitani dicti, disterminantur à Lugdunensi Gallia Ligeri flumine. Quod universa fere Gallia fluminibus permeatur: sunt C autem tam apposite sita ea flumina, ut onera mercium ab oceano in mediterraneum, & ab hoc vicissim in oceanum transferri possint, paucis quibusdam exceptis locis, per quæ itinere terrestri portantur. Est autem Celtica hominibus abundantissima, & feracissima. Circa Narbonem vero atque ipsius oram maritimam usque ad Cemmenos montes oleis consita est. Quæ ad septentrionem progreditur, ea paulatim ne vites quidem alere potest. Quod Narbonensis Gallia parallelogrammum referat, cujus opposita duo latera efficiunt, & mare quod meridiem versus jacet, & mons Cemmenus ad Alpes usque: reliqua duo Pyrene monte at- D que Alpibus constituuntur. Dividitur autem Narbonensis regio ab Italia flumine Varo, ab Hispania templo Pyrenææ Veneris. Et est quæ inter Aphrodisium & Vari fluminis ostia interjacet regio maritima, stad. duorum millium septingentorum. Quod Massilia urbs Græca tanta fuerit temperantia & moderatione, ut legem haberet, ne dos maxima aureos centum, vestitus quinque excederet, & mulierum ornatus ut totidem esset aureorum.

καὶ πάλιν ὑπονοστεῖ, ἕως ἐλθοῦσα [a] περὶ τῆς ἀνατολῆς ζωδιακὸν διάστημα τελέως ῥιχίαν σχοίη. εἶτα ἐν τῇ ῥιχίᾳ μένει ἕως ἂν ὑψωθῇ τοῦ ὁρίζοντος τὸ ζωδιακὸν διάστημα. καὶ οὕτως καθ' ἑκάστην γίνεται ἡμέραν ἐξ ἀϊδίου. ἡ δὲ μηνιαία γίνεται οὕτως· ἀποτείνονται αἱ αὐξομειώσεις περὶ τὰς συνόδους καὶ πανσελήνους· μειοῦνται δὲ περὶ τὴν διχότομον ἑκατέραν. ἡ δ' ἐνιαυσιαία γίνεται οὕτως· περὶ τὰς τροπὰς ἑκατέρας τοῦ ἡλίου ἐπιτείνονται αἱ αὐξομειώσεις [b] τῶν ἀμπώτεων· περὶ δὲ τὰς ἰσημερίας ἑκατέρας μειοῦνται ἐσχάτως· καὶ τοῦτο ἀεὶ γίνεται. πάλιν δὲ τῆς σελήνης ἐν τοῖς τροπικοῖς ζωδίοις, ἀνωμαλίαν εἶναι τῶν ἀμπώτεων καὶ πλημμυρῶν, τῷ τε τάχει καὶ τῷ πλήθει τῶν αὐξομειώσεων· ἐν δὲ τοῖς ἰσημερινοῖς, ὁμαλίαν τε καὶ εὐταξίαν· ἐν δὲ [c] τοῖς δισώμοις, μεταξὺ τούτων. ΟΤΙ [d] οὐκ ἔστιν πάντων τῶν Κελτῶν [e] ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς. ΟΤΙ [f] αἱ Ἄλπεις, ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς ἀρξάμεναι θαλάσσης, ἐπὶ τὰς τοῦ Ῥήνου διήκουσιν ἐκβολάς. ΟΤΙ τὸ Κέμμενον ὄρος πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἐστὶν τῇ Πυρήνῃ, μῆκος ἔχον περὶ στάδια ͵β. καὶ παύεται περὶ Λούγδουνον πόλιν πρὸς ἀνατολάς· οἱ δὲ τῆς τε Πυρήνης καὶ τῶν Κεμμένων πρὸς Βορρᾶν οἰκοῦντες ἕως τοῦ ὠκεανοῦ Ἀκυϊτανοὶ καλοῦνται, ἀφοριζόμενοι τῷ Λίγηρι ποταμῷ ἀπὸ Λουγδουνησίας. ΟΤΙ [g] πᾶσα σχεδὸν ἡ Κελτικὴ ποταμοῖς ἐστιν κατάρρυτος. οὕτως δὲ οἱ ποταμοὶ εὐφυῶς κεῖνται, ὥστε ἀπὸ τοῦ ὠκεανοῦ εἰς τὴν ἔσω θάλασσαν καὶ ἔμπαλιν τὰ φορτία διὰ τῶν ποταμῶν οἱ ἔμποροι διαβιβάζουσιν, ὀλίγων τινῶν χωρίων πεζῇ κομίζεσθαι ἀναγκαζόντων. ἔστιν δὲ καὶ πολυανθρωποτάτη ἡ Κελτική, καὶ εὔφορος. περὶ δὲ Νάρβωνα καὶ τὴν παραλίαν αὐτῆς ἕως τῶν Κεμμένων ἐλαιόφυτός ἐστιν. τὰ δὲ πρὸς Βορρᾶν προϊόντι ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον οὐδὲ ἄμπελον ἔχει. ΟΤΙ [h] ἡ Ναρβωνησία παραλληλόγραμμον ἔχει τὸ σχῆμα· ὧν ἡ Νοτία θάλασσα καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος ἕως τῶν Ἄλπεων, αἱ ἀπεναντίον· ἡ δὲ Πυρήνη καὶ αἱ Ἄλπεις, αἱ λοιπαὶ δύο ἀπεναντίον· διορίζεται δὲ ἡ Ναρβωνῖτις χώρα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας τῷ Οὐάρῳ ποταμῷ, ἀπὸ δὲ τῆς Ἰβηρίας τῷ ἱερῷ τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης· καί εἰσιν μεταξὺ τοῦ Ἀφροδισίου καὶ τῶν τοῦ Οὐάρου ποταμοῦ ἐκβολῶν ἡ παραλία, στάδια ͵βψ'. ΟΤΙ [i] ἡ Μασσαλία πόλις Ἑλληνικὴ τοσοῦτον ἦν σώφρων καὶ μετρία, ὥστε καὶ νόμον εἶχον, τὴν μεγίστην προῖκα χρυσίων εἶναι ρ'. τὴν δὲ ἐσθῆτα χρυσίων ε'. καὶ τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον ὁμοίως χρυσίων ε'.

a Πρὸς τὰς ἀνατολάς. *Strab.* b Forsan τῶν ἀμπώτεων καὶ πλημμυρῶν. c Hic prorsus hæreo, dubius an reponerem, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις διοσημείοις. Vide *Strab.* p. 174. *D.* d *Strab.* p. 116. C. e *Homer.* Il. δ. v. 437. f *Strab.* pag. 177. *A.* g *Strab.* pag. 177. C. D. p. 178. *A.* h *Strab.* p. 178. *B.* C. D. i *Strab.* p. 179. *B.* & p. 181. *A.* *B.*

A τοσοῦτον δὲ τοὺς λόγους καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἔργῳ ἐξήσκησαν, ὥστε τοὺς φιλομαθείᾳ ἐχομένους Ῥωμαίους, μὴ εἰς Ἀθήνας ἀλλ' εἰς Μασσαλίαν πορεύεσθαι. ἔστιν δὲ ἡ πόλις Φωκαέων ἀποικία. ΟΤΙ [a] μεταξὺ Νάρβωνος καὶ τοῦ Ἀφροδισίου ἄκρου ἐκ τῆς Πυρήνης ῥεῖ ποταμὸς ὁ Ῥουσκίνων· οὗ πλησίον λίμνη, καὶ χωρίον ὕφυδρον, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἁλυκίδων μεστὸν, τὸ τοὺς ὀρυκτοὺς κεστρεῖς ἔχον. δύο γὰρ ἢ τρεῖς ὀρύξαντι πόδας, καὶ καθέντι τρίαιναν εἰς ὕδωρ ἰλυῶδες, ἔστιν [b] περιπεῖραι τὸν ἰχθὺν, ἀξιόλογον τὸ μέγεθος. τρέφεται δ' ὑπὸ τῆς ἰλύος, καθάπερ αἱ ἐγχέλυες. ΟΤΙ [c] μεταξὺ Μασσαλίας καὶ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ ἐκβολῶν ποταμοῦ πεδίον ἐστὶν διέχον τῆς θαλάσσης στάδια ρʹ. B τοσοῦτον δὲ καὶ τὴν διάμετρον, κυκλοτερὲς τὸ σχῆμα· καλεῖται δὲ λιθῶδες ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· μεστὸν γάρ ἐστιν λίθων χειροπληθῶν, ὑποπεφυκυῖαν ἐχόντων αὐτοῖς ἄγρωστιν· ἀφ' ἧς ἄφθονοι νομαὶ βοσκήμασίν εἰσιν· ἐν μέσῳ δ' ὕδατα καὶ ἁλυκίδες ἐνίστανται καὶ ἅλες. Ἀριστοτέλης μὲν οὖν φησιν, ὑπὸ σεισμῶν τῶν καλουμένων [d] βραστῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Ποσειδώνιος δὲ λίμνην οὖσαν παγῆναι μετὰ κλυδασμοῦ· καὶ διὰ τοῦτο εἰς πλείους μερισθῆναι λίθους, καθάπερ τοὺς ποταμίους κάχληκας καὶ ψήφους τὰς αἰγιαλίτιδας. καὶ ἔστιν ἑκάτερος τῶν λόγων πιθανός. ἀνάγκη γὰρ τοὺς οὕτως συνεστῶτας λίθους, οὐ καθ' αὐ- C τοὺς ἢ ἐξ ὑγροῦ παγέντας μεταβάλλειν [e] [ἀλλ'] ἐκ πετρῶν μεγάλων ῥήγματα συνεχῆ λαβουσῶν ἀποκριθῆναι. ΟΤΙ [f] οἱ Σάλυες οἰκοῦσι μεταξὺ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ καὶ Δρυεντία ποταμοῦ, ἐπὶ στάδια φʹ. ΟΤΙ οἱ πλησίον Καππαδοκίας Γαλάται Κελτῶν εἰσιν ἄποικοι. ΟΤΙ [g] ἐν τῇ Ἀκυϊτανίᾳ τῆς Κελτικῆς, ἣν ἔχουσι Τάρβελλοι, μέταλλά ἐστιν χρύσεα σπουδαιότατα πάντων. ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπληθεῖς χρυσίου πλάκες, ἔσθ' ὅτε μικρᾶς ἀποκαθάρσεως δεόμεναι. τὸ δὲ λοιπὸν ψῆγμά ἐστιν, καὶ βῶλοι, καὶ αὐταὶ κατεργασίαν οὐ πολλὴν ἔχουσαι. ἡ δὲ μεσόγειος καὶ ὀρεινὴ D βελτίω γῆν ἔχει. ΟΤΙ [h] τὸ σύμπαν ἔθνος, ὃ νῦν Κελτικόν τε καὶ Γαλατικὸν καὶ Γαλλικὸν καλεῖται, ἀρειμάνιόν τέ ἐστιν καὶ θυμικὸν καὶ μάχιμον, καὶ μᾶλλον ἱππικῇ μάχῃ εὐδοκιμοῦν· καὶ τὸ κράτιστον Ῥωμαίοις ἱππικὸν οὗτοι παρέχουσιν. εἰσὶν δὲ τοῖς τρόποις ἁπλοῖ, καὶ οὐ κακοήθεις. εἰς δὲ τὸ διεγερθῆναι πρὸς πόλεμον ἑτοίμως ἐρεθίζονται, ὡς μισοπόνηροι· καὶ πάλιν εὐκόλως χειροῦνται καὶ δουλοῦνται.

In dicendi vero ſtudio ac philoſophiæ eo uſque exercuerunt ſeſe; ut qui Romani diſciplinarum amore tenebantur, non Athenas ſed Maſſiliam proficiſcerentur. Hæc urbs Phocenſium eſt colonia. Quod inter Narbonem & Aphrodiſii promontorium è Pyrene Rhuſcino flumen exeat, juxta quem lacus eſt, & ager ſubtus aquoſus, paululum ſupra mare, ſalinis refertus: is etiam foſſiles habet mugiles. Nam ubi quis duos aut tres foderit pedes, & in limoſam aquam immiſerit fuſcinam, piſcem licet eximiæ magnitudinis configere: is limo anguillarum inſtar alitur. Quod inter Maſſiliam & Rhodani fluvii oſtia jacet campus, à mari diſtans ſtadiis centum, diametro ejuſdem quantitatis, forma circulari. Is ab eventu Lapidoſus dicitur, lapidibus, qui manus implere poſſint, pleniſſimus; ſub quibus gramen exoritur, quod pabuli ubertatem pecoribus ſuppeditat. In medio autem aquæ, & ſalinæ ſunt, & ſales. Dicit igitur Ariſtoteles lapides eos à terræ-motibus, quos braſtos, id eſt ebullientes, appellant, in ſuperficiem ejectos, ad cava loca confertim delapſos eſſe. Poſidonius lacum fuiſſe dicit, qui cum fluctuatione quadam exaruerit, ideoque in plures diſperſus fuerit lapides, ſicut fluviatilem glaream, & calculos littoreos. Sane uterque probabilem rei rationem expoſuit. Neceſſe enim eſt ita congregatos lapides non per ſe ipſos conſiſtere, vel ex humiditate compactos oriri, ſed fragmenta eſſe magnorum ſaxorum continentibus rupturis avulſa. Quod Salyes inter Rhodanum & Druentiam amnes habitant, per quingenta ſtadia. Quod Galatæ, qui Cappadociæ adjacent, Gallorum ſint coloni. Quod in Aquitania Galliæ, quam habent Tarbelli, auri-fodinæ ſint omnium præſtantiſſimæ: nam in ſcrobibus paululum defoſſis, auri laminæ reperiuntur manum implentes, aliquando exigua indigentes repurgatione: reliquum ramenta & glebæ ſunt, ipſæ quoque non multum operis deſiderantes. Mediterranea autem & montana agrum habent meliorem. Quod univerſa hæc natio, quæ nunc Celtica & Galatica & Gallica appellatur, bellicoſa eſt & ferox & ad pugnam promta, magis tamen equeſtri pugna nobilis, adeoque optimum equitatum Romanis ſuppeditat. Cæterum ingenio candido eſt & ſimplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque ut ad bellum coëant ſtatim laceſſuntur, utpote laborum oſores; & facile item domantur, ſubjuganturque.

a *Strab.* p. 182. *A.* b Apud *Strab.* παραπεῖραι. melius περιπεῖραι. c *Strab.* p. 182. *B.* C. *D.* d Βράσται dicuntur *Ariſtoteli.* e Verbum uncis incluſum ſupplevi ex *Strabone.* f *Strab.* p. 185. *B.* g *Strab.* p. 190. C. h *Strab.* p. 195. C. p. 196. *B.*

a *Strab.*

Sunt autem Hispanis ob magnitudinem corporis robustiores, magis tamen qui ad oceanum vergunt. Cæterum bella gerentes, non multo tempore resistunt: nam adversus Romanos, postquam Hispani, belligerare cœperunt, priores tamen fuere subjugati. Hispani vero non universis viribus sicut Galli, neque uno in loco depugnabant: sed in locis multis, inque aliis alii, atque alio tempore, quapropter difficilius subdi potuerunt. Quod è Gallis, qui Belgæ, vocantur fortissimi sunt, in quindecim nationes divisi. Habitant autem inter Rhenum & Ligerim, scilicet ad oceanum domos habentes. Hi Germanis sunt vicini, ac reliqua vivendi norma similes. Apud eos tanta est mulierum fœcunditas, ut circiter trecenta millia censeretur Belgarum multitudo, qui arma ferre possent. Sagis vestiuntur, ac comas nutriunt, dormiunt humi, carnibus victitant, & lac potant. Eorum regio sues & oves alit. Pro tunicis gestant scissos cum manicis amictus, usque ad pudenda & natos demissos. Lana quidem eorum aspera, cæterum oblongis villis, ex qua hirsuta texunt sagula. Hæc universæ Italiæ per mercatus suppeditant, quemadmodum etiam suilla salsamenta. Armatura illis gladius longus à dextro latere suspensus, clypeus oblongus, & hastæ pro proportione, & matara tragulæ genus. Est etiam illis lignum pili forma, quod non amento sed è manu mittitur, è longinquo magis feriens quam sagitta, quo potissimum ad aucupia utuntur. Sues etiam in agris pernoctant, proceritate, robore, celeritate præstantes. Periculum est ab iis insueto cuipiam accedenti, non minus quam à lupis. Quod apud omnes Celtas tria hominum genera passim sint in honore. Bardi scilicet, qui laudationibus, rebusque poëticis student; & Vates, qui sacrificiorum, causarumque naturalium curæ sunt dediti; & Druidæ, qui, præter causarum naturalium studia, etiam moralem Philosophiam exercent. Hi omnium justissimi censentur. Immortales animas esse statuunt, & mundum; tamen aliquando ignem & aquam superatura. Simplicitati ipsorum atque animositati multum imprudentiæ & superbiæ conjunctum est, & ornamentorum studium ingens. Etenim aurum gestant, circa collum quidem torques, manibus autem & lacertis armillas. Principibus vestes sunt auro pictæ. Victores intolerabiles sunt; devicti vero, plane

A καὶ εἰσὶν τῶν Ἰβήρων ῥωμαλεώτεροι, διὰ τὰ τῶν σωμάτων μεγέθη· καὶ τούτων οἱ παρωκεανῖται μᾶλλον. οὐκ αὐτέχουσι δὲ χρόνον πολλὼ πολεμοῦντες· καὶ γὰρ πρὸς Ῥωμαίους πολεμεῖν ἤρξαντο ὕστεροι τῶν Ἰβήρων, ἀλλὰ πρότεροι κατεστράφησαν. οἱ δ' Ἴβηρες οὔτε πανστρατιᾷ ὥσπερ οἱ Γαλάται ἐπολέμουν, οὔτε καθ' ἕνα τόπον· ἀλλὰ κατὰ πολλὰ τῆς χώρας, καὶ ἄλλοιτε ἀλλαχοῦ, δυσαλωτότεροι γεγόνασιν. ΟΤΙ [a] τῶν Γαλατῶν οἱ Βέλγαι ἀνδρειότατοί εἰσιν, εἰς ιε'. ἔθνη διῃρημένοι· οἰκοῦσι δὲ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ [b] Λίγειρος, παρωκεανῖται ὄντες. καὶ εἰσὶν οὗτοι τοῖς Γερμανοῖς γείτονες, καὶ τὴν
B ἄλλην δίαιταν ὅμοιοι. καὶ διὰ τὴν τῶν γυναικῶν εὐτεκνίαν, εἰς λ'. μυριάδας τὸ τῶν Βελγῶν ἐξητάζετο μάχιμον πλῆθος. σαγηφοροῦσι δὲ, καὶ κομοτροφοῦσι, καὶ χαμαιεῦναί εἰσιν, καὶ κρεωφάγοι, καὶ γαλακτοπόται· καὶ ἡ χώρα κτηνοτρόφος συσὶ καὶ προβάτοις· ἀντὶ δὲ χιτώνων σχιστοὺς χειριδωτοὺς φοροῦσι, μέχρι γλουτῶν καὶ αἰδοίων. ἡ δ' ἐρέα αὐτοῖς τραχεῖα μὲν, ἀκρόμαλλος δὲ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσι, καὶ τῇ Ἰταλίᾳ πάσῃ χορηγοῦσιν ἐπ' ἐμπορείᾳ, καὶ τὰ ἐκ τῶν συῶν ταρίχη. ὁπλισμὸς δὲ μάχαιρα μακρὰ, παρηρτημένη παρὰ τὸ δεξιὸν πλευρὸν, καὶ θυ-
C ρεὸς μακρὸς, καὶ λόγχαι κατὰ λόγον, καὶ [c] μάταρις παλτοῦ τι εἶδος· ἔστιν δέ τι καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ ἀγκύλης [d] ἀφιέμενον, τηλεβολώτερον καὶ βέλους, ᾧ μάλιστα καὶ πρὸς τὰς τῶν ὀρνέων χρῶνται θήρας. αἱ δὲ ὕες αὐτοῖς καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὕψει καὶ τάχει καὶ ἀλκῇ διαφέρουσαι· κίνδυνος δ' ἐστὶν τῷ ἀήθει προσιόντι ταύταις, ὡσαύτως καὶ λύκῳ. ΟΤΙ [e] παρὰ πᾶσι Κελτοῖσι τρία γένη ἔντιμα αὐτοῖς ἐστιν μάλιστα. [f] Βάρδοι τε, ποιηταὶ ὄντες ὕμνων· καὶ [g] Οὐάται, ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι· καὶ Δρυΐδαι [οἳ] πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ, καὶ τὴν ἠθικὴν
D φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι, δικαιότατοι νομιζόμενοι. ἀφθάρτους δὲ τὰς ψυχὰς οὗτοι λέγουσιν εἶναι, καὶ τὸν κόσμον· ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ. τῷ δὲ ἁπλῷ καὶ θυμικῷ πολὺ τὸ ἀνόητον καὶ ἀλαζονικὸν πρόσεστιν τοῖς Γάλλοις, καὶ τὸ φιλόκοσμον. χρυσοφοροῦσι γὰρ, περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτόν· περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια· καὶ ἐσθῆτες αὐτοῖς τοῖς ἄρχουσι χρυσόπαστοι· καὶ εἰσὶν ἀφόρητοι μὲν νικῶντες, ἡττηθέντες δὲ

a *Strab.* p. 196. *B.* C. *D.* p. 197. *A.* b Nonnullis dicitur Λίγυος & Λείγηρος. c Μέρις apud *Strab.* Verum μάταρις ex *Scaligero* & *Turnebo* legit *Casaubonus*, quem vide in Commentariis ad pag. 196. d Ἐφιέμενον *Strab.* e *Strab.* p. 197. C. D. f Βάρτοι in *Ed. Basil.* g Οὐάτεις apud *Strabonem.*

ἐκπληκτοι. ΟΤΙ [a] ἔναντι τῶν τοῦ Λίγηρος ποταμοῦ ἐκβολῶν νῆσός ἐστιν μικρὰ, οὐ πάνυ πελαγία ἐν τῷ ὠκεανῷ· ἐν ᾗ τῶν Σαμνιτῶν αἱ γυναῖκες Βάκχαι, τῷ Διονύσῳ κατεχόμεναι, οἰκοῦσιν, ἐξιλεούμεναι τὸν θεόν. οὐ θέμις δὲ ἐπιβαίνειν ἄνδρα τῆς νήσου. αἱ δὲ γυναῖκες ἀντιπλέουσαι ἐκ τῆς νήσου συνέρχονται τοῖς σφετέροις ἀνδράσι, καὶ πάλιν ἀπίασιν εἰς τὴν νῆσον. ΟΤΙ [b] Κελτοὶ πάντες φιλόνεικοί εἰσιν· καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν, τὸ ἀφειδεῖν τοὺς νέους τῆς ἀκμῆς, ἀσκοῦσι δὲ μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας· τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαί φασιν. ΟΤΙ [c] ἡ πλείστη τῆς Μεγάλης Βρεττανίας πεδιάς ἐστιν καὶ κατάδρυμος· πολλὰ δ' ἔχει καὶ ὀρεινά· φέρει δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα καὶ μέταλλα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ σιδήρου· καὶ δέρματα δὲ καὶ ἀνδράποδα χορηγεῖ καὶ κύνας κυνηγετικούς· Κελτοὶ δὲ καὶ τοῖς κυσὶ τούτοις χρῶνται πρὸς τοὺς πολέμους. εἰσὶν δ' οἱ Βρεττανοὶ εὐμήκεις τοῖς σώμασιν· τὰ δ' ἤθη ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα ἔχουσιν ἤπερ οἱ Κελτοί· ὥστ' ἔνιοι διὰ τὸ ἀγνοεῖν, καίτοι γάλακτος εὐποροῦντες, οὐ τυροποιοῦσιν. ἄπειροι δ' εἰσὶν καὶ κηπείας καί τινων γεωργίας τρόπων· πόλεις δ' αὐτοῖς οἱ δρυμοί εἰσιν· περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον. ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον ἢ νιφετώδεις αὐτοῖς. ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. ΟΤΙ [d] δὶς διέβη Καῖσαρ ὁ Θεὸς εἰς τὴν Βρεττανίαν· ἄξιον δὲ λόγου οὐδὲν ἔπραξεν· αἱ γὰρ νῆες αὐτοῦ, τῆς πανσελήνου ἐπίδοσιν [e] λαβούσης τῆς ἀμπώτεως, κακῶς ἔπαθον καὶ ἐφθάρησαν αἱ πολλαί. δύο δὲ νίκας ἐνίκησεν ἐκεῖ, καίτοι δύο μόνα τάγματα περαιώσας τῆς στρατιᾶς, καὶ ἔλαβεν λείαν πολλήν. ἐπὶ δὲ τοῦ Αὐγούστου τελέως εἰς φόρου ἀπαγωγὴν Ῥωμαίοις κατέστησαν. ΟΤΙ [f] οἱ τὴν Ἰέρνην νῆσον κατοικοῦντες Βρετανοὶ ἄγριοί εἰσιν, καὶ ἀνθρωποφάγοι, καὶ ποηφάγοι, καὶ τοὺς γονεῖς τελευτήσαντας ἐσθίουσιν, καὶ φανερῶς μίγνυνται γυναιξί τε ἄλλαις καὶ μητράσιν. ΟΤΙ [g] Πυθέας, εἰ καί τινα περὶ Θούλης λέγων ἐψεύσατο, ὅμως τῆς περὶ τὸ μαθηματικὸν θεωρίας, εὖ λέγει περὶ αὐτήν. λέγει δὲ τῶν μὲν ἡμέρων καρπῶν τε καὶ ζώων [h] ἄφορον εἶναι καὶ σπάνιν. κέγχρῳ δὲ καὶ ἄλλοις λαχάνοις, καὶ καρποῖς

consternati. Quod in oceano, ex adverso ostiorum Ligeris fluminis, insula est exigua, non longe in pelago sita, in qua habitant Samnitum mulieres, Bacchi numine afflatæ, Deum placantes. Virum insulam ingredi fas non est. Mulieres trajicientes ex insula viris miscentur, inde redeunt. Quod Galli omnes sint contentiosi; neque turpe putatur apud eos, si adolescentes flore ætatis abutantur. Exercentur ne sint crassi neque ventre promisso: & si quis adolescens zonæ præscriptam mensuram excedit, eum multari ajunt. Quod magna pars Britanniæ Magnæ campestris sit, & arbustis plena; multos etiam habeat montes. Est autem frumenti ferax tellus, & pecorum; item metallorum, auri, argenti, & ferri: pelles itidem & mancipia, canesque venationi aptissimos suppeditat. His canibus Galli etiam ad bella utuntur. Sunt autem Britanni statura procera, moribus autem simplicioribus ac barbaris magis quam Galli. Unde fit ut nonnulli ex ipsis, abundantes lacte, ob imperitiam caseum non conficiant. Colendorum insuper hortorum & ruris operum imperiti sunt. Urbes ipsorum, nemora sunt. Latissimos enim circos dejectis sepiunt arboribus; ubi, constructis tuguriis, & ipsi pariter & armenta non multo tempore stabulantur. Aër ipsis magis pluvius, quam nivosus est. Per serenitates nebula ita multum temporis occupat, ut die tota tribus tantum aut quatuor horis circa meridiem ipsum conspiciant solem. Quod Divus Cæsar in Britanniam bis trajecerit, nulla re memorabili gesta. Naves enim ejus male sunt afflictæ, atque interiere permultæ, quod undarum recessus in plenilunio magnum incrementum accepisset. Victoriis illic duabus est potitus, trajectis solum militum ordinibus, ac prædam reportavit immensam. Cæterum sub Augusto prorsus tributarii Romanis sunt facti. Quod, qui Hiberniam insulam colunt, Britanni, sylvestres sunt, & anthropophagi, herbarumque manducones, defunctosque parentes edunt: atque palam hi mulieribus miscentur, tum cæteris, tum matribus etiam. Quod Pytheas, quanquam in nonnullis, quæ de Thule perhibuit, sit mentitus; tamen quod ad mathematicam attinet contemplationem, recte dixisse videtur: ait enim mansuetorum fructuum ac animalium aut plane inopem esse, aut parum illis abundare; incolas milio & aliis oleribus, fructibus

a *Strab.* p. 198. *B.* b *Strab.* p. 199. *A.* c *Strab.* p. 199. *D.* p. 200. *A. B.* d *Strab.* p. 200. C. e Secundum *Strab.* λαβούσης τῆς ἀμπώτεως καὶ πλημμυρίδος. f *Strab.* p. 201. *A.* g *Strab.* p. 201. *B. C.* h Legendum ex *Strabone*, τῶν μὲν ἄφορον εἶναι, τῶν δὲ σπανίαν. aut τῶν μὲν ἀφορίαν εἶναι, τῶν δὲ σπάνιν.

A & radicibus ali. Frumentum illic exiguum nascitur. Quod ex iisdem Liguriæ locis Alpes & Apenninus initium habent. Ajunt quoque, Liguriæ montes materiæ ligneæ adeo feraces esse, ut inveniantur arbores octo pedum crassitudine habentes diametrum. Montes hi prælati sunt & abrupti. Quod Ligures vino utantur apud se nato, picato, austeroque. Frequens etiam apud eos lyncurium est, quod nonnulli electrum appellant. Quod inter Ligures & Massiliam habitant Salyes, gens maritima, Alpes mari vicinas tenens. Ajunt altitudinem illorum montium rectissimam stadiorum esse centum, ac totidem descensum. B Quod ex Alpibus fluant Rhenus, Danubius, Padus, & Rhodanus. Quod Padus omnium totius Europæ fluminum, uno Danubio excepto, maximus sit, ubi in mare erumpit. Quod circa Alpes & occiduam Italiæ partem admodum difficilis & præceps via sit; ut si quis vel pusillum labatur, periculum sit ne in profundissimas deferatur valles. Quibus in locis Cæsar ingenti sumtu viam struxit, eamque quantum licuit ampliavit. Sed & aliud paradoxum habet hæc regio. Tabulæ glaciei maximæ, è summis verticibus abruptæ, prætereuntes interimere solebant. C Quod Strabo Geographus sub Nerone floruit Romano Imperatore. Quod Alpes peculiaris cujusdam formæ gignunt belluam, habitu quidem ad cervi staturam, collo duntaxat & villis exceptis, quibus capro perquam est similis, ac sub mento carnis globum gerit palmi magnitudine, capillosum, crassitudinem caudæ pulli equini habentem. Quod Polybius ait juxta Aquilejam aurifodinas fuisse inventas natura adeo excellenti, ut cum à superficie terræ ad duos pedes solum detraxeris, fossile confestim aurum invenias; fossam autem non plusquam pedum esse quindecim. D Aurum ipsum partim per se purum esse, fabæ aut lupini mole, octava tantum parte decocta; partim pluscula indigere concoctione, sed ea admodum utili.

καὶ ῥίζαις τρέφεσθαι. σῖτος δὲ ὀλίγος γίνεται. ΟΤΙ [a] ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων τῆς Λιγυστικῆς ἄρχονται αἵ τε Ἄλπεις καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη. Φασὶν δὲ τὰ ὄρη τῆς Λιγυστικῆς τοσοῦτον εἶναι ξυλοτρόφα, ὡς εὑρίσκεσθαί τινα δένδρα, καὶ ὀκτὼ ποδῶν ἔχοντα τὴν διάμετρον τοῦ πάχους· τὰ δὲ ὄρη ταῦτα ὑπερύψηλα καὶ ἀπότομα. ΟΤΙ [b] οἱ Λίγυες οἴνῳ χρῶνται τῷ ἐκ τῆς γῆς σφῶν γινομένῳ, πιττίτῃ, αὐστηρῷ. πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ᾽ αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσιν. ΟΤΙ [c] μεταξὺ Λιγύων καὶ τῆς Μασσαλίας οἰκεῖ τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος παράλιον, τὰς Ἄλπεις τὰς παραλίους οἰκοῦν. Φασὶ δὲ τὸ ὕψος τῶν ὀρέων εἶναι, ᾗ ὀξύτατόν ἐστιν, στάδια ρʹ. καὶ τοσοῦτον αὖθις τὴν κατάβασιν. ΟΤΙ [d] ἐκ τῶν Ἄλπεων ῥεῖ, ὅ, τε Ῥῆνος, καὶ ὁ Ἴστρος, καὶ ὁ Πάδος, καὶ ὁ Ῥοδανός. ΟΤΙ ὁ Πάδος ποταμὸς ἁπάντων ἐστὶν μείζων τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς αὐτοῦ, πλὴν μόνον τοῦ Ἴστρου. ΟΤΙ [e] περὶ τὰς Ἄλπεις καὶ τὰ δυσμικὰ τῆς Ἰταλίας ἡ ὁδὸς χαλεπωτάτη ἐστὶν καὶ κρημνώδης, ὡς καὶ τοῖς μικρὸν ὀλισθήσασι κίνδυνον εἶναι, εἰς φάραγγας ἀβύσσους καταρενεχθῆναι· ἃς ὁ Αὔγουστος δαπάναις πολλαῖς ἀνέκτισεν, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπλάτυνεν. ἔχει δέ τι παράδοξον καὶ ἕτερον ἡ χώρα· κρυστάλλου γὰρ πλάκες μέγισται ἐκ τῶν ἀκρωρειῶν ἀπορρηγνύμεναι διέφθειρον τοὺς ὁδίτας. [ΟΤΙ [g] ἐστὶν λέξις οἱ δημοσιῶναι, ὥσπερ οἱ σιτῶναι καὶ βοῶναι καὶ ὀψῶναι.] ΟΤΙ [f] Στράβων ὁ γεωγράφος περὶ Νέρωνος ἤκμαζεν, τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος. ΟΤΙ [g] αἱ Ἄλπεις ἰδιόμορφόν τι ζῶον γεννῶσιν, ἐλαφοειδὲς τὸ σχῆμα πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος· ταῦτα δ᾽ ἐοικέναι κάπρῳ, ὑπὸ δὲ τῷ γενείῳ πυρῆνα ἴσχει ὅσον σπιθαμαῖον, ἀκρόκομον, πωλικῆς κέρκου τὸ πάχος. ΟΤΙ [h] φησὶν Πολύβιος, κατ᾽ Ἀκυληΐαν εὑρεθῆναι χρύσεα μέταλλα οὕτως εὐφυῆ, ὥστε ἐπὶ δύο πόδας ἀποσύραντι τὴν ἐπιπολῆς γῆν, εὐθὺς ὀρυκτὸν εὑρίσκεσθαι χρυσόν· τὸ δ᾽ ὄρυγμα μὴ πλειόνων ὑπάρχειν ἢ ιέ. ποδῶν. εἶναι δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸν μὲν αὐτόθεν καθαρὸν, κυάμου μέγεθος ἢ θέρμου, τοῦ ὀγδόου [i] μέρους μόνον ἀφεψηθέντος· τὸν δὲ δεῖσθαι μὲν χωνείας πλείονος, σφόδρα δὲ λυσιτελοῦς.

a *Strab.* pag. 201. *D.* p. 202. C. b *Strab.* p. 202. C. p. 202. *D.* c *Strab.* pag. 203. *A.* p. 203. C. *D.* d *Strab.* pag. 204. *A. B.* e *Strab.* p. 244. C. *D.* f Quod uncis inclusum dedimus, esse *Excerptoris* videtur annotatiuncula in vocem δημοσιώναις apud *Strab.* p. 205. *B.* g *Strab.* p. 206. *D.* p. 829. *D.* h *Strab.* p. 207. *D.* p. 208. *A.* i *Strab.* p. 208. C. k Hoc firmat scripturam *Cod.* MSS. *Strabonis*. In ejusdem *libb. vulgatis* vox μέρους desideratur.

ΧΡΗ-

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ
ΕΚ ΤΩΝ
ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΥ δ΄.

ΟΤΙ [a] τὸ παλαιὸν Ἰταλία ἐκαλεῖτο ἡ περιεχομένη χώρα, ὑπό τε τῆς νῦν Μεγάλης Ἑλλάδος, καὶ Ἰαπυγίας, καὶ Ποσειδωνιάτου κόλπου· ὕστερον δὲ διὰ τὸ εὐτυχὲς τοῦ ὀνόματος ἐπεκράτησεν καὶ ἕως Οὐάρου ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ καὶ τῶν Ἄλπεων, Ἰταλία καλεῖσθαι. A ΟΤΙ [b] τῶν Ἄλπεων περιφερὴς ἡ ὑπώρειά ἐστιν καὶ κολπώδης, τὰ κοῖλα ἔχουσα ἐστραμμένα πρὸς τὴν Ἰταλίαν. τοῦ δὲ κόλπου τὰ μὲν μέσα πρὸς τοῖς Σαλασσοῖς ἐστιν· B τὰ δ' ἄκρα ἐπιστροφὴν λαμβάνει, τὰ μὲν μέχρι τῆς [c] ἄκρας καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου, τὰ δ' εἰς τὴν Λιγυστικὴν παραλίαν μέχρι Γενούας τῶν Λιγύων τοῦ ἐμπορίου, ὅπου τὰ Ἀπέννινα ὄρη συνάπτει ταῖς Ἄλπεσιν. ΟΤΙ [d] μόνη ἡ τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ παραλία τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης μιμεῖται τὰ τοῦ ὠκεανοῦ πάθη, ὁμοίως ἐκείνῳ πλημμυροῦσά τε καὶ ἀναρροιβδοῦσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ὑφ' ὧν τὸ πλέον τοῦ πεδίου λιμνοθαλάττης γίνεται μεστόν· διώρυξι δὲ καὶ παραχώμασιν καθάπερ ἡ κάτω χώρα τῆς Αἰγύπτου διοχετεύεται· καὶ τὰ μὲν ἀνέψυκται καὶ γεωργεῖται, τὰ δὲ διάπλους ἔχει. τῶν δὲ πόλεων αἱ μὲν νησίζουσιν, αἱ δ' ἐκ μέρους κλύζονται. ΟΤΙ [e] ὁ C περὶ τὴν Ῥάβενναν ἀὴρ καθαρώτατός ἐστιν καὶ ὑγιεινότατος. τούτου δ' αἴτιον ἡ πλημμυρίς τε τῆς θαλάσσης καὶ ἡ τοῦ Πάδου πλήρωσις, πᾶν τὸ βορβορῶδες ἀποκαθαίρουσαι. τὰ αὐτὰ δὲ γίνονται καὶ περὶ Ἀλεξάνδρειαν· ἡ γὰρ τοῦ Νείλου ἀνάβασις τὴν τῆς λίμνης ἀφανίζει δυσωδίαν τὴν ἐκ τοῦ τέλματος. ΟΤΙ ἐν Ῥαβέννῃ τὰ ἕλη ποιοῦσι τὰς ἀμπέλους καρπιμωτάτας καὶ ταχυφόρους· ἀλλ' ἐν ε΄. ἔτεσι γηράσκουσαι φθείρονται. ΟΤΙ [f] Ἀδρία πόλις ἐστὶν περὶ τὰ μυχὰ τοῦ Ἀδρίου, ἀφ' ἧς ἡ ταύτη θάλασσα καλεῖται Ἀδρίας· ἦν δὲ τὸ πάλαι ἐπιφανεστάτη. ΟΤΙ [g] μετὰ τὸ Τίμαυον μυχαίτατον ὂν τοῦ Ἀδρίου, ἡ τῶν Ἴστρων ἐστὶν παραλία μέχρι Πόλας, ἧς καὶ D Καλλίμαχος μέμνηται λέγων, "Ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας. κτίσμα δὲ ἐστιν Κόλχων, καὶ αἱ Ἀψυρτίδες νῆσοι ἐπίκεινται τῇ Πόλᾳ. ΟΤΙ [h] ἡ Λιγυστικὴ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσιν ἵδρυται, μεταξὺ Τυρρηνίας τε καὶ Κελτικῆς·

CHRESTOMATHIÆ
EX
STRABONIS GEOGRAPHICORUM
LIBRO IV.

QUOD Italia olim dicta sit ea regio, quæ continetur Magna nunc Græcia dicta, & Japygia, & sinu Posidoniate. Postmodum ob felicitatem nominis obtinuit, ut ad Varum usque flumen, & sinum Adriaticum, atque ad Alpes Italia appellaretur. Quod inferior Alpium pars curva sit & sinuosa, cavitates in Italiam versas habens. Ipsius sinus medium est apud Salassos: extrema conversionem habent, hinc quidem usque ad sinus Adriatici ultimas oras, hinc vero ad maritimam Ligurum regionem Genuam usque, emporium Ligusticum, qua Apenninus Alpibus committitur. Quod è nostro mari solius Adriatici sinus maritima ora similem oceano affectionem sustinet, inundationibus quotidie crescens & decrescens. Unde campi illius major pars marinis aquis plena stagnat; fossisque & aggeribus actis, sicut in inferiore fit Ægypto, aqua hinc inde derivatur: aliæque partes siccatæ agriculturam experiuntur, aliæ navigabiles sunt. Urbium vero aliæ insularum modo cinguntur, aliæ quadam ex parte alluuntur. Quod qui circa Ravennam est aër purissimus sit ac saluberrimus. Hujus causa est tum maris inundatio tum Padi impletio, quibus universa cœnositas expurgatur. Idem in Alexandria fit, ubi Nili ascensus paludis tetrum odorem, qui è cœno nascitur, propulsat. Quod Ravennæ paludes vites efficiant fertilissimas, cito maturescentes: cæterum annis quinque vetustate intereunt. Quod Adria urbs fuerit in intimo sinu Adriatico, à qua mare ita sit appellatum: fuit autem celeberrima quondam. Quod post Timavum, qui in intimo sinu est Adriæ, Istrorum littus est Polam usque, cujus etiam meminit Callimachus, "Ast illam dixit Colchica lingua Polas. Est autem Colchorum ædificium: & Absyrtides insulæ Polæ adjacent. Quod Liguria in ipsis Apennini montibus sit sita, inter Galliam & Etruriam: est autem

a Strab. p. 209. D. b Strab. p. 210. D. p. 211. A. c Ὄκρας legendum esse existimat Casaub. d Strab. p. 212. C. e Strab. p. 213. D. p. 214. A. f Strab. p. 214. B. g Strab. p. 215. D. h Strab. p. 218. C.

a Strab.

petrosa & aspera. Quod Etruriæ regio, pars Italiæ, initium sumit à Liguriæ finibus usque ad flumen Tiberim. Hujus incolæ maritimi campos tenent ab Apenninis montibus terminatos. Ab hac mare quod adjacet Etruscum vocatur. Quod ex Apenninis montibus Tiberis effluit, & pluribus amnibus augetur, parte quadam per Etruriam excurrens: deinceps ab ea distinguit Umbriam primo, deinde Sabinos, & Latinos qui ad Romam ad littus maris habitant. Adjacent quodammodo flumini & Etruscis juxta latitudinem, at sibi mutuo juxta longitudinem locati sunt: tendunt ad eos Apennini montes qui juxta Adriam sunt. Quod Latinorum regio inter oram maritimam, quæ est ab Ostia usque ad Sinuessam urbem & Sabinos, est sita. Cæterum Ostia, urbis Romæ navale est, qua Tiberis in mare exit. Extenditur autem in longum usque ad Campaniam & Samnites. Quod Tyrrheni appellati sunt à Tyrrheno Atyos filio, ejus qui è Lydia colonos in hanc regionem misit. Cum enim Mæonia fame premeretur, Atys, qui tum imperabat, ab Hercule & Omphale oriundus, alterum è filiis Lydum nomine apud se retinere coactus est, à quo postmodum regio Lydia est appellata; alterum Tyrrhenum cum magna parte populi dimittere, qui, cum in Italiam venisset, Tyrrheniam habitavit à se denominatam. Quod Etrusci celebres exstiterint, ac permulta gesserint insigniter, tum alia, tum quod Gallos, qui Romam sub Furio [Camillo] ceperant, circa Sabinos occurrentes debellarint; & quam illi à Romanis volentibus pecuniam acceperant, eam pro redemtione captivorum ab invitis extorserunt. Quod apud Homerum Pelasgicum Argos dicitur Thessalia, inter ostia Pinei & Thermopylas usque ad montana Pindi, quod iis locis imperarint Pelasgi: & Jovem Dodonæum Homerus appellat Pelasgicum, "Rex o Juppiter Dodonæe Pelasgice. Plerique etiam Epiroticas gentes Pelasgicas appellavere, quod eo usque suam Pelasgi ditionem protulerint: quin & eos, qui finitimi sunt Cilicum in Troade, Homerus Pelasgos appellat, inquiens, "Hippothous duxit sævos per tela Pelasgos. Quod Pelasgi ab Atheniensibus pelargi fuerint appellati, quod errones essent, atque more avium quo fors vocaret huc atque illuc commearent. Quod longitudo Etruriæ maxima, ab oppido Lunæ usque ad Ostia, stadiorum est 2500. latitudo per montana dimidio minor.

A τραχεῖα δ' ἐστὶν καὶ πετρώδης. ΟΤΙ [a] ἡ Τυρρηνία χώρα, μοῖρα οὖσα τῆς Ἰταλίας, ἄρχεται ἀπὸ τῶν τῆς Λιγυστικῆς ὁρίων ἕως ποταμοῦ τοῦ Τιβέρεως· παραθαλάσσιοι δ' ὄντες οὗτοι καὶ τὰ πεδία οἰκοῦντες τὰ τῶν Ἀπεννίνων ἀπολήγοντα· ἐξ ἧς καὶ ἡ παρακειμένη θάλασσα Τυρρηνικὴ καλεῖται. ΟΤΙ ὁ Τίβερις ῥεῖ ἀπὸ τῶν Ἀπεννίνων ὀρέων, πληροῦται δ' ἐκ πολλῶν ποταμῶν· μέρος μέν τι διὰ τῆς Τυρρηνίας φερόμενος, τὸ δ' ἐφεξῆς διορίζων ἀπ' αὐτῆς, πρῶτον μὲν τὴν Ὀμβρικὴν, εἶτα Σαβίνους καὶ Λατίνους τοὺς πρὸς τῇ Ῥώμῃ μέχρι τῆς παραλίας. παραβέβληνται δέ πως τῷ ποταμῷ μὲν καὶ τοῖς Τυρρηνοῖς κατὰ πλάτος, ἀλλήλοις δὲ κατὰ μῆκος· ἀνέχουσι δὲ πρὸς
B τὰ Ἀπέννινα ὄρη, τὰ πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ. ΟΤΙ [b] ἡ τῶν Λατίνων χώρα μεταξὺ κεῖται τῆς τε ἀπὸ τῶν Ὠστίων παραλίας, μέχρι πόλεως Σινυέσσης καὶ τῆς Σαβίνης· τὰ δ' Ὤστια ἐπίνειόν ἐστιν Ῥώμης, [c] εἰς ἃ ὁ Τίβερις ἐκδίδωσιν. ἐκτείνεται δ' ἐπὶ μῆκος, μέχρι Καμπανίας καὶ Σαμνιτῶν. ΟΤΙ [d] Τυρρηνοὶ καλοῦνται ἀπὸ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος, τοῦ στείλαντος ἐκ Λυδίας ἀποίκους εἰς τὴν χώραν ταύτην. λιμῷ γὰρ ἡ Μαιονία ἐπιέζετο, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Ἄτυς βασιλεύων ἐκεῖ, Ἡρακλείδης ὢν ἀπὸ Ὀμφάλης, ἠναγκάσθη τὸν μὲν ἕτερον τῶν παίδων, Λυδὸν καλούμενον, αὐτοῦ κατασχεῖν, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Λυδία· τὸν δ' ἕτερον Τυρρηνὸν στεῖλαι μετὰ τοῦ
C πλείστου λαοῦ, ὃς ἐλθὼν ᾤκησεν τὴν ἐξ αὐτοῦ Τυρρηνίαν. ΟΤΙ [e] οἱ Τυρρηνοὶ ἐπιφανεῖς γενόμενοι πολλὰ ἔνδοξα ἔπραξαν, ἄλλα τε, καὶ τοὺς Γαλάτας, τοὺς τὴν Ῥώμην ἐπὶ Φουρίου λαβόντας, ὑπαντήσαντες περὶ Σαβίνους κατεπολέμησαν, καὶ ὅσα χρήματα ἑκόντων Ῥωμαίων ἔλαβον, πάντα ἠνάγκασαν τοὺς Γαλάτας ἄκοντας δοῦναι λύτρα τῶν ἁλόντων ὑπ' αὐτῶν. ΟΤΙ [f] τὸ παρ' Ὁμήρῳ Πελασγικὸν Ἄργος ἡ Θετταλία λέγεται, ὅ ἐστιν μεταξὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Πηνειοῦ καὶ τῶν Θερμοπυλῶν, ἕως τῆς ὀρεινῆς τῆς κατὰ Πίνδον, διὰ τὸ ἐπάρξαι τῶν τόπων τούτων τοὺς Πελασγούς· τόν τε Δία τὸν Δωδωναῖον [g] ὀνομάζει Ὅμηρος· "Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε Πελασγικέ.
D πολλοὶ δὲ καὶ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη Πελασγικὰ εἰρήκασιν, ὡς καὶ μέχρι δεῦρο τῶν Πελασγῶν ἐπαρξάντων· ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁμόρους τῶν ἐν Τρωάδι Κιλίκων Ὅμηρος Πελασγοὺς εἴρηκεν, λέγων, "Ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα Πελασγῶν. ΟΤΙ [h] τοὺς Πελασγοὺς διὰ τὸ πλανήτας εἶναι, καὶ δίκην ὀρνέων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχεν τόπους, φασὶν πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κληθῆναι. ΟΤΙ [i] τῆς Τυρρηνίας τὸ μὲν μῆκος, ὃ μέγιστόν ἐστιν, ἀπὸ Λούνης πόλεως μέχρι Ὠστίων, σταδίων ͵ΒΦ'. πλάτος δὲ τοῦ ἡμίσους ἔλαττον τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν·

a *Strab.* p. 218. *D.* p. 219. *A.* b *Strab.* p. 219. *A.* c Apud *Strab.* εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Τίβερις. d *Strab.* p. 219. *B. C.* e *Strab.* p. 220. *B.* f *Strab.* p. 221. *B. C.* g Πελασγικὸν ὀνομάζει Ὅμηρος legendum ex *Strabone.* h *Strab.* pag. 221. *D.* i *Strab.* p. 222. *A. B.*

ἡ δὲ Λοῦνα, μικρὰ μέν ἐστιν πόλις, ἔχει δὲ λιμένα μέγιστον τε καὶ κάλλιστον· ἔχει δὲ μέταλλα, λίθου ποικίλου λευκοῦ, ὑπογλαυκίζοντος, ἀφ' ὧν τὰ ἐν Ῥώμῃ ἐδάφη καὶ οἱ ναοὶ οἱ κάλλιστοι κοσμοῦνται. οἱ δ' Ἕλληνες καλοῦσι τὸν λιμένα, Σελήνης λιμένα. ΟΤΙ [a] ἀπὸ Λούνης εἰς Πίσαν στάδιοι εἰσιν πλείους τῶν υ'. ἡ δὲ Πίσα κτίσμα ἐστὶν τῶν ἐκ Πελοποννήσου Πισατῶν· οἱ μετὰ Νέστορος στρατεύσαντες ἐν τῷ νόστῳ ἐπλανήθησαν, καὶ ταύτην τὴν Πίσαν ἔκτισαν. ΟΤΙ [b] ὁ Στράβων ἴδεν τοὺς ἐργαζομένους τὸν σίδηρον, τὸν ἐκ τῆς Αἰθαλίας νήσου τῆς πλησίον Κύρνου κομιζόμενον. οὐ γὰρ δύναται συλλιπαίνεσθαι καμινευόμενος ἐν τῇ νήσῳ· κομίζεται δ' εὐθὺς ἐκ τῶν μετάλλων εἰς τὴν ἤπειρον· τοῦτο δὲ δὴ παράδοξον ἡ νῆσος ἔχει, καὶ τὸ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα· καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ, καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον, καὶ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς ἅλας. ΟΤΙ [c] ἡ Κύρνος νῆσος ὑπὸ Ῥωμαίων Κόρσικα καλεῖται. οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα, καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως· ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων· οἱ δ' ἀνδραποδισθέντες αὐτῶν ἀγόμενοι εἰς δουλείαν, ἢ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν, ἢ [d] ἀχρεῖοι τοῖς ὠνησαμένοις εἰσίν· μῆκος δὲ τῆς νήσου, μίλια ρξ'. πλάτος δὲ ο'. Σαρδόνος δὲ μῆκος, μίλια σκ'. πλάτος δὲ ϟη'. ἡ δὲ Σαρδὼν ἔχει μὲν πολὺ καὶ τὸ τραχὺ τῆς γῆς· ἔχει δὲ καὶ τὸ βαθύγειον καὶ κάρπιμον, μάλιστα δ' ἐστὶν σιτοφόρος· ὅσα δὲ αὐτῆς εὔκαρπα χωρία, [e] νοσηλά ἐστιν καὶ λοιμώδη τοῦ θέρους. ΟΤΙ [f] ἐν τῇ Σαρδοῖ γίνονται κριοὶ, φύοντες τρίχα αἰγείαν ἀντὶ ἐρέας, καλοῦνται δὲ ἐπιχωρίως [g] Μούσμωνες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται· ἔχουσι δὲ ξιφίδιον καὶ πέλτην ἐν ταῖς μάχαις. ΟΤΙ [h] ἀπὸ Σαρδοῦς ἕως τῆς κατ' ἀντικρὺ Λιβύης τὸ πέλαγος, μίλιά ἐστιν τ'. ΟΤΙ ἐν Κόσσαις πόλει θυννοσκοπιόν ἐστιν. ἀκολουθεῖ γὰρ ὁ θυννος οὐ τῇ βαλάνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ πορφύρᾳ παρὰ γῆν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης μέχρι καὶ Σικελίας. ΟΤΙ [i] οὐ πόρρω πάνυ τῆς Ῥώμης λίμναι εἰσὶν ἀγαθαὶ ἰχθυοτρόφοι· ἀφ' ὧν τύφη τε καὶ πάπυρος καὶ ἀνθήλη, εἰς Ῥώμην κομίζονται. ΟΤΙ [k] Αἰνείας ὁ Ἀγχίσου, ἐκ Τροίας καταίρας εἰς Λαῦρον πλησίον τοῦ Τιβέριδος τῶν ἐκβολῶν, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὅσον κδ'. σταδίοις, ἔκτισε πόλιν Ἄλβαν. ἐπελθὼν δὲ Λατῖνος ὁ τῶν Ἀβοριγίνων βασιλεὺς, (οὗτοι δ' ᾤκουν ὅπου νῦν ἡ Ῥώμη ἐστὶν,) σύμμαχον ἔλαβεν

Est autem Luna exiguum oppidum, portumque habet maximum & pulcherrimum: item fodinas habet lapidis varii albi, subglauci, ex quo Romæ pavimenta atque templa ornantur pulcherrima. Græci hunc portum Selenes portum appellant. Quod à Luna Pisas usque plura sunt quam quadringenta stadia. Cæterum Pisæ à Pisanis Peloponnesi conditæ fuerunt. Hi sub Nestore militantes in reditu aberrarunt, atque has Pisas condiderunt. Quod Strabo viderit qui elaborarunt ferrum quod ex Æthalia portatur, insula Cyrno vicina. Id cum in ejus insulæ fornacibus coquitur, in massam compingi nequit, quare è fodinis illico in continentem perfertur. Cum illud admiratione dignum habet insula, tum quod exhausta fossionibus loca post tempus iterum plena cernantur, sicut de salsis fossis apud Rhodios, & de Pari insulæ marmore est proditum, & de salibus apud Indos. Quod Cyrnus insula à Romanis dicta sit Corsica: male ea habitatur, aspera scilicet & pluribus in locis plane invia; quo fit ut montana ejus colentes, & ex latrociniis vitam sustentantes, ipsas immanitate belluas superent. Qui ex ipsis capti in servitutem trahuntur, aut vitam non tolerant, aut emtoribus sunt inutiles. Longitudo insulæ habet miliaria 160. latitudo 70. Sardiniæ longitudo miliarium est 220. latitudo 98. Cæterum Sardinia partem terræ non exiguam habet asperam, partem tamen profundam, fructuumque & præcipue tritici feracem. Porro quæ loca apud eos sunt fertilia, ea æstate morbida sunt & pestilentiæ obnoxia. Quod in Sardinia nascuntur arietes, qui pro lana pilum caprinum habent: Musmonas vocant incolæ. Horum pellibus thoracis loco utuntur. In pugnis peltam gestant & pugionem. Quod è Sardinia usque ad id quod adversus Africam est mare miliaria sunt trecenta. Quod in oppido Cossarum specula est ad captandos thynnos comparata. Non enim glandes tantum sectatur thynnus, sed & purpuram prope terram, ab exteriore mari initium sumens usque ad Siciliam. Quod non longe à Roma lacus sint, piscibus alendis optimi, è quibus typhe, papyrus, & panicula Romam usque portatur. Quod Æneas Anchisæ filius è Troja Laurentum appellens, prope Tiberis ostia paulum supra mare, circiter quatuor & viginti stadia scilicet, ædificavit oppidum Albam. Adventante autem Latino rege Aboriginum, qui tunc loca ubi nunc Roma est incolebant, inter ipsum

a *Strab.* p. 222. *A.* C. b *Strab.* p. 223. *D.* p. 224. *A.* c *Strab.* p. 224. C. 224. *D.* d Scil. ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν. *Strab.* e Forsan νοσηρά. f *Strab.* p. 225. C. g Μύσμωνες *Strab.* h *Strab.* p. 225. *D.* i *Strab.* p. 226. C. D. k *Strab.* p. 229. *A.* B. C. D. p. 230. *A.* B. C.

a Ἀμόλιον

A atque Æneam ſocietas inita adverſus vicinos Rutulos, qui per id tempus Ardeam tenebant. Diſtat autem ab Ardea Roma ſtadiis 160. Victor autem Æneam in affinitatem accepit. Inde rurſus pugnam conſerentibus Rutulis Latinus cecidit: ipſi vero ab Ænea ſubjugati ſunt. Atque inde Æneas ejus loci imperium adeptus, ſuos etiam Latinos appellavit. Poſt hæc annis quadringentis, Amulii ac fratris Numitoris res geſtas tradunt Hiſtoriæ. Hi ab Ænea hoc modo deſcendere. Uterque ab Aſcanii prognatis per ſucceſſionem Albæ regnum acceperunt. Cæterum junior fratrum Amulius, natu majore ſupplantato, regnum obtinuit. Et cum Numitori filius eſſet ac filia, filium quidem inter venandum per dolum occidit; filiam vero, ut ſpem illi prolis interciperet, Veſtæ ſacerdotem conſtituit, ſervandæ virginitatis gratia. Hanc Rheam Silviam vocant. Corruptam poſtea deprehendens, gemellis partu editis, Silviam quidem conjecit in carcerem, fratri gratiam tribuens, puellos vero ritu patrio ad Tiberim expoſuit. Fabulantur itaque à Marte genitos, animadverſumque expoſitos à lupa catulorum loco ali: ac Fauſtulum quendam loci illius ſublatos educaſſe, appellaſſeque alterum Romulum, Remum alterum. Hos ergo, cum adoleviſſent, in Amulium ejuſque liberos impetum feciſſe. Quibus exſtinctis, ac regno Numitori reſtituto, domum reverſos Romam condidiſſe, in locis, non quidem arbitrio delectis & idoneis, ſed neceſſitate oblatis: neque enim ſolum natura munitum, neque agrum circumjacentem habebant proprium, & qui urbi condendæ ſufficeret, neque homines qui incolerent. Qui enim ea loca tenebant ſeorſim habitabant, urbis ædificandæ mœnibus propinqui, neque Albanorum imperio ſubditi. Erant autem, Collatia, Antemnæ, Fidenæ, Labicum, aliæque hujus generis urbes; tunc quidem oppidula, nunc autem vici, & privata quorundam ædificia, ſtadia triginta aut paulo plura à Roma diſtantia. Orta autem ſeditione, inter ædificanda mœnia, Remum occiſum fuiſſe tradunt. Urbe condita, Romulus homines convenas aggregat; ſacrum quendam locum Aſylum aperiens inter arcem & Capitolium, quo perfugientes finitimos cives allegit. Quibus cum connubia adipiſci nequiret, Neptuno ſacrum equeſtre vulgat certamen, quod etiamnum celebratur. Convenientibus

A τὸν Αἰνείαν κατὰ τῶν ἀστυγειτόνων Ῥουτούλων, τῶν τὴν Ἀρδέαν οἰκούντων· στάδιοι δ᾽ ἀπὸ Ῥώμης εἰς Ἀρδέαν ρξʹ. νικήσας δὲ φίλος ἦν Αἰνείᾳ. ὕστερον δ᾽ ἀναμαχόμενοι οἱ Ῥοῦτουλοι, τὸν Λατῖνον ἔκτειναν· αὐτοὶ δὲ ὑπὸ Αἰνείου ἐκρατήθησαν. καὶ ἀπὸ τότε Αἰνείας τῶν τόπων ἐκείνων βασιλεύσας ὠνόμασε Λατίνους τοὺς ὑφ᾽ αὑτῷ. ὕστερον δὲ υʹ. ἔτεσιν ἱστορεῖται τὰ περὶ τὸν [a] Ἀμόλιον καὶ τὸν ἀδελφὸν [b] Νομίτορα. οὗτοι δ᾽ ἀπὸ Αἰνείου κατήγοντο οὕτως. διεδέξαντο μὲν γὰρ τὸ τῶν Λατίνων κράτος ἄμφω παρὰ τῶν ἀπογόνων Ἀσκανίου τοῦ Αἰνείου παιδός· παραγκωνισάμενος δ᾽ ὁ νεώτερος τὸν πρεσβύτερον, ἦρχεν ὁ Ἀμόλιος. υἱοῦ δ᾽ ὄντος καὶ θυγατρὸς τῷ Νομίτορι, τὸν μὲν ἐν κυνηγίᾳ

B ἐδολοφόνησεν ὁ Ἀμόλιος· τὴν δὲ, ἵνα ἄτεκνος διαμένοι, τῆς Ἑστίας ἱέρειαν κατέστησε, παρθενείας χάριν. καλοῦσι δ᾽ αὐτὴν, Ῥέαν [c] Σιλουΐαν. εἶτα φθορὰν φωράσας, διδύμων αὐτῇ παίδων γενομένων, τὴν μὲν εἷρξεν ἀντὶ τοῦ κτείνειν, χαριζόμενος τ᾽ ἀδελφῷ· τοὺς δ᾽ ἐξέθηκε πρὸς τὸν Τίβεριν, κατά τι πάτριον. μυθεύεται μὲν οὖν ἐξ Ἄρεως γενέσθαι τοὺς παῖδας, ἐκτεθέντας δὲ ὑπὸ λυκαίνης ὁραθῆναι σκυλακευομένους· Φαύστυλον δέ τινα τῶν περὶ τὸν τόπον συφορβῶν ἀνελόμενον ἐκθρέψαι· καλέσαι δὲ, τὸν μὲν Ῥωμύλον, τὸν δὲ Ῥέμον· ἀνδρωθέντας δὲ ἐπιθέσθαι τῷ Ἀμο-

C λίῳ καὶ τοῖς παισί. καταλυθέντων δὲ ἐκείνων, καὶ τῆς ἀρχῆς εἰς τὸν Νομίτορα περιστάσης, ἀπελθόντας οἴκαδε, κτίσαι τὴν Ῥώμην, ἐν τόποις, οὐ πρὸς αἵρεσιν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτηδείοις· οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τὸ ἔδαφος, οὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν πέριξ, ὅση πόλει πρόσφορος, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀνθρώπους τοὺς [d] συνοικίσοντας. οἱ γὰρ ὄντες ᾤκουν καθ᾽ αὑτοὺς, συνάπτοντες πρὸς τοῖς τείχεσι τῆς κτιζομένης πόλεως, οὐδὲ τοῖς Ἀλβανοῖς τοῖς τὴν Ἄλβαν οἰκοῦσι πάνυ προσέχοντες. Κολλατία δ᾽ ἦν, καὶ Ἀντέμναι, καὶ Φιδῆναι, καὶ [e] Λαβικὸν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· τότε μὲν πολίχνια, νῦν δὲ κῶμαι, [f] κτήσεις ἰδιωτῶν, [g] ἀπὸ λʹ. ἢ μικρῷ

D πλειόνων τῆς Ῥώμης σταδίων. γενομένης δὲ στάσεως (φασὶ) κατὰ τὴν κτίσιν, τὸν Ῥέμον ἀποθανεῖν. μετὰ δὲ τὴν κτίσιν, ἀνθρώπους σύγκλυδας ὁ Ῥωμύλος ἤθροιζεν, ἀποδείξας ἄσυλόν τι τέμενος, μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ [h] Καπετωλίου· τοὺς δ᾽ ἐκεῖ καταφεύγοντας τῶν ἀστυγειτόνων, πολίτας ἀποφαίνων· ἐπιγαμίας δὲ τούτοις οὐ τυγχάνων, ἐπηγγέλλετο ἕνα ἀγῶνα ἱππικὸν τοῦ [i] Ποσειδῶνος, ἱερόν τε καὶ νῦν ἐπιτελούμενον. συνελθόντων

a Ἀμώλιον *Strab.* Ἀμέλιον *Plutarch.* b Νεμήτορα *Strab.* Νομήτορα *Plut.* c Σιλβίαν *Strab.* Σιλουΐαν mallem, ut apud *Plut.* d Ita apud *Strabonem* ſcribendum, ut monuit *Caſaub.* e Λαβῖνον *Strab.* Λαβικοὶ legendum cenſet *Caſaub.* Rectius forſan Λαβικόν. Vide *Cluverii* Italiam Antiq. p. 947. f Κτίσεις apud *Strab.* verum κλήσεις malit *Caſaubonus.* g Ἀπὸ λʹ. ἢ μʹ. μικρῷ &c. *Strab.* 230. h Καπιτωλίου *Strab.* i Ποσειδῶνος ἱερὸν, τὸν καὶ νῦν ἐπιτ. *Strab.*

δὲ πολλῶν, πλείστων δὲ Σαβίνων, ἐκέλευσε τὰς παρθένους ἁρπάσαι τὰς ἀφιγμένας τοῖς δεομένοις γάμου. μετιὼν δὲ τὴν ὕβριν Τίτος Τάτιος διὰ ὅπλων, ὁ βασιλεὺς τῶν Κυριτῶν, ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς καὶ πολιτείας συνέβη πρὸς τὸν Ῥωμύλον. δολοφονηθέντος δὲ ἐν [a] Λαβινίῳ τοῦ Τατίου, μόνος ἦρξεν Ῥωμύλος ἑκόντων τῶν Κυριτῶν. μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξεν Νούμας Πομπίλιος πολίτης τοῦ Τατίου, παρ' ἑκόντων λαβὼν τῶν ὑπηκόων. ΟΤΙ [b] ἀπὸ Ὠστίας ἕως Σινυέσσης ἡ παραλία Λατίνη καλεῖται, εἰς δὲ τὴν μεσογαίαν μέχρι Καμπανίας διήκει καὶ Σαμνιτῶν. ἅπασα δ' ἐστὶν εὐδαίμων καὶ πάμφορος, πλὴν ὀλίγων χωρίων λοιμωδῶν καὶ ἑλωδῶν καὶ νοσερῶν. ΟΤΙ [c] τὰ Ὠστία πόλις ἐστὶν ἀλίμενος παραλία, διὰ τὰς τοῦ Τιβέριδος προσχώσεις. ἐκδέχονται δὲ τὰς φορτηγοὺς ὁλκάδας πλησίον, τὰ ὑπηρετικὰ σκάφη τὸν γόμον μεταγγίζοντα· καὶ οὕτως ὁ ἀνάπλους γίνεται πρὸς τὴν Ῥώμην, ἀπέχουσαν Ὠστίων στάδια ρϟ'. ΟΤΙ [d] Τυῤῥηνοὶ ἐλῄστευον τὴν Ἑλλάδα· λαβόντες δὲ οἱ Ἕλληνες τινὰς αὐτῶν, ἀπέστειλαν προῖκα Ῥωμαίοις, ἐγκαλοῦντες ὡς οὐ δίκαια ποιούντων, εἴ γε Ἑλλήνων ἄποικοι ὄντες, καὶ Διοσκούρων ἱερὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἱδρυσάμενοι, οὓς σωτῆρας εἶναι πάντες πιστεύουσιν, οἵδε κατὰ τῆς τῶν Διοσκούρων πατρίδος λῃστὰς παρορῶσιν στελλομένους, καὶ ταῦτα εὐνομώτατοι ὄντες. Ῥωμαῖοι δ' ἀκούσαντες ἐκώλυσαν τοὺς λῃστάς. ΟΤΙ [e] ἐν τῇ Λατινίᾳ ὄρος ἐστὶν νησιάζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσιν, καλούμενον Κιρκαῖον. ἔχει δὲ καὶ Κίρκης ἱερὸν, καὶ δείκνυται ἔχον τινὰ φιάλην Ὀδυσσέως· διὸ τὰ τοῦ μύθου τῆς Κίρκης ἐκεῖ φασι γεγονέναι. ΟΤΙ [f] ἡ Ἀππία ὁδὸς ἔστρωται ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Βρεντησίου. ΟΤΙ [g] οἱ πρῶτοι Ῥωμαῖοι ἐνόμιζον ἄμεινον εἶναι, ὅπως οἱ ἄνδρες ὦσι τοῖς τείχεσι πρόβλημα, ἀλλ' οὐ τὰ τείχη τοῖς ἀνδράσι. [h] διὸ τὴν Ῥώμην οὐ κατὰ αἵρεσιν, ἀλλὰ κατὰ ἀνάγκην ἔκτισαν ἐν ἐπιμάχῳ τόπῳ. ΟΤΙ [i] Αὔγουστος ἐνομοθέτησεν Ῥωμαίοις, μὴ πλείω ποδῶν ό. ὕψος οἰκοδομεῖν οἰκίας, προνοούμενος τῶν συμπτωμάτων. ΟΤΙ [k] τῶν Ἑλλήνων περὶ τὰς κτίσεις εὐστοχησάντων καὶ ἐρυμνότητος καὶ κάλλους καὶ λιμένων καὶ χώρας εὐφυοῦς οἱ Ῥωμαῖοι ὑπερεβάλλοντο ταῖς τε τῶν ὁδῶν στρώσεσι, καὶ ὑδάτων εἰσαγωγαῖς, καὶ ὑπονόμοις. ΟΤΙ [l] οἱ πρῶτοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ἄλλοις μείζοσι

permultis, maxima ex parte Sabinis, edicit ut cœlibes cuncti virgines eo profectas rapiant. Inde T. Tatius Curitum rex injuriam hanc armis vindicaturus, in regni societatem & civitatis cum Romulo convenit. Cæso autem per dolum Tatio in urbe Lavinii, solus Romulus Curitibus ita volentibus imperium tenuit. Post hunc regnavit Numa Pompilius, Tatii civis, oblato à subditis regno. Quod ab Ostia Sinuessam usque ora maritima Latium dicitur, & in mediterranea tendit usque ad Campaniam & Samnites. Est autem tota felix, atque omnium rerum ferax, exceptis paucis quibusdam locis, quæ palustria sunt & morbida. Quod Ostia urbs sit maritima, ac propter limum, quem Tiberis multis amnibus impletus aggregat, importuosa. Cæterum naves onerarias è propinquo excipiunt, & naves actuarias, in quas onera transferuntur. Ad hunc modum sursum navigatur ab Ostiis Romam usque distantem stadiis centum nonaginta. Quod ex Etruscis, latrocinia in Græcos exercentibus, captos nonnullos Romanis gratis remiserint Græci, incusatione simul adjuncta, quod inique facerent, qui cum Græcorum essent coloni, & in foro Castoris ac Pollucis ædem locassent, quos servatores suos esse crederent omnes, adversus tamen ipsorum patriam prædones mitterent; atque id ita facerent, qui cæterorum mortalium essent legum observantissimi. Romani, hoc audito nuncio, prædones coërcuerunt. Quod in Latio mons est instar insulæ, mari & paludibus clausus: Circæum vocant. Habet etiam Circes templum, & ostenditur Ulyssis quædam patera; quapropter quæ de Circe fabulis produntur, illic perhibentur gesta fuisse. Quod via Appia à Roma Brundusium usque sit strata. Quod prisci Romani satius putarent esse, ut viri mœnibus essent propugnacula, quam è contra. Quapropter Romam non pro arbitrio electionis, sed pro necessitate in loco condidere, qui posset oppugnari facile. Quod Augustus Romanis sanxerit, ne altius septuaginta pedibus ædificarent, prævidens nimirum id, quod erat eventurum. Quod cum Græci in ædificiis fabricandis acuti maxime & solertes fuisse videantur, pulchritudinem & munimentum ingeniose prospicientes, portusque & agri feracitatem; Romani eos superarunt, cum stratis viarum & aquæ ductibus, tum cloacis subterraneis ducendis. Quod prisci Romanis aliis rebus majoribus

a *Λαουϊνίῳ Strab.* b *Strab.* p. 231. C. apud quem *ἀπὸ τῶν Ὠστίων.* c *Strab.* pag. 231. *D.* p. 232. *A.* d *Strab.* p. 232. *B.* C. e *Strab.* p. 232. *D,* f *Strab.* p. 233. *B.* g *Strab.* p. 234. *A. D.* h Contrarium plane sequitur. i *Strab.* p. 235. *B.* k *Strab.* p. 235. C. l *Strab.* p. 236. *A.*

ac necessariis magis occupati, urbis pulchritudinem neglexere; sed posteri magnam hac in re coram adhibuerunt. Quod Ancon Italiæ urbs Syracusanorum est ædificium, qui Dionysii tyrannidem non sustinentes fugêre. Hæc portum habet. Quod Romani Junonem Cypram vocant, Cronum autem Saturnum. Quod Marsi & Peligni, & Marrucini & Frentani, circa Apenninum habitantes, pugnacissimi sint, ac persæpe virtutem suam ostenderint. Ac primum quidem, dum sub Romanis degere recusarunt; deinde, quando cum ipsis militiæ societatem inierunt; postremo, cum & libertatem & civitatis communionem assequi volentes & repulsam passi, Marsicum bellum magis accenderunt, quod ab iis, qui primi id cœperunt habuit nomen. Quo tempore Corfinium Pelignorum metropolin maritimam, communem universis Italis civitatem loco Romæ designantes, eamque translato nomine Italicam appellantes, contra populum Romanum totius belli propugnaculum receptaculumque constituerunt: eoque in loco consules atque imperatores creavere, & per biennium bellum protractum, donec à Romanis postulata impetrassent. Quod regio Campaniæ omnium felicissima sit, proptereaque Opicis & Ausoniis frequenter bellorum causa exstiterit. Metropolin habet Capuam, quam tanquam caput ita appellarunt: nam capen vocant caput. Tradunt regionem hanc ter in anno seri: bis quidem zea, deinde panico: quædam etiam loca ejus regionis quarto satu olera producere. Hic Falernum vinum nascitur, quod optimum habetur. Quod Cumæ Italiæ, in hac Campania sitæ, Græca civitas, Chalcidensium & Cumanorum opus antiquissimum. Hi inter se pepigere, ut horum quidem haberet nomen, illorum autem diceretur colonia: quapropter etiamnum Cumæ appellatur, Chalcidensium tamen putatur colonia. Exercitus hujus ductores fuere Hippocles Cumæus, & Megasthenes Chalcidensis. Quod post urbem Cumarum versus austrum, Misenum est promontorium; deinde Bajæ, & aquæ calidæ, tum ad delicias tum ad morbos sanandos commodissimæ. Unde Romani bajam nutricem vocant, & bajulum; ob Bajas, scilicet, locum voluptati ac deliciis aptissimum. Quod Dicæarchiam urbem Romanorum aliqui Annibalis bello frequentes habitare incipientes, mutato nomine appellarint Puteolos. Portum habet manufactum: super urbem statim Vulcani

A καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες, ὠλιγώρουν τοῦ κάλλους τῆς Ῥώμης· οἱ δ᾽ ὕστεροι, ἐπεμελήθησαν. ΟΤΙ [a] ἡ ἐν Ἰταλίᾳ Ἀγκὼν πόλις κτίσμα ἐστὶν Συρακουσίων τῶν τὴν Διονυσίου τυραννίδα μὴ ὑπομεινάντων, ἀλλὰ φυγόντων. ἔχει δὲ καὶ λιμένα. ΟΤΙ [b] Ῥωμαῖοι τὴν Ἥραν, Κύπραν καλοῦσι· τὸν δὲ Κρόνον, Σατίρνιον. ΟΤΙ Μαρσοὶ καὶ [c] Πελιγνοὶ καὶ Μαρουκῖνοι καὶ Φρεντανοὶ, περὶ τὸ Ἀπέννινον οἰκοῦντες, μαχιμώτατοί εἰσιν, καὶ πολλάκις τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ἐπεδείξαντο· πρῶτον μὲν, μὴ θέλοντες ὑπὸ Ῥωμαίοις τελεῖν· εἶτα, συστρατεύοντες Ῥωμαίοις· εἶτα, [ὅτε] τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀντιποιούμενοι πολιτείας, B καὶ μὴ τυγχάνοντες, τὸν Μαρσικὸν ἐξῆψαν πόλεμον ἀπὸ τῶν προκατερξάντων ὀνομασθέντα. Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν παραλίαν, κοινὴν πᾶσι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετωνόμασαν Ἰταλικὴν πόλιν· ἔνθα καὶ ὑπάτους καὶ στρατηγοὺς ἐχειροτόνησαν, καὶ δύο ἔτη πολεμήσαντες διεπράξαντο ὅσα ἐβούλοντο παρὰ Ῥωμαίων. ΟΤΙ [d] ἡ Καμπανία χώρα εὐδαιμονεστάτη ἐστὶν, καὶ διὰ τοῦτο περιμάχητος γέγονεν Ὀπικοῖς τε καὶ Αὐσονίοις. μητρόπολιν δ᾽ ἔχει Καπύην, τὴν οἷον κεφαλήν· κάπην γὰρ τὴν C κεφαλὴν καλοῦσιν. τὴν δὲ χώραν φασὶ, τρὶς διὰ τοῦ ἔτους σπείρεσθαι· δὶς μὲν ζεᾷ, εἶτα ἐλύμῳ· τινὰ δὲ τῆς χώρας καὶ λαχανεύεσθαι τὸ τέταρτον. ἔνθα καὶ ὁ Φάλερνος οἶνος γίνεται ἄριστος ὤν. ΟΤΙ [e] ἡ ἐν Ἰταλίᾳ Κύμη τῆς Καμπανικῆς μοίρας, Ἑλληνική ἐστιν, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων ἀρχαιότατον κτίσμα· συμφωνησάντων, ἵνα τῶν μὲν τὸ ὄνομα ἔχοι ἡ κτισθησομένη πόλις, τῶν δὲ, ἵνα ἡ ἀποικία λέγοιτο· διὸ καὶ νῦν, Κύμη καλουμένη, Χαλκιδέων λέγεται ἀποικία. οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες, Ἱπποκλῆς τε ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεὺς ἦσαν. ΟΤΙ [f] μετὰ τὴν D Κύμην πόλιν, πρὸς νότον ἐστὶν τὸ Μισηνὸν ἄκρον μεθ᾽ ὃ αἱ Βαίαι, καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα, πρός τε τρυφὴν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι [g] βαίαν καλοῦσι τὴν τροφὸν καὶ βαΐουλον, διὰ τὰς Βαίας, τόπον ὄντα ἀπολαυστικώτατον καὶ τρυφῶντι ἐπιτήδειον. ΟΤΙ [h] τὴν Δικαιαρχίαν πόλιν Ῥωμαίων τινὲς [i] οἰκήσαντες κατὰ τὴν Ἀννίβα στρατείαν, μετωνόμασαν Ποτιόλους· ἔχει δὲ λιμένα χειροποίητον. ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως εὐθὺς ἡ τοῦ Ἡφαίστου

a *Strab.* pag. 241. *A.* b *Strab.* p. 241. *B. C. D.* c Ita juxta *Strabonem.* In *Ed. Bas.* Παλίγνοι, καὶ Μαῤῥουκῖνοι, καὶ Φρεττανοί. d *Strab.* p. 242. *B. C. D.* & p. 243. *A.* e *Strab.* p. 243. *B.* f *Strab.* pag. 243. *D.* p. 244. *A.* g Hinc licet colligere Epitomatorem nostrum infimæ ætatis auctorem esse. h *Strab.* pag. 245. *C.* p. 246. *A.* i Forsan οἰκίσαντες.

A ἀγορᾷ, πεδίον περικεκλεισμένον διαπύροις ὀφρύσι, καμινώδεις ἐχούσαις ἀναπνοὰς πολλαχοῦ καὶ βρομώδεις ἱκανῶς· τὸ δὲ πεδίον θείου πλῆρές ἐστιν συρτοῦ. ΟΤΙ [a] περὶ τὴν Κύμην σημεῖά τινα δείκνυνται τῆς μυθευομένης ἐν Ὀδυσσείᾳ νεκυομαντείας· οἷον Στὺξ, καὶ Ἀχερουσία λίμνη, καὶ Ἀχέρων, καὶ τὰ ἐκεῖσε θερμὰ λουτρὰ ἀντὶ τοῦ Πυριφλεγέθοντος· ἔστιν δὲ καὶ διῶρυξ κρυπτὴ διεξόδους ἔχουσα καὶ νεκυομαντεῖον, καὶ οἱ εἰσιόντες διὰ νυκτὸς εἰσίασι καὶ ἐξέρχονται, ὥστε ἀναλογεῖν τοὺς παρ' Ὁμήρῳ Κιμμερίους. τὸ δ' αὐτὸ φαίνεται ἔργον, καὶ περὶ τὴν πλησίον Νεάπολιν. ΟΤΙ [b] ἐν Νεαπόλει, θερμὰ λουτρά εἰσιν ὑγιαστικά τε καὶ ἀπολαυστικά· οὐ χείρω μὲν τῶν ἐν B Βαΐαις, ἐλάττω δέ. καὶ πολλοὶ Ῥωμαίων, ἐρῶντες ἡσυχίας τε καὶ ἀναπαύσεως, μετοικίζονται εἰς Νεάπολιν. ΟΤΙ [c] ὑπὲρ τὴν Νεάπολιν ὄρος ἐστὶν Οὐεσούϊον καλούμενον, ἀγροῖς περιοικούμενον παγκάλοις, πλὴν τῆς κορυφῆς· αὕτη δ' ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐστὶν, ἄκαρπος δ' ὅλη. ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδης ἐστὶν, καὶ κοιλάδας φέρει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν ἐκβεβρωμένων ὑπὸ πυρός· ὥστε τεκμήραιτο ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον, καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρὸς, σβεσθῆναι δ' ἐπιλιπούσης τῆς ὕλης. τάχα δὲ καὶ τῆς εὐκαρπίας τῆς κύκλῳ τοῦτο αἴτιον· ὥσπερ ἐν τῇ Κατάνῃ τὸ κατατεφρωθὲν C μέρος, ἐκ τῆς σποδοῦ τῆς ἀνενεχθείσης ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς, εὐάμπελον τὴν γῆν ἐποίησεν. [d] ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον, καὶ ἡ ἐκπυρουμένη βῶλος, καὶ ἡ ἐκφέρουσα τοὺς καρπούς. πλεονάζουσα δὲ τῷ λίπει πρὸς ἐκπύρωσιν ἐπιτηδεία, καθάπερ ἡ θειώδης πᾶσα· ἐξικμασθεῖσα δὲ, καὶ σβεσθεῖσα, καὶ ἐκτεφρωθεῖσα, εἰς καρπογονίαν μεταβάλλει. ΟΤΙ [e] πρὸ τῆς Πικεντίνης καὶ Καμπανίας τοῦ κόλπου, τοῦ προσαγορευομένου Κρατῆρος, καὶ ἀφοριζομένου τῷ τε Μισηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ ἀκρωτηρίοις, νησῖδές εἰσιν, αἵ τε Πιθηκοῦσαι, καὶ Καπρέαι, καὶ [f] Σειρηνοῦσαι, καὶ Προχύτη. ΟΤΙ [g] κατὰ τὸν Πίνδαρον [h] πᾶς ὁ χῶρος ὁ ἀπὸ τῆς Κύμης μέχρι Σικελίας διάπυρός D ἐστιν, καὶ κατὰ βάθους ἔχει κοιλίας τινὰς εἰς ἓν συναπτούσας. διόπερ τοιαύτη ἐστὶν ἥ τε Αἴτνη, καὶ αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, καὶ τὰ περὶ Δικαιαρχίαν καὶ Νεάπολιν καὶ Βαΐας χωρία, καὶ αἱ [i] Πιθηκοῦσαι. ΟΤΙ [k] Τίμαιος ἱστορεῖ, ἀπὸ σεισμῶν λόφον τινὰ τῶν περὶ τὴν Νεάπολιν νήσων καταπεσόντα ἀναβαλεῖν πῦρ, καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης ἐξῶσαι πάλιν ἐπὶ τὸ

forum imminet, campus circumquaque inclusus superciliis ignitis, quæ passim tanquam è caminis incendium magno cum fremitu exspirant: campus autem sulphure tractili est plenus. Quod circa Cumas, signa quædam necromantiæ ostenduntur, de qua in fabulis Odysseæ mentio fit; veluti Styx, Acherusia lacus, Acheron, & lavacra calida loco Pyriphlegethontis. Est etiam occulta fossa illic committentes inter se meatus habens; & oraculum, ad quod advenæ noctu ingrediuntur, & redeunt, ut non absimile sit quod de Cimmeriis apud Homerum scribitur. Eadem in Neapoli visuntur, quæ his locis est vicina. Quod in Neapoli calida lavacra sint, & sanitati & deliciis idonea; non inferiora iis quæ apud Bajas sunt, quamvis minora: multique è Romanis, quietem & otium sectantes, Neapolim secedunt. Quod supra Neapolim mons est (Vesuvium appellant) amœnissimis agris circumhabitatus, solo excepto vertice, qui magna sui ex parte planus est, fructum omnino nullum ferens. Adspectu cinereus est, cavernasque ostendens fistularum plenas & lapidum colore fuliginoso, utpote ab igne exesorum: ut conjecturam facere possis loca ista quondam arsisse, & ignis crateras habuisse, deinde materia deficiente restincta fuisse. Fortasse hæc etiam causa est fertilitatis locorum circumjacentium: quemadmodum de Catana proditum est, ejectum ab Ætnæis ignibus cinerem ea parte lætam vinetis tellurem effecisse. Habet enim pingue aliquid, & quæ igne excoquitur gleba, & quæ uberes affert fructus. Ac dum pingui abundat, ignis idonea fit materia, sicut sulphureum omne: pinguedine autem consumta, & gleba restincta atque in cinerem redacta, ad frugum procreationem apta redditur. Quod ante sinum Picentini agri & Campaniæ, quem Craterem appellant, duobus ad meridiem spectantibus promontoriis inclusum Miseno & Athenæo, insulæ sunt exiguæ, Pithecusæ, Capreæ, Sirenussæ, & Prochyta. Quod juxta Pindarum tractus totus à Cumis in Siciliam usque ignitus sit, & in profundo quasdam in unum coëuntes cavernas habeat. Quapropter & Ætna, & Liparenses insulæ, & quæ Dicæarchiæ & Neapoli & Bajis adjacent loca, & Pithecusæ, talem habent naturam. Quod Timæus tradit, collem quendam insularum Neapoli vicinarum terræ motu concussum ignem evomuisse, & quod inter ipsum ac mare in medio erat rursum ad mare

a *Strab.* p. 244. *A. B.* C. *D.* p. 245. *A. B.* b *Strab.* p. 246. C. *D.* c *Strab.* p. 247. *A. B.* C. d Ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον καὶ τὴν ἐκπυρουμένην βῶλον, καὶ τὴν ἐκφέρουσαν τοὺς καρπούς. *Strab.* p. 247. *B.* e *Strab.* pag. 247. C. *D.* f *Aliis* Σειρηνοῦσαι. g *Strab.* p. 248. *A. B.* h Πᾶς ὁ πόρος *Strab.* i *Aliis* Πιθηκοῦσαι. k *Strab.* p. 248. C.

Καὶ

A perpulisse: ac terram in cineres versam & in sublime evectam rursum vehementi turbine in insulam incubuisse, tribusque inde in altum mare recessisse stadiis, pauloque post rursum ad terram dedisse impetum, & refluxu combussisse insulam, ignemque in ea tandem exstinctum esse: fragore autem perculsos eos qui continentem habitabant, ex ora maris in Campaniam profugisse. Quod Campanis ob loci felicitatem usu venerit, ut ex æquo malis fruerentur ac bonis. Eo enim luxus progressi sunt, ut ad gladiatorum paria depugnantium convivas ad cœnam invitarent, eorum numerum pro cœnarum dignitate definientes. Cumque Hannibal B in deditionem eos suscepisset, exercitum ejus in Hyberna acceptum adeo voluptatum illecebris effœminarunt, ut Hannibal dixerit, periculum sibi esse ne victor ab hostibus opprimeretur, qui loco virorum mulieres recepisset milites. Romani autem victoriam consecuti eos multis calamitatibus castigarunt. Quod post Campaniam Picentinorum sit maritima gens. Hi coloni sunt Picenorum, qui Adriam colunt, à Romanis in hunc sinum Posidoniatem traducti, qui nunc Pæstanus vocatur, & urbs Posidonia, Pæstus, in medio sinu locata. Est autem morbosum oppidum ob circumjacentes fluvium palu- C des. Quod juxta Picentinos & Lucanos aqua sit potui apta, in quam planta injecta illico duratur in lapidem, servato tamen pristino colore & figura.

A πέλαγος· τὸ δὲ ἐκπυρωθὲν τῆς γῆς, μετεωρισμὸν λαβὸν, κατασκῆψαι πάλιν τυφωνοειδῶς εἰς τὴν νῆσον, [a] καὶ τρεῖς τῆς θαλάττης χώρας σταδίους ἀναχωρῆσαι μετ᾽ οὐ πολὺ ὑποστρέψαι, καὶ τῇ παλιῤῥοίᾳ κατακαῦσαι τὴν νῆσον, καὶ γενέσθαι σβέσιν τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός· ἀπὸ δὲ τοῦ ἤχου, τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φυγεῖν ἐκ τῆς παραλίας εἰς τὴν Καμπανίαν. ΟΤΙ [b] τοῖς Καμπανοῖς συνέβη, διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν, ἐπ᾽ ἴσον ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ [c] ἐνετρόφησαν, ὥστε ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν, πρὸς ζεύγη μονομάχων ὁρίζοντες ἀριθμὸν, κατὰ τὴν τῶν δείπνων ἀξίαν. Ἀννίβα δὲ ἐξ ἐνδόσεως λαβόντος αὐτοὺς, B δεξάμενοι χειμαδίοις τὴν [d] στρατιὰν, οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥστε τὸν Ἀννίβαν φάναι, νικῶν κινδυνεύειν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. Ῥωμαῖοι δὲ κρατήσαντες, πολλοῖς κακοῖς αὐτοὺς [e] ἐσωφρόνησαν. ΟΤΙ μετὰ τὴν Καμπανίαν ἡ Πικεντίνη ἐστὶν παραλία. ἄποικοι δ᾽ οὗτοι γεγόνασιν ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀδρίᾳ Πικέντων, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξαναστάντες εἰς τὸν Ποσειδωνιάτην τοῦτον κόλπον· ὃς νῦν, Παιστανὸς καλεῖται, καὶ ἡ πόλις Ποσειδωνία, Παιστὸς, ἐν μέσῳ κειμένη τῷ κόλπῳ. ἐπίνοσος δέ ἐστιν ἡ πόλις, διὰ τὰ παρακείμενα ἕλη τοῦ ποταμοῦ. C ΟΤΙ περὶ Πικεντίνους καὶ Λευκανοὺς ὕδωρ ἐστὶν πότιμον· ἐν ᾧ φυτοῦ τινος ἐμβληθέντος, εὐθὺς λιθοῦται τὸ φυτὸν, φυλάττον τὴν χρόαν καὶ τὸ σχῆμα ὅπερ καὶ εἶχεν.

a Καὶ ἐπὶ τρεῖς τῆς θαλάττης ἀναχωρῆσαι σταδίους· ἀναχωρήσασαν δ᾽ οὐ πολὺ ὑποστρέψαι, καὶ τῇ παλιῤῥοίᾳ κατακλύσαι τὴν νῆσον &c. *Strab.* quem hic loci in mendo cubare suspicor. b *Strab.* p. 250. *D.* 251. *A.* 251. *B. C.* c Ita ex *Strabone*. In *Ed. Bas.* εὖ ἐτρύφησαν. d Στρατείαν. *Strab.* e Ἐσωφρόνισαν legendum hic loci & apud *Strabonem*.

CHRESTOMATHIÆ EX STRABONIS GEOGRAPHICORUM LIBRO V.

QUOD ante sinum Posidoniatem Leucosia sit insula, nomen ab una è Sirenibus sortita, quo tempore ob Ulyssem in profundum sese abjecerunt. Quod post sinum Posidoniatem versus austrum alius sinus sit, ubi urbs Ela est à Phocensibus

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ. έ.

ΟΤΙ [a] πρὸ τοῦ Ποσειδωνιάτου κόλπου, Λευκωσία νῆσός ἐστιν ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων, ὅτε ἑαυτὰς κατεποντίσαν διὰ τὸν Ὀδυσσέα. ΟΤΙ μετὰ τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον, πρὸς νότον ἕτερός ἐστιν κόλπος, ἔνθα πόλις Φωκαέων

a *Strab.* pag. 252. *A. B.*

κτίσμα [a] Ἔλη (οἱ δὲ νῦν [b] Ἐλαίαν αὐτὴν καλοῦσι) πατρὶς οὖσα Παρμενίδου καὶ Ζήνωνος, τῶν Πυθαγορείων. εὐνομεῖτο δὲ ἡ πόλις, καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας λυπρότητα ἐθαλαττέργουν, καὶ ταρίχη κατεσκεύαζον, καὶ τὰ τοιαῦτα. ΟΤΙ [c] ὁ πάσης Λευκανίας παράπλους στάδιά ἐστι χν΄. καὶ πρὸς τῷ πέρατι τῆς Λευκανίας ἡρῷον τοῦ Δράκοντος, ἑνὸς τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων· ἐφ᾽ οὗ καὶ ὁ χρησμὸς ἐγένετο· « Λάϊον ἀμφὶ Δράκοντα, πολύν ποτε λαὸν ὀλεῖσθαι. ἐπὶ γὰρ ταύτην λαοὶ στρατεύσαντες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνες ὑπὸ Λευκανῶν ἠτύχησαν, ἐξαπατηθέντες τῷ χρησμῷ. ΟΤΙ [d] Πετιλία ἡ τῶν Λευκανῶν μητρόπολις Φιλοκτήτου ἐστὶν κτίσμα, κατὰ στάσιν ἐκπεσόντος τῆς Μελιβοίας. αὕτη τε καὶ [e] ἡ Κρέμισσα περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους. ΟΤΙ [f] ἀπὸ Λευκοπέτρας τῆς ἐν τῷ πορθμῷ ὡς ἐπὶ Βορρᾶν ἡ παραλία [g] περὶ μίλια σ΄. ὑπὸ Βρεττίων οἰκεῖται· ἥτις πρότερον μὲν Οἰνωτρία ἐκαλεῖτο· ὕστερον δὲ, Ἰταλία ἰδίως. ὅρον δ᾽ αὐτῆς, πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, ὁ [h] Λάος ποταμός· πρὸς δὲ τῷ Σικελικῷ, τὸ Μεταπόντιον. ΟΤΙ [i] ὁ μὲν Ἱππωνιάτης κόλπος ἐν τῷ Τυρρηνῷ πελάγει, ὁ δὲ Σκυλλητικὸς κόλπος ἐν τῷ Σικελικῷ, ἀπολαμβάνουσιν ἰσθμὸν μεταξὺ ἑαυτῶν, σταδίων ρξ΄. ὁ δὲ περίπλους τῆς χερρονήσου, στάδιοι ͵β. ΟΤΙ [k] ἡ τῶν Λευκανῶν χώρα μεταξὺ κεῖται δύο θαλασσῶν. ὧν ἡ μὲν Τυρρηνικὴ ἀπὸ Λάου ποταμοῦ ἕως Σιλάρου ποταμοῦ ἐστιν· ἡ δὲ Σικελικὴ ἀπὸ Θουρίων εἰς Μεταπόντιον· κατὰ δὲ τὴν ἤπειρον ἀπὸ Σαμνιτῶν ἕως τοῦ ἰσθμοῦ, τοῦ μεταξὺ Λάου τε ποταμοῦ καὶ Θουρίων. πλάτος δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου, τ΄. στάδια. πρὸς δὲ νότον ὑπὲρ τούτων Βρέττιοι ἔχουσιν ἕως τοῦ ἰσθμοῦ, ἀπολαμβάνοντες τὴν χερρόνησον, τὴν μεταξὺ Ἱππωνιάτου κόλπου καὶ Σκυλλητικοῦ. Βρεττίους δὲ καλοῦσιν αὐτοὺς οἱ Λευκανοὶ, καὶ δηλοῖ τὸ ὄνομα ἀποστάτας· δοῦλοι γὰρ ὄντες τῶν Λευκανῶν ἀπέστησαν αὐτῶν, συμμαχοῦντος Διονυσίου τοῦ Σικελίας τυράννου. ΟΤΙ [l] ἐγγὺς τοῦ Λάου πρὸς νότον ἡ [m] Τέμεσά ἐστιν πόλις, ἡ ὕστερον Τέμψα κληθεῖσα· ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται. καὶ εἰσὶν καὶ χαλκουργεῖα ἐκεῖ [νῦν] ἐκλελοιπότα· καὶ ἡρῷον ἐκεῖ Πολίτου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων ἑνὸς δολοφονηθέντος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, καὶ μηνίσαντος κατ᾽ αὐτῶν χαλεπῶς οὕτως, ὡς καὶ δασμοφορεῖν αὐτοὺς ὅσα ἔτη· καὶ παροιμίαν ἐπ᾽ αὐτῷ γενέσθαι,

A condita: noſtra ætas Eleam appellat. Ex hac Parmenides & Zeno Pythagorici originem duxerunt. Erat olim bonis legibus inſtituta: cæterum ob ſterilis ſoli tenuitatem magnam rebus maritimis operam dare, & piſcium condimenta, atque id genus alia præparare ſunt coacti. Quod totius Lucaniæ præternavigatio ſtadiorum eſt 650. & ad Lucaniæ terminum Draconis ſacellum eſt, qui è comitibus Ulyſſis exſtitit, de quo illud oraculum eſt vulgatum: “ Qua Draco Laius eſt, multum populi periturum. Adverſus hanc Græci qui in Italia erant populi, ducto exercitu, re male geſta à Lucanis cladem acceperunt, hoc oraculo decepti. Quod Petelia Lucanorum urbs primaria à Philoctete B condita ſit, quo tempore per ſeditionem è Meliboea profugit. Et alia itidem eodem in eo loco, Crimiſſa dicta. Quod à Leucopetra, quæ juxta fretum eſt verſus Boream, ora maritima intervallo miliarium ducentorum à Bruttiis incolitur. Hæc primum vocabatur Oenotria, poſtmodum Italia proprie cœpit appellari. Limites ejus ſunt à mari Etruſco, Laus fluvius; à Siculo, Metapontium. Quod ſinus Hipponiates in mari Tyrrheno, & Scylleticus ſinus in Siculo, intra ſe Iſthmum amplectuntur ſtadiorum 160. ambitus autem navigationis Cherroneſi ſtadiorum eſt 2000. Quod Lucanorum re- C gio inter duo maria ſita eſt: quorum alterum Etruſcum, à Lao fluvio uſque ad Silarum fluvium progreditur; Siculum vero à Thuriis Metapontium uſque: per continentem vero à Samnitibus uſque ad Iſthmum, qui inter Laum & fluvium & Thurios. Hujus Iſthmi latitudo ſtadiorum eſt 300. Supra hos verſus auſtrum habitant Bruttii uſque ad Iſthmum, occupantes Cherroneſum, quæ inter Hipponiatem & Scylleticum ſinum continetur. Bruttios autem vocarunt Lucani, & ſignificat hoc nomen fugitivos. Nam prius Lucanorum ſervi fuere, & ab iis adjutante Dionyſio Siciliæ tyranno transfugerunt. D Quod prope Laum verſus auſtrum Temeſe urbs ſit, quæ poſtmodum fuit Tempſa appellata, cujus & Homerus meminit. Apud eam fodinæ ſunt æris, quæ hoc tempore defecerunt. Item ſacellum Politæ Ulyſſis ſociorum uni dicatum, quem Barbarorum ejus loci fraude trucidatum graves iras exercuiſſe ferunt, coactoſque vicinos ei annuum tributum pendere: unde proverbium fuerit ortum,

a Ὑέλη & Ἔλλη dicitur. Vide *Strab.* & *Cluverii* Italiam Antiq. pag. 1259. &c. b Juxta *Strabonem*, *Alioſque*, Ἐλέαν ſcribendum. c *Strab.* pag. 253. *A. B.* d *Strab.* p. 254. *A. B.* apud quem Πετηλία. Latinis libris promiſcue ſcribitur *Petelia* & *Petilia*. e Κρίμισσα. *Strab.* f *Strab.* pag. 254. *D.* g Vide *Strab.* h Ita ex *Strabone*, *Aliiſque*. In *Ed. Baſ.* Λαῦος. i *Strab.* p. 255. *A.* k *Strab.* p. 255. *B. C.* l *Strab.* p. 255. *C. D.* p. 256. *A.* m Aliis Τεμίση & Τεμέσα.

a *Strab.*

Nemo Temesæum heroëm provocet. Dicitur etiam Tamase per ᾱ. Quidam ajunt non hujus Temeses Homerum meminisse. Quod post Temesen Cosentia sit Bruttiorum caput; & post ipsam Pandosia validum propugnaculum, tres habens vertices. Circumfluit Acheron fluvius. Hoc loco Molossorum rex Alexander trucidatus fuit, Dodonæo oraculo deceptus, Acherontem atque Pandosiam cavere jubente; cum similis appellationis loca in Thesprotico agro monstrentur. Aliud præterea oraculum decepit virum: "Pandosia ingentem es populum exstinctura trivertex. Ubi incertum erat utrum hostium an suorum clades ostentaretur. Quod virgines, à Messeniis Peloponnesi ad sacra Dianæ facienda missas, nonnulli è Lacedæmoniis ipsisque adeo Messeniis in itinere violarint. Eas Messenii qui miserant vindicaturi violatoribus ipsis bellum intulerunt, devictique in fugam versi sunt. Missi itaque legati ad Delphos expostulatum cum Apolline atque Diana, quod ejusmodi mercedem reciperent pro allato Diis subsidio, rogitantes quonam pacto ex ea calamitate servarentur. Quibus respondit Apollo, ut una cum Chalcidensibus Rhegium commigrarent, & Sorori gratias haberent. Non enim periisse eos, sed servatos esse, neque una cum patria delendos esse, quæ non multo post à Lacedæmoniis esset capienda. Illi autem paruerunt, atque una cum Chalcidensibus Rhegium in Sicilia condiderunt. Quod Rhegium inde nomen habuerit, quod Sicilia magnis terræ motibus à continente fuerit avulsa. Hanc conjecturam quis facile ex iis sumat, quæ circa Ætnam aliasque Siciliæ partes, & Liparam ac circumjacentes insulas evenerunt: item circa Pithecusas & quæ in adverso continente sunt loca omnia, in quibus idem evenisse verisimile est. Nunc sane posteaquam fuere aperta orificia, per quæ ignis respirat, & igniti lapides atque aquæ emittuntur, raro fit ut freto adjacens terra motibus concutiatur. At quo tempore omnes qui nunc in superficiem tendunt meatus occluderentur, in subterraneis concavitatibus ardentes ignes & spiritus vehementes terræ motus efficiebant. agitati itaque ventorum violentia loci cessere, perruptique utrumque mare admiserunt, cum hoc tum quod ibi est inter alias insulas. Nam Prochyta & Pithecusæ partes sunt continentis avulsæ: item Capreæ, & Leucosia, & Sirenusæ, & Oenotrides.

A Μηδεὶς τὸν ἥρωα τὸν ἐν Τεμέσῃ. λέγεται δὲ καὶ Ταμάσῃ διὰ τοῦ ᾱ. τινὲς δ' οὐ ταύτης φασὶν τὸν Ὅμηρον μεμνῆσθαι. ΟΤΙ [a] μετὰ τὴν [b] Τέμψαν [c] Κωσεντία ἐστὶν μητρόπολις Βρεττίων· καὶ μετ' αὐτὴν Πανδοσία, φρούριον ὀχυρὸν τρικόρυφον, Ἀχέροντι ποταμῷ περιῤῥεόμενον· ἔνθα ὁ Μολοττὸς Ἀλέξανδρος διεφθάρη, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ [d] ἐκ Δωδώνης χρησμοῦ, κελεύοντος φυλάττεσθαι Πανδοσίαν καὶ Ἀχέροντα· ἦσαν δὲ ἄρα καὶ περὶ Θεσπρωτίαν Πανδοσία καὶ Ἀχέρων. ἐξηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον, "Πανδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις. ἄδηλον ὂν, πότερον οἰκεῖον ἢ ὀθνεῖον. ΟΤΙ [e] οἱ ἐν Πελοποννήσῳ

B Μεσσήνιοι ἔπεμψαν ἑαυτῶν παρθένους εἰς ἱερουργίαν τῇ Ἀρτέμιδι· ἃς τινες τῶν Λακεδαιμονίων καὶ αὐτῶν Μεσσηνίων κατὰ τὴν ὁδὸν ἐβιάσαντο. ταύτας οἱ πέμψαντες Μεσσηνίων ἐκδικοῦντες ἐπολέμησαν τοῖς βιασαμένοις, καὶ ἡττηθέντες ἔφυγον· καὶ εἰς Δελφοὺς πέμψαντες ἐνεκάλουν, μεμφόμενοι τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν, εἰ τοιοῦτοι τυγχάνοιεν, ἀνθ' ὧν ἐτιμώρουν αὐτοῖς, καὶ πυνθανόμενοι πῶς ἂν σωθεῖεν ἀπολωλότες· ὁ δ' Ἀπόλλων ἐκέλευσε στέλλεσθαι μετὰ Χαλκιδέων εἰς τὸ Ῥήγιον, καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ χάριν ἔχειν· οὐ γὰρ ἀπολωλέναι αὐτοὺς, ἀλλὰ σεσῶσθαι, μέλλοντάς γε μὴ [f] συναφανίσεσθαι τῇ πατρίδι, ἁλωσομένῃ

C μικρὸν ὕστερον ὑπὸ Σπαρτιατῶν. οἱ δὲ πεισθέντες ἔκτισαν σὺν Χαλκιδεῦσι τὸ Ῥήγιον ἐν Σικελίᾳ. ΟΤΙ [g] Ῥήγιον ἐκλήθη διὰ τὸ ῥαγῆναι ὑπὸ σεισμῶν μεγάλων ἐκ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν. τεκμαίροιτο δ' ἄν τις ἀπὸ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην συμπτωμάτων, καὶ τῶν κατὰ Λιπάραν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους· ἔτι δὲ καὶ τῶν κατὰ τὰς Πιθηκούσας καὶ τὴν προσεχῆ περαίαν ἅπασαν, οὐκ ἀπεικὸς εἶναι καὶ τοῦτο συμβῆναι. νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῳγμένων τούτων τῶν στομάτων, δι' ὧν τὸ πῦρ ἀναφυσᾶται, καὶ μύδροι καὶ ὕδατα ἐκπίπτει, σπάνιόν τε σείεσθαί φασιν τὴν περὶ τὸν πορθμὸν γῆν· τότε δὲ πάντων ἐμπεφραγμένων

D τῶν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν πόρων, ὑπὸ γῆς [h] σμυχόμενον τὸ πῦρ καὶ τὸ πνεῦμα σεισμοὺς ἀπειργάζετο σφοδρούς· μοχλευόμενοι δ' οἱ τόποι πρὸς τὴν βίαν τῶν ἀνέμων ὑπεῖξάν ποτε, καὶ ἀναῤῥαγέντες ἐδέξαντο τὴν ἑκατέρωθεν θάλατταν, καὶ ταύτην, καὶ τὴν μεταξὺ [i] τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ νήσων· καὶ γὰρ ἡ Προχύτη καὶ Πιθηκοῦσσαι, ἀποσπάσματα τῆς ἠπείρου· καὶ αἱ [k] Καπρέαι, καὶ ἡ Λευκωσία, καὶ [l] Σειρηνοῦσσαι, καὶ Οἰνωτρίδες.

a *Strab.* p. 256. *A. B.* b Τάμψαν in *Ed. Basil.* c Κοσεντία in *Ed. Bas. Straboni*, *Aliisque*, Κωνσεντία dicitur. d Ἐν Δωδώνῃ apud *Strabonem.* e *Strab.* p. 257. C. *D.* f Συναφανισθήσεσθαι *Strab.* g *Strab.* p. 258. *A. B. C.* h Συνεχόμενον *Strab.* p. 258. *B.* i Τῶν ἄλλων νήσων τῶν ταύτῃ *Strab.* k Καπρίαι in *Ed. Basil.* l Σειρῆνες *Strab.*

αἱ δὲ καὶ ἐκ τοῦ πελάγους ἀνέδυσαν, καθάπερ καὶ νῦν πολλαχοῦ συμβαίνει· τὰς μὲν γὰρ πελαγίας ἐκ βυθοῦ μᾶλλον ἀνενεχθῆναι πιθανὸν, τὰς δὲ προκειμένας τῶν ἀκρωτηρίων, καὶ πορθμῷ διειργομένας, ἐντεῦθεν ἀπεῤῥωγέναι δοκεῖν [a] εὐλογώτερον. [b] ἡ δὲ Λευκόπετρα νοτιωτέρα ἐστὶν τοῦ Ῥηγίου, καὶ ἔτι τὸ Ἡράκλειον πέρας νότιον· καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς ἀνατολὰς βορειότερον τὸ Ζεφύριον ἄκρον, καὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι Λοκροὶ, ἄποικοι τῶν πρὸς τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ Λοκρῶν. καὶ εἰσὶν ἀπὸ Ῥηγίου πόλεως μέχρι Λοκρῶν πόλεως, στάδιοι χʹ. πρῶτοι δὲ Λοκροὶ οὗτοι νόμοις ἐγγράπτοις ἐχρήσαντο, καὶ εὐνομήθησαν ἔτη πολλά. B καὶ Διονύσιος ἐκπεσὼν Σικελίας ἀνομώτατα πάντων διεχρήσατο· ὥς γε προεγάμει μὲν, παρεισιὼν εἰς τὸ δωμάτιον, τὰς νυμφοστοληθείσας· συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους, περιστερὰς ὀλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠφίει, κἀκείνας ἐκέλευεν γυρεύειν γυμνάς· τινὰς δὲ καὶ σανδάλια ὑποδουμένας ἄζυγα, [c] τὸ μὲν ὑψηλὸν, τὸ δὲ ταπεινὸν, περιδιώκειν ἔφασαν, τοῦ ἀπρεποῦς χάριν· δίκας μέντοι ἔδωκεν· ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν Σικελίαν ἐπανῆλθε τὴν ἀρχὴν ἀναληψόμενος, οἱ Λοκροὶ καταλύσαντες τὴν φρουρὰν, ἠλευθέρωσαν σφᾶς, καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν δύο θυγατέρων καὶ τοῦ C νεωτέρου υἱοῦ κύριοι κατέστησαν. πολλὰ δὲ δεομένῳ τῷ Διονυσίῳ καὶ αὐτῷ καὶ Ταραντίνοις ὑπὲρ αὐτοῦ, προέσθαι τὰ [d] πράγματα ἐν οἷς ἂν ἐθελήσωσιν, οὐκ ἔδοσαν· ἀλλὰ τὸν θυμὸν εἰς τὰς θυγατέρας τὸ πλεῖστον ἐξέχεαν. καταπορνευθείσας γὰρ ἐστραγγάλισαν· εἶτα καύσαντες τὰ σώματα, κατήλεσαν τὰ ὀστᾶ καὶ κατεπόντωσαν. ΟΤΙ [e] Ἄληξ ποταμὸς διορίζει Ῥηγίνην τε καὶ Λοκρίδα· οὗ ἐν ταῖς ὄχθαις, ἴδιόν τι συμβαίνει περὶ τοὺς τέττιγας. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ τῶν Λοκρῶν περαίᾳ φθέγγονται, τοῖς δὲ ἀφώνοις εἶναι συμβαίνει. τὸ δ' αἴτιον εἰκάζουσιν, ὅτι τοῖς μὲν, παλίνσκιόν ἐστιν τὸ χωρίον, ὥστε D ἐνδρόσους ὄντας μὴ διαστέλλειν τοὺς ὑμένας· τοῖς δὲ ἡλιαζομένοις, ξηροὺς καὶ κερατώδεις ἔχειν, ὥστε ἀπ' αὐτῶν εὐφυῶς ἐκπέμπεσθαι τὸν φθόγγον. [f] τὴν δὲ μεσογαίαν Λοκρῶν καὶ Ῥηγίνων Βρέττιοι κατέχουσι, ἐν οἷς καὶ ἡ ἀρίστη πίττα γίνεται καὶ πλείστη. ΟΤΙ [g] μετὰ Λοκροὺς ἡ [h] Σάγρας ἐστίν· ἔνθα μύριοι Λοκροὶ μετὰ Ῥηγίνων πρὸς ιγʹ. μυριάδας Κροτωνιατῶν

A Porro nonnullæ ex ipso pelago emerserunt, ſicut pluribus in locis etiam hoc tempore conſtat eveniſſe. Nam quæ in medio jacent mari, è fundo in altum fuiſſe elatas credibilius eſt: quæ vero ante promontoria jacent & anguſto freto ſunt disjunctæ, inde avulſas fuiſſe rationabilius videtur. Cæterum Leucopetra Rhegio eſt auſtralior, & adhuc magis Herculeum promontorium. Ab hoc verſus ortum ſeptentrionalius eſt Zephyrium promontorium: item Locri Epizephyrii, Locrorum juxta Criſſæum ſinum habitantium coloni. Sunt autem à Rhegio uſque ad Locros ſtadia ſexcenta. Primi vero hi Locri legibus ſcriptis ſunt uſi, & plurimum temporis rempub. optimis inſtituris rexere: quas Dionyſius, è Sicilia ejectus, flagitioſiſſime vexavit. Nam ſponſalibus ornatas puellas, cubicula & thalamos irrumpens prius quam nupſiſſent, vitiabat: formoſas vero virgines in unum congregans, dimiſſas integris alis columbas in convivio nudas in circuitu quæritare & captare jubebat; nonnullaſque ſandalia indutas inæqualia, partim ſuperne, partim inferne, columbas ſectari dicebant, dedecoris cauſa. Poſtremo pœnas dedit: cum enim recuperaturus imperium in Siciliam rediiſſet, Locri cæſo præſidio in libertatem ſeſe vindicarunt, uxoremque ejus, & filias duas, ac juniorem natu filium in poteſtatem ſuam redegerunt. Cum autem Dionyſius ipſe & pro eo Tarentini multis eos precibus fatigarent, ut corpora redderent, redemtione, quantam vellent, accepta; non reddiderunt, iramque omnem in filias evomuere. Nam conſtupratas ſtrangularunt, corpora deinde concremarunt, & oſſa molendo detrita in mare diſſipaverunt. Quod Alex fluvius Rheginum à Locrenſi agro diſterminat, in cujus ripis peculiare quiddam de cicadis accidit. Quæ enim in Locrorum ripa verſantur ſonantius ſtrident, aliis vox nulla contigit. Ejus rei hanc eſſe cauſam ſuſpicantur, quod hæ in regione ſint umbroſa, itaque roris plenæ non pandunt alarum pelliculas; illæ, quia apricantur, membranas habent aridas & corneas; ut facile iis ſonus edatur. Mediterraneam inter Rheginos & Locros Bruttii habitant, in quibus optima pix, & copioſe naſcitur. Quod poſt Locros Sagra flumen labitur, ubi decem Locrorum millia una cum Rheginis, de cxxx. millibus Crotoniatarum

a Ita in *MSS. Strabonis* teſte *Caſaubono*. In *libb. vulgatis* εὐλογώτατον. b *Strab.* p. 259. *A. B. C. D.* p. 260. *A.* c Sic vertit *Strabonis* Interpres: *Quibuſdam etiam ſandalia indutis inæqualia, alterum ſublime, alterum humile, dedecoris cauſa, juſſit ut ſic columbas ſectarentur.* Vox ἔφασαν ſuſpecta *Caſaubono*. d In *MSS. Strab.* σώματα. e *Strab.* p. 260. C. f *Strab.* p. 261. *A. B.* g Ita ex *Strabone*. In *Ed. Baſ.* μετὰ τὸ ἄκρον Λοκροὺς &c. h Σάγρα in *Ed. Baſ.* Σάγρας ſcribendum eſſe conſtat ex *Strabone*.

pugna commiſſa victoriam deportarunt: atque hinc natum eſt adverſus incredulos proverbium; Veriora iis quæ apud Sagram acciderunt. Addunt inſuper, eo ipſo die, quo certamen initum eſt, hujus belli eventum in Olympiis nunciatum eſſe. Quod poſt Sagram Caulonia ſit; deinde Scylletium, à Meneſtheo Athenienſi conditum: nunc Scylacium dicitur. Ab hoc ſinus Scylleticus eſt dictus. Sequitur inde Crotoniatarum regio & Japygum tria promontoria. Deinde Lacinium, templum Junonis ditiſſimum. Sinus autem Crotonienſis incipit ab iſto promontorio, & fluvio Æſaro, & urbe Crotone. Cum Achivi à Deo oraculum accepiſſent, ut Crotonem conderent, miſſus fuit Myſcellus ut locum inſpiceret. Hunc, ajunt, cum jam conditam ibi videret Sybarim, vicino amni cognominem, eam potiorem judicaſſe; propterea que ad Oraculum reverſum, denuo rogaſſe numquid hanc pro illa condere liceret: ac Deum reſpondiſſe (erat autem Myſcellus nonnihil gibboſus) "Gibboſe incaſſum, Myſcelle, aliena requiris, "Vanaque venaris: quæ dantur dona probato. Reverſum itaque Crotonem condidiſſe, adjuvante etiam Archia Syracuſarum conditore, qui forte fortuna eo appulit, cum ad Syracuſas condendas tenderet curſum. Crotonem prius Japyges habitabant. Videturque hæc civitas rem bellicam, & artem inſuper athleticam pulcherrime exercuiſſe: una enim Olympiade, ſeptem viri qui ſtadio vicêre omnes Crotoniatæ fuerunt; ut non injuria dictum videatur, Crotoniatarum poſtremum reliquorum Græcorum eſſe primum. Sed & Milo athleta Crotonienſis, Pythagoræ diſcipulus, in Olympiis admiranda peregit certamina. Fama eſt, columna quandoque in Philoſophorum, cum quibus degebat, contubernio laborante, ipſum ſubeuntem ſervaſſe univerſos, deinde ſeſe ſubduxiſſe. Eodem robore fretum, ajunt, cum profundam denſamque per ſylvam iter faceret, longe à tramite deviaſſe, atque ibi trunco ingenti, cui inſerti cunei eſſent, invento, immiſſis in ſciſſuram manibus pariter ac pedibus conatum fuiſſe lignum penitus diſcindere: idque ſolummodo conſequutum, ut exſilirent cunei; ligni vero partes ſtatim inter ſe coiiſſe, ipſumque hoc modo captum à feris fuiſſe devoratum. Quod deinceps à Crotone ſtadiis ducentis

A ἀγωνισάμενοι ἐνίκησαν. καὶ ἐκ τούτου ἡ παροιμία πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. φασὶν δὲ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τὴν ἀγγελίαν μηνυθῆναι Ὀλυμπίασι τοῦ ἔργου τούτου. ΟΤΙ [a] μετὰ Σάγραν [b] Καυλωνία ἐστίν. εἶτα Σκυλλήτιον, Μενεσθέως τοῦ Ἀθηναίου κτίσμα· νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. ἐκ τούτου δὲ ὁ Σκυλλητικὸς κόλπος κλείεται· εἶτα ἡ Κροτωνιάτις χώρα, καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι γʹ. εἶτα τὸ Λακίνιον, ἱερὸν Ἥρας πλουσιώτατον. [c] ἀρχὴ δέ ἐστιν τοῦ Κροτωνιάτου κόλπου τὸ ἄκρον τοῦτο, καὶ Αἴσαρος ποταμὸς, καὶ Κρότων πόλις. τοῦ δὲ θεοῦ χρήσαντος Ἀχαιοῖς Κρότωνα κτίζειν, ἀπεστάλη Μύσκελλος B κατασκεψόμενος τὴν χώραν· ἰδόντα δέ φασιν ἐκτισμένην ἤδη Σύβαριν, ποταμῷ τῷ πλησίον ἐπώνυμον, κρῖναι ταύτην εἶναι ἀμείνω· ἐπανελθόντα δ' ἐρέσθαι τὸν θεὸν, εἰ κελεύοι ταύτην ἀντ' ἐκείνης κτίζειν· τὸν δὲ [d] ἀνειπεῖν (ἐτύγχανε δὲ ὑπόκυφος ὢν ὁ Μύσκελλος) "Μύσκελλε βραχύνωτε [e] πάρεξ σέθεν ἄλλο ματεύων, "Κλάσματα θηρεύεις· [f] δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις ἐπαίνει. ἐπανελθόντα δὲ κτίσαι τὴν Κρότωνα, συμπράξαντος καὶ Ἀρχίου τοῦ τὰς Συρακούσας οἰκίσαντος, προσπλεύσαντος κατὰ τύχην, ἡνίκα ὡρμᾶτο ἐπὶ τὸν τῶν Συρακουσῶν οἰκισμόν. ᾤκουν δὲ Ἰάπυγες τὸν Κρότωνα τότε. δοκεῖ οὖν ἡ Κρό- C των, τά τε πολέμια καλῶς ἀσκῆσαι, καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι, οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες, ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται· ὥστε εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, ὅτι Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. [g] ἀλλὰ καὶ Μίλων ὁ Κροτωνιάτης ἀθλητὴς, Πυθαγόρου μαθητὴς γεγονὼς, θαυμαστὰ διεπράξατο ἀγωνίσματα ἐν Ὀλυμπίᾳ. φασὶν δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ὄντα καὶ συνεστιώμενον, ἑνὸς τῶν στύλων πεσεῖν μέλλοντος, ὑποβαλόντα ἑαυτὸν, ἐκσῶσαί τε τοὺς συνόντας καὶ ἑαυτὸν ὑποσπάσαι. τῇ δ' D αὐτῇ ῥώμῃ χρώμενον, φασὶν, ὁδοιποροῦντά ποτε δι' ὕλης βαθείας, παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἐπὶ πολύ· εἶθ' εὑρόντα ξύλον ἐσφηνωμένον, ἐμβαλόντα χεῖρας ἅμα καὶ πόδας εἰς τὴν διάστασιν βιάζεσθαι πρὸς τὸ διασχίσαι· τοσοῦτον δ' ἰσχῦσαι μόνον ὥστ' ἐκπεσεῖν τοὺς σφῆνας, εἶτ' εὐθὺς τὰ μέρη ἐπισυμπεσεῖν τοῦ ξύλου, ἀποληφθέντα δ' αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ πάγῃ θηριόβρωτον γενέσθαι. ΟΤΙ [h] ἐφεξῆς [i] τῇ Κρότωνι σταδίοις σʹ.

a *Strab.* p. 261. *B.* b Ita *Strabo*, *Aliique*. In *Ed. Baſ.* Καυλονία, & mox Σκυλήτιον & Σκυλητικός. c *Strab.* p. 262. *A. B. C. D.* d Ἀντειπεῖν in *Strabonis* libb. vulgatis. Verum ἀνειπεῖν in *Codd. MSS.* teſte *Caſaubono.* e Πάρες σέθεν. *Strab.* Παρὲκ θεὸν legit *Caſaub.* & mox εὔδαλα pro κλάσματα. Mallem tamen *Strabonem* ex *Epitomatore* noſtro corrigere. f Ὀρθὸν apud *Strab.* in *Codd. MSS.* δῶρον, ut teſtatur *Caſaubonus.* g *Strab.* p. 263. *A. B.* h *Strab.* p. 263. B. C. i Paſſim in *Ed. Baſ.* maſculini generis eſt Κρότων.

A ἡ Σύβαρίς ἐστιν πόλις, μεταξὺ δυοῖν ποταμῶν Κράθιδος καὶ Συβάριδος· τοσοῦτον δὲ ἡ πόλις εὐτύχησεν, ὡς δ΄. μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ἦρξεν, κε΄. δὲ πόλεων, λ΄. δὲ μυριάσιν ἀνδρῶν ἐπὶ Κρότωνα ἐστράτευσεν, πεντήκοντα δὲ σταδίων κύκλον οἱ συνοικοῦντες ἐπλήρουν ἐπὶ τῷ Κράθιδι. ὑπὸ μέν τοι τρυφῆς καὶ ὕβρεως ἅπασαν τὴν εὐδαιμονίαν ἀφῃρέθησαν ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν ἐν ἡμέραις θ΄. ἑλόντες γὰρ τὴν πόλιν ἐπήγαγον τὸν ποταμὸν, καὶ κατέκλυσαν. τὴν δὲ πόλιν οἱ περιλειφθέντες εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν, καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν, ἀπό τινος κρήνης πλησίον οὔσης ὀνομάσαντες. B ΟΤΙ [a] ὁ Σύβαρις ποταμὸς τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ᾽ αὐτοῦ πτυρτικοὺς ποιεῖ· διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ· ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους, καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται. ΟΤΙ Θούριοι ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν. Ῥωμαῖοι δὲ ἐποίκους στείλαντες ἐπ᾽ αὐτὴν μετωνόμασαν τὴν πόλιν Κοπίας. ΟΤΙ [b] μετὰ Θουρίους Ἡράκλεια ἐστιν πόλις, καὶ μετ᾽ αὐτὴν ἀπὸ σταδίων μ΄. Μεταπόντιόν ἐστιν πόλις, κτίσμα Πυλίων, τῶν ἐξ Ἰλίου μετὰ Νέστορος πλευσάντων· καὶ τοσοῦτον ἀπὸ γεωργίας εὐτύχησαν, ὡς ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι χρυσοῦν θέρος. ΟΤΙ [c] τῶν τριῶν πλευρῶν τῆς Σικελίας τὸ μὲν μέγιστον, μεταξὺ C Πελωρίδος καὶ Λιλυβαίου, κυρτόν ἐστιν, σταδίων ͵αψκ΄. τὰ δὲ δύο κοῖλά πως. ἡ δὲ μεταξὺ Παχύνου καὶ Πελωρίδος ἐλαχίστη, σταδίων ͵αρλ΄. ὁ δὲ περίπλους, [d] σταδίων ͵δυ΄. [e] ἀπὸ δὲ Λιλυβαίου εἰς τὴν Λιβύην τὸ δίαρμα, στάδιοι ͵αφ΄. τοὐλάχιστον. καὶ τῶν ὀξυδερκούντων τις ἀπὸ τινος σκοπιᾶς [f] τῶν ἐν Λιλυβαίῳ ἀπαγγέλλει τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀπὸ Λιβύης σκαφῶν ἀναγομένων. πόλεις δέ εἰσιν, κατὰ μὲν τὸ ἀνατολικὸν πλευρὸν, Μεσσήνη βορειοτάτη, εἶτα Ταυρομένειον, εἶτα Κατάνη, Νάξος, Μέγαρα, Συράκουσαι. [g] ἡ δὲ Μεσσήνη πρότερον Ζάγκλη ἐκαλεῖτο, διὰ τὴν τοῦ τόπου σκολιότητα. D δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς Μεσσήνης ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης· καταποθέντων δὲ καὶ διαλυθέντων τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠϊόνα τῆς [h] Ταυρομενείας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. ἀπέχει δ᾽ ἡ Μεσσήνη ἀπὸ Ῥηγίου πόλεως δίαρμα, στάδια ξ΄. ἀπὸ δὲ στυλίδος, πολὺ ἔλαττον.

Sybaris urbs sit, inter Crathidem & Sybaridem fluvios sita. Hæc civitas eo felicitatis excrevit, ut gentibus vicinis quatuor, urbibus autem viginti quinque imperarit, & contra Crotonem trecentorum millium hominum exercitum duxerit; quinquaginta vero stadiorum circulum impleverint supra Crathidem domicilia habentes. Sed ob luxum & petulantiam, universa hac felicitate intra dies septuaginta à Crotoniatis exuti, fuerunt: nam urbe potiti, inducto flumine cuncta demerserunt. Qui vero relicti erant pauci in alium locum urbem transtulerunt; ac, mutato nomine, à fonte quodam vicino Thurios appellarunt. Quod Sybaris flumen equos, qui ex eo bibunt, sternutamentis agitat, ideoque armenta ab eo arcent. Crathis vero hominum, qui in eo lavant, crines fulvos albosque reddit, multisque morbis medetur. Quod Thurii à Lucanis in servitutem tracti fuere: Romani vero, missis in eam urbem colonis, mutato nomine Copias appellarunt. Quod post Thurios Heraclea urbs sit, ac post ipsam stadiis circiter quadraginta Metapontium urbs, à Pyliis, qui una cum Nestore ab Ilio navigarunt, condita: hos tanto successu terram coluisse, ut Delphis dedicaverint auream æstatem. Quod è tribus lateribus Siciliæ maximum, inter Pelorum & Lilybæum jacens, gibbosum sit, stadiorum mille septingentorum viginti: reliqua duo concava; è quibus id quod inter Pachynum & Pelorum jacet, minimum est, stadiorum 1130. Navigatio in circuitu stadiorum est 4400. A Lilybæo autem in Africam brevissimus trajectus stadiorum est 1500. Quidam acie oculorum insigni, è specula quadam in Lilybæo numerum navium Libya solventium nunciat. Urbes in hac sunt, ab orientali quidem latere, Messana, septentrionalis maxime; deinde Tauromenium, & mox Catana, Naxus, Megara, Syracusæ. Porro Messana prius Zancle dicebatur, ob locorum obliquitatem. Et Charybdis paulo ante Messanam in freto ostenditur, profundum immensum, in quod æstus freti ob naturam loci facile abripiunt navigia inversa, cum circumagitatione & fluctus procella magna: quorum absorptorum & dissipatorum fragmenta ad Tauromenitanum littus devolvuntur, quod ab hoc eventu Copriam [id est, sterquilinium] appellant. Distat Messana à Rhegio stadiorum trajectu sexaginta; à Columella vero, multo minus.

a *Strab.* p. 263. *D.* b *Strab.* p. 264. *A.D.* c *Strab.* p. 266. *A.* d Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* σταδίων δγ΄. e *Strab.* p. 267. *B.* f Forsan τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. g *Strab.* p. 268. *A. B.* h Ταυρομενίας *Strab.*

a *Strab.*

In ea regione Mamertini adeo invaluerunt, ut vinum, quod illic est optimum, non Messanium, sed Mamertinum appellaretur. Quod Amphinomus & Anapias filii pii, sublatis in humeros parentibus, ex Ætnæ incendio, cum in Catanæum agrum devolveretur, ipsos servarint. Catanensium quidem agrum cineribus oppletum aliquandiu affligit cinis; postea temporis vinetis lætum reddit, ac bonæ frugis feracem, cum reliquum agri non ita præstet vini productione. Radicesque efferunt cinere sic oppleta loca, quas oves depascentes tanta pinguedine exuberant, ut suffocentur, nisi quarto quoque die sanguis ab auribus mittatur, ut in Erithea insula fieri solet. Cæterum fluxus ille [materiæ ex incendio egestæ] ad soliditatem permutatus, terram ad magnam profunditatem usque in lapidem convertit: ut pristinam superficiem detegere volentibus lapides exscindere sit necesse. Liquescente enim in ipsis crateribus petra, ac deinde sursum egesta, humor è monte defluens verticique superfusus in limum nigrescit; mox duritiem assumens lapis molaris efficitur, eodem servato quem fluens habebat colore; fitque cinis è crematis lapidibus, quemadmodum combustis ex lignis fieri solet. Sicut igitur ex lignorum cinere ruta fovetur, sic Ætnæum cinerem quandam affinitatem cum vitibus habere est verisimile. Quod Myscellum & Archiam, Delphos petentes, ut de colonia ducenda orculum consulerent, Deus rogarit, divitias ne mallent an sanitatem? Myscello itaque sanitatem, Archia opes eligente, Deum illi ut Syracusas, Myscello ut Crotonem conderet, mandasse. Atque res ita evenit. Nam Crotonis salubritatem indicant tot victoriæ Milonis in Olympiis; Syracusanorum vero divitias immensas, proverbium quod in nimis sumtuosos dicitur, ne decimam quidem Syracusanorum rependo. Quod Syracusanis, quia viri essent virtute præstantissimi, obvenerit, ut sub tyrannis constituti reliquis tamen imperarent, ac liberati alios à dominatione liberarent. Quod Syracusanis initio bellum intulerint Sicani, Siculique, & Morgetes, & quotquot mediterraneam ac Morgantium incolebant. Quod Rhodanus fluvius per lacum non magnum fluens undis ejus non miscetur; atque idem de Alpheo flumine & Arethusa figmentum; item de Inacho fluvio, qui è Pindo per Amphilochos & Acarnanas ruens, atque Acheloi aquis sese miscens in mare Argivum ingreditur;

A τοσοῦτον δ' οἱ Μαμερτῖνοι ἔθνος ἐπεκράτησε τῆς χώρας, ὡς τὸν ἄριστον οἶνον μὴ Μεσσήνιον ἀλλὰ Μαμερτῖνον καλεῖσθαι. ΟΤΙ [a] ἐκ τῶν τῆς Αἴτνης ῥυάκων τοῦ πυρὸς κατερχομένων πρὸς τὴν Καταναίαν ποτὲ, Ἀμφίνομος καὶ Ἀναπίας εὐσεβεῖς ἄνδρες ἀράμενοι τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων διέσωσαν. καταπεφρυγμένα δὲ τὰ Καταναίων χωρία πρὸς καιρὸν [ἡ σποδὸς] λυπεῖ· χρόνῳ δὲ ποιεῖ ὕστερον εὐάμπελον καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου. τὰς τε ῥίζας ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία· πιαίνει δ' ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατα ὥστε πνίγεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο [b] δι' ἡμερῶν δ'. ἀφαιροῦσιν ἐκ τῶν ὤτων αἷμα, καθάπερ καὶ ἐν τῇ Ἐρυθείᾳ νήσῳ ποιοῦσιν. B ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστιν μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς. εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν ἣν ῥέων εἶχεν· καὶ ἡ σποδὸς δὲ καιομένων τῶν λίθων, ὡς ἀπὸ τῶν ξύλων γίνεται. καθάπερ οὖν τὸ πήγανον τῇ ξυλίνῃ σποδῷ τρέφεται, τοιοῦτον ἔχειν τι οἰκείωμα πρὸς τὴν ἄμπελον εἰκὸς τὴν Αἰτναίαν σποδόν. ΟΤΙ [c] Μύσκελλον καὶ Ἀρχίαν εἰς Δελφοὺς ἀπελθόντας περὶ ἀποικίας ἤρετο ὁ Θεὸς, C πότερον βούλοιτο ἑκάτερος αὐτῶν πλοῦτον ἢ ὑγίειαν; ἑλομένου δ' Ἀρχίου μὲν πλοῦτον, Μυσκέλλου δ' ὑγίειαν, ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν τὸν μὲν Συρακούσας κτίσαι, Μύσκελλον δὲ Κρότωνα. καὶ συνέβη οὕτως. τὴν γὰρ ἐν Κρότωνι ὑγίειαν μαρτυροῦσιν οἱ περὶ Μίλωνα Ὀλυμπιονῖκαι. τὴν δ' ἐν Συρακουσίοις τοῦ πλούτου ὑπερβολὴν ἡ παροιμία λέγουσα περὶ τῶν ὑπερβολῶν, ὅτι οὐδὲ τὴν τῶν Συρακουσίων δεκάτην ἀμείβω. ΟΤΙ [d] συνέβη Συρακουσίοις ἡγεμονικοῖς οὖσι διὰ τὴν ἀρετὴν ἑαυτῶν, τυραννουμένοις τε ἄρχειν τῶν ἄλλων, καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθεροῦν τοὺς ἄλλους καταδυναστευομένους. D ΟΤΙ τοῖς Συρακουσίοις κατ' ἀρχὰς ἐπολέμουν Σικανοὶ, Σικελοὶ, Μόργητες, καὶ ὅσοι ἄλλοι τὴν μεσογαίαν εἶχον καὶ τὴν Μοργαντίνην. ΟΤΙ [e] ὁ Ῥοδανὸς ποταμὸς, εἰς λίμνην μικρὰν ἐμβάλλων, ἀμιγῶς δι' αὐτῆς διέρχεται· τὸ δὲ περὶ τοῦ Ἀλφειοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς Ἀρεθούσης μυθολόγημα· ἔτι δὲ καὶ τοῦ Ἰνάχου ποταμοῦ, ὅτι ἐκ Πίνδου καὶ Ἀμφιλόχων καὶ Ἀκαρνάνων ὁρμώμενος εἰς τὴν τῆς Ἀργείας θάλασσαν βάλλει, πρότερον τῷ Ἀχελῴῳ συμμίξας τὸ ῥεῖθρον·

a *Strab.* pag. 269. *A.B.C.* b Δι' ἡμερῶν μ'. ἢ ν'. *Strab.* In *MSS.* δι' ἡμερῶν δ'. ἢ ε'. c *Strab.* p. 269. *C.D.* Μύσκελλον } Vide *Schol.* in *Aristophanis* ἱππεῖς, pag. 351. *Ed. Cald.* d *Strab.* pag. 270. *A.B.* e *Strab.* p. 270. *D.* 271. *B.C.D.*

καὶ τοῦ ἐν Δήλῳ Ἰνώπου ποταμοῦ, ὅτι ἐκ τῶν τοῦ Νείλου φέρεται ναμάτων· καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπίθανα καὶ ἀδύνατά ἐστιν. ΟΤΙ ὁ ἐν Ἀμφιλόχοις Ἴναχος ποταμὸς, ὁμώνυμός ἐστιν τῷ Ἀργείῳ· ὠνομάσθη δὲ οὕτως ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ καὶ τὸ Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος. ΟΤΙ [a] διὰ τοὺς ἐκ Λιβύων πολέμους ἡ Σικελία ὀλιγανθρωπεῖ, διὸ Ῥωμαῖοι ταύτην ἐνέμοντο, ἱπποφόρβια καὶ [βοῶν] ἀγέλας ἔχοντες καὶ δούλους. οὗτοι δ' οἱ δοῦλοι κατέτρεχον τὴν Σικελίαν, καὶ κατ' ὀλίγους, καὶ ἐπὶ Εὔνου τοῦ τὸν δουλικὸν ἐξάψαντος πόλεμον σὺν πολλαῖς χιλιάσιν. ἀνήχθη δὲ καὶ λῃστής τις ἐν Ῥώμῃ Σικελὸς, λεγόμενος Αἴτνης υἱὸς εἶναι, [b] Σέρουλος ὄνομα, ὃς πολλάκις μονομαχήσας, ὕστερον ἐπί τινος πήγματος ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀγῶνος συνεσταμένου τεθεὶς ὑψηλοῦ, ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως ἔκ τινος μηχανῆς καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι, καὶ ἐβρώθη. ΟΤΙ [c] τὴν Σικελίαν τὸ παλαιὸν ταμεῖον τῆς Ῥώμης ἐκάλουν Ῥωμαῖοι. ΟΤΙ οἷον ἀκροπόλεις δύο [d] Συράκουσαί τε καὶ ὁ Ἔρυξ ἵδρυνται τῆς Σικελίας· μέση δ' ἀμφοῖν ἡ Ἔννα πόλις. ΟΤΙ [e] τῆς Αἴτνης τὰ ἄνω χωρία ψιλά ἐστιν καὶ τεφρώδη, καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος· τὰ κάτω δὲ, δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους, διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρός· τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ δὲ σχιζομένου, καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν, καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω, [f] καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ. ΟΤΙ [g] ἀνελθόντες τινὲς εἰς τὴν Αἴτνην ἴδον πεδίον θερμότατον τεφρῶδες· καὶ ἐν μέσῳ βουνὸν, καὶ αὐτὸν τεφρώδη, καὶ ἐξ αὐτοῦ καπνὸν ὀρθὸν ἀνιόντα ὡσεὶ ποδῶν σ'· νηνεμίας οὔσης· καὶ εἴκασαν εἶναι καπνὸν καὶ φύσημα τοῦ κρατῆρος. καὶ τοῦ λεγομένου διηγήματος περὶ Ἐμπεδοκλέους ἐμνήσθησαν, ὅτι ἡ χαλκῆ κρηπὶς αὐτοῦ εὑρέθη ἐκφυσηθεῖσα, [h] ὅτε αὐτὸς καθήλατο εἰς τὸν κρατῆρα. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐπιλείπειν ποτὲ τὸ πῦρ καὶ τὰ πνεύματα, ἐπιλειπούσης τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον· οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστε ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας, ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν· νύκτωρ μὲν οὖν φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται.

A itemque de Inopo, qui in Delo est, quod ex Nili fluentis feratur; atqui id genus alia incredibilia & impossibilia. Quod Inachus fluvius in Amphilochis idem nomen habeat cum Argivo. Fuit autem ab Amphilocho ita dictus, qui & Argos Amphilochicum vocavit. Quod Sicilia bellis Libycis afflicta paucos habeat cultores: itaque Romani eam coluerunt, equorum armenta, boum greges, & servos illic habentes. Hi servi per insulam latrocinia exercuerunt, pauci primum, deinde sub Euno, qui servile bellum excitavit multis millibus. Fuit etiam Romam adductus è latronibus Siculus quidam, qui se filium Ætnæ prædicabat, B Serulus nomine. Is ubi sæpe singulari certamine congressus fuisset, postremo cum gladiatorum spectaculum exhiberetur, in tabulato positus sublimi tanquam in Ætna, eo subito collapso ac fraude dissoluto, ipse in solutiles bestiarum caveas ad hoc ipsum infra tabulatum paratas est præcipitatus, & ab iisdem dentibus laceratus. Quod Siciliam olim Romæ cellam penariam Romani appellarint. Quod tanquam duæ arces Siciliæ sitæ sint Syracusæ & Erix: inter quas media est Enna urbs. Quod Ætnæ loca superiora nuda sint & cinerosa, per hyemem vero nivibus referta: inferiora nemoribus & C variis arborum consitionibus partita. Montis hujus cacumina varias suscipiunt mutationes, ob ignis grassationem, nunc quidem in unum craterem collabentis, nunc vero divisim effluentis, nunc igneos emittentis rivos, nunc flammas fumosasve fuligines, interdum etiam ardentes exhalantis massas. Necesse est autem meatus subterraneos cum his pariter accidentibus variari, atque ora quandoque plura aperiri in circumjecta superficie. Quod nonnulli Ætnam conscendentes campum viderint calidissimum, cineribus oppletum: & in medio collem, qui & ipse cineribus fuerit obsitus, è quo fumus rectus ascendit ad pedes usque ducentos, D cum tranquillitas esset: conjeceruntque fumum illum esse & spiritum è cratere sublatum. Et historiæ, quæ de Empedocle fertur, meminerunt, quod ærea ejus crepida, cum se in craterem dimitteret, vi ignis ejecta, inventa sit. Deficere autem ignem quandoque & spiritus, quoties materia deficiat, rationi non absonum: non usque adeo tamen ut contra istam vim homo aliquis accedere queat. Per noctem itaque lucet, atque è cacumine splendet, interdiu fumo & caligine obsidetur.

a *Strab.* p. 273. *A. B.* p. 272. *C.* b Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* Σέρβουλος. c *Strab.* pag. 273. *C.* d Συράκουσσαι in *Ed. Bas.* e *Strab.* p. 273. *D.* p. 274. *A.* f Lego κατὰ τὴν &c. g *Strab.* p. 274. *A. B. C. D.* h Ὅτι καθάλλοιτο. *Strab.*

Quod Sicilia tota cavernosa sit, fluminibus atque igne plena, sicut & mare Tyrrhenum Cumas usque; & calidarum aquarum scaturigines habeat. Ad Agrigentum vero lacus sunt, gustum maris habentes, naturam vero diversam: nam & natandi inscios nullo pacto demergi contingit, quin lignorum in morem superne fluitant. Italici sane crateres habent, qui aquas in rotundam exsufflant formam, rursusque in eundem sinum recipiunt. Spelunca ad Metaurum amplissimam intus habet fistulam, per quam occultus elabitur amnis, magno sane intervallo, deinde in superficiem emergit; quemadmodum in Syria Orontes hiatum inter Apamiam & Antiochiam irrumpens (Charybdim hunc appellant) post quadraginta rursum se exerit stadia. Eodem modo Tigris in Mesopotamia, & Nilus in Africa, non procul à fontibus. Quæ vero apud Stymphalum est aqua, ducentis sub terra stadiis delata, in Argivo deinde agro Erasinum effundit amnem. Rursusque aqua ad Abiam Arcadicam, infra terram depulsa, longo post intervallo Eurotam & Alpheum emittit, adeo ut fabula fidem invenerit; coronarum scilicet, quæ alterutri amnium nuncupatæ in communem alveum injiciuntur, quamque in eo cui nuncupata fuerit amne emergere. Quod Lipara potens fuerit, & quandoque imperarit, Cnidiorum existens colonia: appellabatur antea Meligunis, atque Delphici Apollinis templum suis primitiis multoties exornavit. Terram fertilem habet, & proventum ex metallis aluminis, ac aquas calidas, quemadmodum Sicilia, & ignis exspirationes. Inter hanc & Siciliam media jacet, quam Vulcano sacram vocant: saxosa tota & deserta & ignita, tribus in locis, tanquam è tribus crateribus ignem efflans; quorum è maximo massas flammæ eructant, quæ magna ex parte fretum obturarunt. Ex observatione creditur flammas ipsas flatibus concitari, cum hîc tum in Ætna. Neque absurdum id est. Venti enim nascuntur augescuntque, è marinis exhalationibus originem ducentes; ut ex cognata materia similique eventu ignis accensus admirationem iis, qui alias ista viderunt, adimat. Ex tribus crateribus unum partim effluxisse ajunt, alios restare: ac maximi labrum rotundum esse ad stadia quinque, paulatimque contrahi ad pedum triginta diametrum, à quo profunditas usque ad

A ΟΤΙ [a] πᾶσα Σικελία κοίλη κατὰ γῆς ἐστιν, ποταμῶν καὶ πυρὸς μεστὴ, καθάπερ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Κυμαίας. καὶ θερμοῦ ὕδατος μεστή ἐστιν. περὶ δὲ Ἀκράγαντα λίμναι τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσι θαλάττης, τὴν δὲ φύσιν διάφορον· οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν· οἱ [b] Ἰταλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς [c] θολοειδὲς ἀναφύσημα, καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν. τὸ δὲ περὶ Μάταυρον σπήλαιον ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη, καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα, ἀφανῆ μέχρι πολλοῦ διαστήματος, εἶτα ἀνακύπτοντα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν· καθάπερ Ὀρόντης ἐν Συρίᾳ, κα-
B ταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν μ'. σταδίοις. τὰ δ' ὅμοια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ, μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν. τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ, ἐπὶ σ'. σταδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν, ἐν τῇ Ἀργείᾳ τὸν Ἐρασῖνον ἐκδίδωσι ποταμόν· πάλιν τὸ πρὸς τὴν Ἀρκαδικὴν [d] Ἀβίαν ὑποβρύχιον ὠσθὲν, ὀψέ ποτε τόν τε Ἀλφειὸν καὶ τὸν Εὐρώταν ἀναδίδωσιν· ὥστε καὶ [e] πεπιστεῦσθαι μυθῶδές τι, ὅτι τῶν ἐπιφημισθέντων στεφάνων ἑκατέρῳ καὶ ῥιφέντων εἰς τὸ κοινὸν ῥεῦμα, ἀναφαίνεται κατὰ τὸν ἐπιφημισμὸν ἑκάτερος ἐν τῷ οἰκείῳ ποταμῷ. ΟΤΙ [f] ἡ Λιπάρα δυνατὴ
C γέγονεν καὶ ἦρξέν ποτε, Κνιδίων οὖσα ἄποικος· ἐκαλεῖτο δὲ Μελιγουνὶς πρὶν, καὶ ἀκροθίνια πολλὰ ἀνέθηκεν εἰς Δελφούς· ἔχει δὲ καὶ γῆν εὔκαρπον, καὶ στυπτηρίας [g] μετάλλων πρόσοδον, καὶ θερμὰ ὕδατα, ὡς καὶ ἡ Σικελία, καὶ πυρὸς ἀναπνοάς. ταύτης δὲ μεταξύ πως ἐστὶν καὶ τῆς Σικελίας, ἣν νῦν [h] Ἡφαίστου ἱερὰν καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα, καὶ ἔρημος, διάπυρος· ἔχει δὲ ἀναπνοὰς τρεῖς, ὡς ἂν ἐκ τριῶν κρατήρων· ἐκ δὲ τοῦ μεγίστου καὶ μύδρους αἱ φλόγες ἀναφέρουσιν, οἳ προσκεχώκασιν ἤδη πολὺ μέρος τοῦ πόρου· ἐκ δὲ τῆς τηρήσεως πεπίστευται, διότι τοῖς ἀνέμοις συμπαροξύνονται καὶ αἱ φλόγες, αἵ τε ἐνταῦθα, καὶ αἱ κατὰ τὴν Αἴτνην. οὐκ ἄλογον δέ.
D [i] καὶ γὰρ οἱ ἄνεμοι, γεννῶνται καὶ τρέφονται, τὴν ἀρχὴν λαβόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀναθυμιάσεων· ὡς ἀπὸ συγγενοῦς ὕλης καὶ πάθους, καὶ τὸ πῦρ ἐξαπτόμενον οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. φασὶ δὲ τῶν τριῶν κρατήρων, τὸν μὲν καταρρυηκέναι ἐκ μέρους, τοὺς δὲ συμμένειν. τὸ δὲ μέγιστον τὸ χεῖλος ἔχειν περιφερὲς ὂν, ε'. σταδίων· κατ' ὀλίγον δὲ συνάγεσθαι, [k] εἰς λ'. ποδῶν διάμετρον, καθ' οὗ βάθος εἶναι τὸ μέχρι

a *Strab.* p. 274. D. p. 275. *A.* B. C. D. b Παλικοὶ legendum ex conjectura felicissima *Casauboni* in Commentariis ad *Strabonis* p. 275. c Forsan θολώδεις scribendum. d Ἀσίαν legendum esse monuit *Casaubonus.* e Ita in *Codd. MSS. Strabonis.* In *Libb. vulgatis* πιστευθῆναι. *Strab.* pag. 275. C. D. f Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* μέταλλον ἐμπρόσοδον. g Hæc insula Ἱερὰ simpliciter, & Ἡφαίστου νῆσος nuncupatur. *Casaubonus.* h *Strab.* pag. 276. *A.* B. C.

a Εἰς

θαλάττης, σταδιαῖον, ὥστε καθορᾶν ταῖς νηνεμίαις· ἐὰν μὲν οὖν νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ [a] φασὶν τῆς νησῖδος, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι· ὅταν δὲ Βορέας, φλόγας [b] καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι, καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους· τὸν δὲ ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν. τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας, ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι, τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων· ἔκ τε δὴ καὶ τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων, καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες καὶ αἱ λιγνύες, προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν. [c] τῶν γοῦν ἐν Λιπάρᾳ, γενομένης ἀπλοίας, προειπεῖν τινάς φασι τὸν ἐσόμενον ἄνεμον, καὶ μὴ διαψεύσασθαι. ἀφ' οὗ καὶ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ Ὁμήρῳ, οὐ μάτην εἴρηται· ἀλλ' αἴνιγμα τῆς ἀληθείας ἐστὶ, ὅτι ἔλεγεν, ταμίαν τῶν ἀνέμων εἶναι τὸν Αἴολον.

ΟΤΙ [d] αἱ τοῦ Αἰόλου νῆσοι ζʹ. εἰσὶν, Λιπάρα, [e] Θερμέσσα, Στρογγύλη, Διδύμη, [f] Ἐρικοῦσσα, Φοινικοῦσσα, Εὐώνυμος. ὧν ἡ Στρογγύλη, ἀπὸ τοῦ σχήματος καλεῖται· βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα. ἐνταῦθα δὲ, τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν. Ἐρικοῦσα δὲ καὶ Φοινικοῦσα, ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται· ἀνεῖνται δ' εἰς νομάς. ἡ δὲ Εὐώνυμος πελαγία ἐστὶν καὶ ἔρημος· πολλάκις δὲ καὶ φλόγες εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους τοῦ περὶ τὰς νήσους ὤφθησαν ἐπιδραμοῦσαι, τῶν κατὰ βάθους κοιλιῶν τοῦ πυρὸς ἀναστομωθέντος πόρου τινὸς καὶ βιασαμένου πρὸς τὸ ἐκτός. [g] φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, περὶ τροπὰς θερινὰς ἅμα τῇ ἕω, μεταξὺ τῆς Ἱερᾶς καὶ τῆς Εὐωνύμου, πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν ἐξαίσιον τὴν θάλατταν ὁραθῆναι, καὶ συμμεῖναί τινα χρόνον ἀναφυσωμένην συνεχῶς, εἶτα παύσασθαι. τοὺς δὲ τολμήσαντας προσπλεῖν, ἰδόντας νεκροὺς ἰχθύας ἐλαυνομένους ὑπὸ τοῦ ῥοῦ· τοὺς δὲ, καὶ θέρμῃ καὶ δυσωδίᾳ πληγέντας φυγεῖν· πολλαῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάττῃ· πολλαχοῦ δὲ, καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας καὶ καπνοὺς καὶ λιγνύας· ὕστερον δὲ παγῆναι, καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίαις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον. ΟΤΙ [h] τὴν Ἰαπυγίαν οἱ Ἕλληνες Μεσαπίαν καλοῦσιν χερρόνησον οὖσαν, εἰς βʹ. μοίρας διαιρουμένην· τὸ μέν τι γὰρ αὐτῆς Σαλεντῖνοι, [οἰκοῦσιν,] τὸ δὲ Καλαβροί. ὑπὲρ τούτους πρόσβορροι, Πευκέτιοί εἰσιν καὶ [i] Ἄπουλοι. ἡ δὲ Μεσαπία, χερρόνησος οὖσα, ἀπὸ Βρεντεσίου πόλεως πρὸς ἀνατολὰς, μέχρι Τάραντος πρὸς δυσμὰς πόλεως, ἰσθμὸν ἔχει σταδίων τί.

A mare stadii unius spatio sit, ut conspici ventis non flantibus possit. Igitur si spiraturus sit Auster, nebulosam circa insulam caliginem effundi, ut ne Sicilia quidem eminus cernatur: Borea autem flante, flammas puras ex eo, quem dixi, cratere attolli altius, ac majores emitti strepitus: Zephyrum autem medium quendam ordinem tenere. Reliquos crateres ejusdem generis esse, exhalationem vero minores impetus habere. Cæterum ex fragorum differentia & loci è quo exhalationes & flammæ ac fumus oriuntur, prænosci etiam quis tertio post die spiraturus sit ventus. Quare ubi ventorum fuerit tranquillitas, Liparensium quosdam futurum ventum prædicere, neque falli. B Qua ex re id quod fabulosissimum videtur ab Homero dictum, non frustra dictum esse apparet; sed veritatem per ambages eum significasse, cum Æolum appellaret ventorum promum. Quod Æoli insulæ septem sint, Lipara, Thermessa, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Euonymos: è quibus Strongyle à rotunditate figuræ appellata fuit; flammarum vi minor, lumine cæteras superans. In hac Æoli domicilium fuisse ajunt. Ericusa & Phœnicusa ab arbustis [erica & palma] appellatæ fuere, atque ad pascua sola servantur. Euonymos in pelago sita est, ac deserta. Multoties sane in superficie maris, quod est circa insulas C istas, discurrere flammas animadversum est, cum è profundis cavitatibus recluso quopiam meatu ignis ad exteriora violenter prorumpit. Posidonius ait, circa æstivum Solstitium prima luce inter Hieram & Euonymum pelagus mirum in modum in altum conscendere visum esse, atque aliquando sic constitisse assiduis flatibus erectum, deinde subsedisse: quosdam vero illuc adnavigare ausos, exanimatos pisces fluctibus agitari vidisse; alios vero vapore & odore perculsos fugam arripuisse. Multis post diebus limum apparuisse mari supernatantem, multis quoque locis flammas erupisse & fumum atque D caliginem: postremo congelatum fuisse, & molaribus lapidibus similem glaciem exstitisse. Quod Japygiam Græci Messapiam vocant: peninsulæ formam obtinet, & in duas partes divisa est; quarum alteram Salentini habent, alteram Calabri. Supra hos ad Boream Peucetii sunt & Apuli. Cæterum Messapia, peninsula quum sit, à Brundusio ab ortu atque Tarentum usque versus occasum, isthmum habet stadiorum 310.

a Εἰς ν'. ποδῶν *Strab.* b In *Ed. Bas.* φησίν. c Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* καθ' ἃς. d Τῆς γοῦν ἐν Λιπάραις γενομένης ἀπλοίας, προειπεῖν &c. *Strab.* e *Strab.* p. 275. C. p. 276. D. f Θέρμισσα *Strab.* g Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* Ἐρικοῦσία, Φοινικουσσα. *Alii* Ἐρικώδης καὶ Φοινικώδης. h *Strab.* pag. 277. *A.B.* i *Strab.* pag. 277. *D.* k Αὐδάνιοι *Strab.* Οἱ Δαύνιοι malit *Casaub.*

a *Strab,*

Ταινάρου· μεταξὺ δὲ τοῦ Ταινάρου καὶ τῆς A Μαλέας ὁ Λακωνικός ἐστιν κόλπος. ΟΤΙ [a] ἀπὸ Ταινάρου εἰς Φυκοῦντα, ἄκραν τῆς Κυρηναίας πρὸς νότον, δίαρμά ἐστιν σταδίων ,γ. εἰς δὲ Πάχυνον τῆς Σικελίας ,δχ΄. εἰς δὲ [b] Μαλέας πρὸς ἀνατολὰς [c] χο΄. [d] κατακολπίζοντι· εἰς δὲ Ὄνου γνάθον, ταπεινὴν Χερρόνησον ἐνδοτέρω τῶν Μαλεῶν, φκ΄. ΟΤΙ Ὅμηρος ὥσπερ λέγει κρῖ, [e] τὸ κριθὸν, καὶ τὸ δῶμα, δῶ, κατὰ ἀποκοπήν· οὕτως λέγει καὶ Ἄλκιμον, τὸν Ἀλκιμέδοντα, καὶ Μέσσην, τὴν Μεσσήνην. τὸ δὲ βριαρὸν Ἡσίοδος, βρῖ, καὶ τὸ βριθὺ ὡσαύτως. Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων, τὸ ῥᾴδιον, ῥᾶ. Ἐπίχαρμος δὲ τὸ λίαν, λί· Συρακὼ δὲ, B τὰς Συρακούσας. Ἐμπεδοκλῆς δὲ, μίαν λέγει συλλαβὴν, ὄψ· τοῦτ' ἐστιν ὄψις· καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ, Δήμητρός τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ· καὶ ἄλφιτον, ἄλφι. Εὐφορίων δὲ καὶ τὸν [f] Ἥλιον λέγει, Ἧλι· Δωδὼ δὲ, τὴν Δωδώνην ἄλλος ποιητής. ΟΤΙ [g] ἡ Μαλέα ἄκρα, μεταξὺ κεῖται τῶν δύο κόλπων, Λακωνικοῦ τε καὶ Ἀργολικοῦ. ΟΤΙ [h] τὸ Ἄργος παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαίνει· οἷον ἡ πόλις αὐτὴ, "Ἄργος τε Σπάρτη τε· καὶ Ἄργος ἡ Πελοπόννησος, οἷον, "ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργει· καὶ Ἄργος ἡ Θετταλία, οἷον, "Νῦν δ' αὖ τοὺς ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον· καὶ ὅλη δὲ ἡ Ἑλλὰς οὕ- C τως καλεῖται παρ' αὐτῷ Ἄργος· Ἀργείους γὰρ καλεῖ τοὺς Ἕλληνας πάντας, ὡς καὶ Δαναοὺς καὶ Ἀχαιούς. ΟΤΙ [i] ὥσπερ τὰ Κροκύλεια, ὄντα τῆς Ἀκαρνανίας, συναριθμεῖ Ὅμηρος ταῖς νήσοις, οὕτως καὶ [k] τὴν Μάσητα τῇ Αἰγίνῃ, τῆς Ἀργολικῆς οὖσαν. ΟΤΙ [l] ὁ Κρισαῖος κόλπος τῆς θαλάσσης, ὁ Κορινθιακός ἐστι, περιοριζόμενος ὑπό τε Φωκίδος καὶ Βοιωτίας καὶ Μεγαρίδος καὶ ἰσθμοῦ καὶ τοῖς βορειοτέροις τε καὶ δυσμικωτέροις τῆς Πελοποννήσου· ὁ δὲ Κιθαιρὼν καὶ Ἑλικὼν τὰ ὄρη, ἐκ βορρᾶ εἰς αὐτὸν καθήκουσιν· καὶ ὁ μὲν Κιθαιρὼν ἐν τῇ Μεγαρίδι πρὸς τῇ ἀρχῇ τοῦ ἰσθμοῦ, ὁ δὲ Ἑλικὼν πρὸς δυσμάς. ΟΤΙ D [m] τινὸς Τεγεάτου χρωμένου ἐν Δελφοῖς, εἰ ἄμεινον αὐτῷ μετοικίζειν εἰς τὴν Κόρινθον, ἀνεῖλεν ὁ Θεός· "Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης. ΟΤΙ [n] ἡ Κορινθία χώρα, οὐκ εὔγεώς ἐστιν, ἀλλὰ σκολιά τε καὶ τραχεῖα· ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον καλοῦσι,

Tænarum : inter Tænarum vero & Maleam est sinus Laconicus. Quod à Tænaro usque ad Phycunta, Cyrenaicæ regionis promontorium versus austrum, trajectus sit stadiorum 3000. Ad Pachynum Siciliæ 4600. Ad Maleas versus ortum 670. sinu ipso una computato. Ad Onugnathon (i. e. *maxillam asini*) humilem Chersonesum intra Maleam, stad. 520. Quod Homerus quemadmodum κριθὸν κρῖ dicit, & δῶμα sine amputato δῶ vocat, sic Ἄλκιμον vocat Ἀλκιμέδοντα, & Messenem Messen. Hesiodus item βριαρὸν vocat βρῖ, & βριθὺ similiter. Sophocles vero & Jon ῥᾴδιον dicunt ῥᾶ. Epicharmus pro λίαν λί dicit, & Syracusus Syraco. Empedocles vero una syllaba effert ὄψ pro ὄψις. Et apud Antimachum habetur " Cereris Eleusiniæ ἱερὴ ὄψ, & ἄλφιτον, ἄλφι. Euphorion autem ἥλιον dicit ἧλι, & Dodo pro Dodona alius poëta usurpavit. Quod Malea promontorium inter duos sinus, Laconicum & Argolicum, situs sit. Quod apud Homerum Argos multa significet: ut Argos urbs ipsa, " Argi, Spartaque: & Argos Peloponnesus dicitur, ut " Argis, ædibus in nostris: item Argos Thessalia appellatur, ut, " Præterea quicunque Argos tenuere Pelasgum: & tota Græcia apud eum hoc pacto Argos vocatur. Argivos enim vocat Græcos omnes, ut & Danaos & Achæos. Quod sicut Crocyleja Acarnaniæ Homerus insulis adnumerat; sic Masetem Æginæ tribuit, quæ tamen urbs est Argolica. Quod Crisæus sinus maris, Corinthius sit, à Phocide & Bœotia & Megaride & isthmo & partibus Peloponnesi septentrionalibus atque occiduis undique clausus. Cæterum Cithæron & Helicon montes à septentrione ad ipsum porriguntur: Cithæron quidem in Megaride ad ipsius isthmi initium, Helicon vero ad occasum. Quod cum Tegeates quispiam oraculum in Delphis consuluisset, num satius esset Corinthum migrare, responderit Deus, " Fortunata Corinthus, ego autem sim Tegeates. Quod ager Corinthius non sit fertilis, sed curvus & asper: unde plerique Corinthum superciliosam dixere;

a *Strab*. p. 363. *B*. b Μαλέαν in *Ed. Bas*. c *Casaubonus* legisse videtur χιλίων ἑβδομήκοντα. Vide *Comment*. p. 160. d *Si sinum quis non intret* reddit *Interpres Strabonis*. e Τὸ κριθὸν) Pro τὸ κριθὸν scribendum est vel τὴν κριθὴν vel τὸ κρίμνον. quod posterius plerisque videtur magis consentaneum. f Ἥλιον λέγει Ἧλι) Pro τὸν ἥλιον & ἧλι *Eustathius* legit ἦλον & ἦλ: idque tribus in locis. ad ἦλ quod attinet, verius esse censeo quam ἧλι: sed de altero dubito. Euphorionis hemistichium sic habet *Eustath*. p. 565. 34. δαιμόνιος ἦλ. ad quod allusisse videtur istud *Ausonii*, *altitonum cœlum*. g *Strab*. p. 368. *B*. h *Strab*. pag. 369. *B*. C. *D*. i *Strab*. pag. 376. *B*. k Τὸν Μάσητα *Strab*. l *Strab*. pag. 379. *D*. & p. 409. *B*. *C*. *D*. m *Strab*. p. 380. *D*. In *Ed. Bas*. Τενεάτου. n *Strab*. p. 382. *B*.

ac proverbio dicitur, Colles Corinthus atque cavitates habet. Quod Cromyonia sus mater fuerit apri Erymanthii. Quod Ægis, quæ in Peloponneso sunt, nata sit capra quæ Jovi lac præbuerit. Hanc Aratus tradit fuisse Oleniam dictam: est autem Olenus Ægis vicina. Quod in Delphis fons sit Castalius, qui aquam propheticam habet. Quod insignes Peloponnesi montes sint; Cyllene, Pholoë, Lycæum, Mænalus, Parthenium, à Tegeatide ad Argiam usque pertingens. Quod Erasinus fluvius è Stymphalide lacu in Argiam exeat: prius autem non apparebat, quoniam è lacu in ipsum tendentes meatus essent occlusi. Et Stymphaliorum urbs super lacu prius erat, posteaquam vero meatus ille terræ motibus fuit apertus, distare cœpit urbs à lacu stadiis quinquaginta & amplius. Quod post Heraclidarum in Peloponnesum reditum, ejus habitatores fuerint; Corinthi quidem Aletes, Sicyonis Phalces, Achajæ Tisamenus, Elidis Oxylus, Messenæ Cresphontes, Lacedæmonis Eurysthenes & Procles, Argorum vero Temenus & Cissus, littorei tractus super Ægis Deiphontes.

A καὶ παροιμιάζονται, Κόρινθος ὀφρυᾶ τε καὶ κοιλαίνεται. ΟΤΙ [a] ἡ Κρομυωνία ὗς μήτηρ ἦν τοῦ Ἐρυμανθίου κάπρου. ΟΤΙ [b] ἐν Αἰγαῖς τῆς Πελοποννήσου γέγονεν ἡ τὸν Δία θηλάσασα αἴξ, ἣν καὶ Ἄρατος λέγει Ὠλενίαν καλεῖσθαι· πλησίον γὰρ ἡ Ὤλενος τῶν Αἰγῶν. ΟΤΙ ἡ Κασταλία, κρήνη ἐστὶν ἐν Δελφοῖς, μαντικὸν ἔχουσα ὕδωρ. ΟΤΙ [c] ἐπιφανῆ ὄρη Πελοποννήσου ταῦτα· Κυλλήνη, Φολόη, Λύκαιον, Μαίναλος, Παρθένιον, καθῆκον ἐπὶ τὴν Ἀργείαν ἀπὸ τῆς Τεγεάτιδος. ΟΤΙ ὁ Ἐρασῖνος ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης εἰς τὴν Ἀργείαν· πρότερον δὲ
B οὐκ ἐφαίνετο, διὰ τὸ τετυφλῶσθαι τοὺς ἐκ τῆς λίμνης εἰς αὐτὸν πόρους· καὶ ἡ τῶν Στυμφαλίων πόλις ἐπὶ τῆς λίμνης ἦν· ἐπεὶ δὲ οἱ πόροι ὑπὸ σεισμῶν ἀνεστομώθησαν, ἀπέχει νῦν ἡ πόλις τῆς λίμνης, στάδια ὑπὲρ τὰ ν΄. ΟΤΙ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ οἰκήσεων οἰκισταὶ γεγόνασι μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· Κορίνθου μὲν Ἀλήτης, Σικυῶνος δὲ Φάλκης, Ἀχαΐδος δὲ Τισαμενὸς, Ἤλιδος δὲ Ὄξυλος, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντης, Λακεδαίμονος δὲ Εὐρυσθένης καὶ Προκλῆς, Ἄργους δὲ Τήμενος καὶ Κισσὸς, τῶν δὲ περὶ τὴν [d] Αἴγεον Δηϊφόντης.

a *Strab.* p. 380. C. b *Strab.* p. 387. *A.* c *Strab.* p. 388. *D.* p. 389. *A.* d Vocem Αἴγεον suspectam habeo. Apud *Strabonem*, περὶ τὴν ἀκτὴν Αἰγαῖος καὶ Δηϊφόντης.

CHRESTOMATHIÆ
EX
STRABONIS GEOGRAPHICORUM
LIBRO IX.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ
ΕΚ ΤΩΝ
ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΥ θ΄.

QUOD juxta Scironidas petras in Megaride gesta fuisse dicant, quæ in historiis traduntur; ut de Pityocampte & Scirone Tyrannis, quos interemit Theseus. Quod stadiis 18. à Megaris distet juxta Nisæam portus, [Megarensium] navale. Quod Homerus, cum ait, Illic autem Bœoti & Iaones longis vestibus, Athenienses appellet Iaones, quorum pars est etiam Megaris; quemadmodum isthmi limes in Crommyone à Theseo locatus indicat, talem inscriptionem habens: ad austrum quidem, Hæc jam Peloponnesus sunt,

C ΟΤΙ [a] περὶ τὰς ἐν Μεγαρίδι Σκιρωνίδας πέτρας, τὰ ἱστορούμενα γεγονέναι φασίν· οἷον τὰ περὶ Πιτυοκάμπτην καὶ τὰ κατὰ [b] Σκίρωνα τοὺς τυράννους, οὓς ἀνεῖλεν Θησεύς. ΟΤΙ ἀπὸ Μεγάρων ιή. σταδίους ἀπέχει ὁ κατὰ Νισαίαν λιμὴν, τὸ ἐπίνειον. ΟΤΙ [c] Ὅμηρος ὅταν φῇ, ἐνθάδε Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες, τοὺς Ἀθηναίους λέγει Ἰάονας, ὧν μέρος ἐστὶν καὶ ἡ Μεγαρὶς, ὡς καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Θησέως ἐν Κρομμύωνι τοῦ ἰσθμοῦ μεθόριον δηλοῖ, τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχον· ἐπὶ μὲν τὰ νότια, Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος,

a *Strab.* p. 391. C. D. b Al Σκείρωνα & Σκειρωνίδας. c *Strab.* p. 392. *A.* B. C.

a *Strab.*

οὐκ Ἰωνία· ἐπὶ δὲ τὰ βόῤῥα, Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία. ἀλλὰ καὶ τῶν Πανδιονίδων τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως, Πάλλαντος, Λύκου, Νίσου, καὶ διὰ τοῦτο τῆς Ἀττικῆς εἰς δ'. μέρη διαιρεθείσης, ὁ Νίσος τὴν Μεγαρίδα ἔλαχε, καὶ τὴν Νισαίαν ἔκτισεν. ΟΤΙ [a] πρὸ τοῦ Σουνίου τῆς Ἀττικῆς νῆσός ἐστιν τραχεῖα καὶ ἔρημος, Ἑλένη ὄνομα· καὶ φασὶν περὶ αὐτῆς λέγειν τὸν Ὅμηρον, « Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ. ΟΤΙ τῆς Αττικῆς ὄρη εἰσὶν ὀνομαστὰ έ. Ὑμηττὸς, Πάρνης, Κορυδαλλὸς, Βριλησσὸς, Λυκαβηττός. ΟΤΙ [b] ἡ Βοιωτία τριθάλασσός ἐστιν. κλύζεται γὰρ τῇ τε Κρισσαίᾳ ἐκ νότου· καὶ τῇ Μυρτῴᾳ, ἀπὸ Γεραιστοῦ μέχρι Εὐρίπου· καὶ τῇ Μαλιακῇ, ἀπὸ Εὐρίπου μέχρι ποταμοῦ Σπερχειοῦ. ΟΤΙ [c] παροιμία ἐστὶν, Θρᾳκία παρεύρεσις· οἱ γὰρ Θρᾷκες ἔνσπονδοι Πελασγοῖς γεγονότες ἐπὶ ῥητάς τινας ἡμέρας, νύκτωρ ἐπέθεντο· ἀποκρουσθέντες δὲ ὑπὸ Πελασγῶν, καὶ τῇ ἑξῆς ἐγκαλούμενοι, ἔφασαν· Ἀλλ' οὐχὶ ταῖς νυξὶν ἄγειν εἰρήνην ὠμόσαμεν. ΟΤΙ πολέμου ὄντος Βοιωτοῖς καὶ Πελασγοῖς, ἦλθον θεωροὶ ἐξ ἀμφοῖν εἰς Δωδώνην· ἀνελούσης δὲ τῆς προφήτιδος, ὅτι τὴν μὲν τῶν Πελασγῶν οὐχ [d] εὗρεν τὸν χρησμὸν, [e] τοῖς δὲ Βοιωτοῖς εἰπούσης, αὐτοὺς ἀσεβήσαντας εὖ πράξειν· ὑποτοπήσαντες οἱ Βοιωτοὶ κατὰ τὸ τῶν Πελασγῶν συγγενὲς κακουργῆσαι τὴν πρόμαντιν, ἁρπάσαντες διεχρήσαντο τὴν ἄνθρωπον, καὶ εἰς πῦρ ἔβαλλον· δικαιοῦντες, ὅτι εἰ μὲν παρέχρησεν, ἔχει τὴν δίκην, εἰ δ' ἀληθῶς ἔλεξεν, καὶ οὕτως ἀσεβῆσαι αὐτοὺς ἔδει. ἀνθ' ὧν ἐχρήσθη αὐτοῖς, κατ' ἐνιαυτὸν κλέπτοντας ἕνα τῶν παρ' αὐτοῖς τριπόδων, ἀποκομίζειν εἰς Δωδώνην. ΟΤΙ [f] Πένθιλος ἐκ Βοιωτίας τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν ἤγαγεν. ΟΤΙ [g] μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, πρὸς τῇ Εὐβοϊκῇ θαλάττῃ, ἐστὶν ὁ Ὠρωπὸς, καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν, ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, ἀντιπέραν Ἐρετρίας τῆς ἐν Εὐβοίᾳ, ἀπὸ σταδίων τὸ δίαρμα ξ'. εἶτα Δήλιον, Ταναγραίων πολίχνιον, ἀπέχον σταδίους τῆς Αὐλίδος λ'. εἶτα λιμὴν βαθύς· εἶτα Αὐλὶς, πετρῶδες χωρίον· εἶτα Εὔριπος· εἶτα Σαλγανεὺς, ἐπώνυμον χωρίον Σαλγανέως τινὸς Βοιωτοῦ ἀνδρὸς ἐκεῖσε ταφέντος, μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τῶν περὶ Μεγαβάτην Περσῶν, ὡς δῆθεν κακῶς αὐτοῦ ὑφηγησαμένου τὴν ἀπὸ Μαλιακοῦ κόλπου θάλασσαν, λαβυρινθώδη καὶ ἄπορον· μεταγνόντες δὲ οἱ Πέρσαι ὕστερον, ὡς ἀδικηθέντα τὸν Σαλγανέα ἔθαψαν μεγαλοπρεπῶς. ΟΤΙ [h] τὸ Ἀμφιαράου ἱερὸν ἐν Τανάγρᾳ ἐστὶν τῆς Βοιωτίας· ἐκ

A & non Ionia ; ad boream, Hæc non Peloponnesus jam sunt, sed Ionia. Et cum Pandionis regis quatuor filii essent, Ægeus, Pallas, Lycus, Nisus; atque ob id Attica in partes quatuor esset divisa, Niso Megaris sorte obvenit, Nisæamque condidit. Quod ante Sunium Atticæ insula sit aspera & deserta, Helena dicta, de qua ajunt Homerum dixisse, « Insula & in Cranaë mihi gaudia prima dedisti. Quod in Attica montes sint celebres quinque ; Hymettus, Parnes, Corydallus, Brilessus, Lycabettus. Quod Bœotia tria maria habeat : alluitur enim à meridie

B Crissæo ; & Myrtoo à Geræsto usque ad Euripum ; & Maliaco ab Euripo usque ad Sperchium fluvium. Quod proverbium sit, Thracicum commentum. Thraces enim pactis erga Pelasgos ad certos quosdam dies induciis, noctu incursationes egerunt. Cæterum cum à Pelasgis fuissent propulsati, conquerentibus quod inducias fregissent, responderunt, Se non, ut noctu inducias servarent, jurasse. Quod, cum bellum inter Bæotios & Pelasgos esset, ab utrisque legati Dodonam missi fuerint. Respondente autem sacerdote, Pelasgorum oraculum inveniri non posse, Bæotiis autem dicente, rebus usuros secundis si impie agerent : suspicati sunt Bœotii

C vatem Pelasgis ob generis propinquitatem fuisse gratificatam ; correptam itaque mulierem in ignem conjecerunt, sic ratiocinantes : si falsum reddidisset oraculum, eam supplicio adfectam esse ; sin verum, eos hoc pacto injuste agere. Ab hoc oraculo postea ipsis fuit imperatum, ut Tripodem, apud suos furto sublatum, ad Dodonam quotannis mitterent. Quod Penthilus ex Bœotia Æolicam coloniam deduxerit. Quod terminus Atticæ & Bœotiæ ad mare Euboïcum sit Oropus, & Sacer portus, quem Delphinium appellant, contra Eretriam Eubœæ, intervallo stadiorum 60. Deinde Delium, Tanagræorum oppidulum, distans ab Au-

D lide stadiis 30. Postea portus Profundus appellatione ; inde Aulis, lapidosus locus ; mox Euripus : postremumque Salganeus, locus nomen habens à Salganeo, viro Bœotio, illic sepulto ; qui interfectus erat à Persis sub Megabate duce militantibus, quasi dolose classem à sinu Maliaco per mare duxisset invium & tortuosum : postea ab iisdem, errore suo cognito, magnifica sepultura cohonestatus. Quod Amphiarai templum in Tanagra Bœotiæ sit, atque è

a *Strab.* pag. 399. *B. C.* b *Strab.* pag. 400. C. c *Strab.* p. 401. *D.* p. 402. *A. B. C. D.* d Εὑρεῖν in *Ed. Bas.* e Τῶν δὲ Βοιωτῶν εἰπούσης, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀσεβήσαντας πράξειν in *Ed. Bas.* f Πένθιλος *Strab.* g *Strab.* p. 403. *B. C. D.* h *Strab.* p. 404. *A.*

a *Strab.*

Cnopia Thebaïca jussu oraculi in eum locum sit traducta. Quod urbs Anthedon post Salganea extrema sit totius Bœotiæ, atque ab ipsa ad Ægas usque Eubœæ urbem trajectus sit stadiorum 120. Item prope Ægas sunt Orobiæ. Ex hac Anthedone Glaucus fuit, quem in cetum mutatum fuisse perhibent. Quod Bœotiam, ob cavernas & meatus subterraneos, frequenter terræ motus cieat, unde meatus alii obturentur, alii aperiantur; itidem & lacus alii oriantur, alii desinant. Quapropter Platææ & Platæenses juxta lacum olim fuere, & ob remorum latitudinem ita sunt appellati. Item Helos & Eleon à paludibus nomen habent: nunc continenti accedunt. Quod Cephissus fluvius è Phocicis montibus oriatur ex urbe Lilæa, & in Copaïda lacum exeat. Quo loco etiam Permessus & Olmejus ex Helicone fluentes, in eundem ingrediuntur prope Haliartum urbem. Ambitus ipsius lacus stadiorum est 380. Quod Copaïs lacus multa flumina excipiens exitum nullum habeat, præter hiatum qui prope Cephissum eum excipit. Quod Scolus sit pagus Parasopiæ sub Cithærone locus asper; unde proverbium, " Nec Scolum ipse ibis, aliumve sequeris euntem. Hoc loco Penthea discerptum fuisse ajunt. Est & in Heraclea Trachinia vicus Scolus, quem Asopus fluvius præterit: & in Sicyone alius est Asopus fluvius. Quod Thespiæ urbs sit ad Heliconem sita versus austrum: incumbit & ipsa & mons Helicon sinui Crisæo. In propinquo Ascra est, Hesiodi patria. Quod mons Parnassus multas speluncas sacras habeat, è quibus est una Corycium, Nymphis sacrum, ejusdem cum Cilicio nominis. Quod occiduum Parnassi latus incolant Locri Ozolæ & Dorienses; & Ætoli quidem juxta Coracem Ætoliæ montem: ad ortum vero Dorienses & Phocenses. Quod Crisæus sinus usque ad Actium porrectus sit. Quod duæ sint insignes urbes Phocensium, Delphi & Elatea: altera ob antiquissimum oraculum Apollinis; altera vero, quod juxta Cyphum Perrhæbicum montem & urbem sit locata. " Guneus vero ex Cypho ducebat &c. Quod Perrhæbi occiduam partem Olympi habitarint prope Macedones.

A Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρύθη κατὰ χρησμὸν δεῦρο. ΟΤΙ [a] Ἀνθηδὼν πόλις μετὰ τὴν Σαλγανέα ἐσχάτη τῆς Βοιωτίας κεῖται, καὶ ἀπ' αὐτῆς εἰς τὴν ἐν Εὐβοίᾳ Αἰγὰς πόλιν τὸ δίαρμα στάδιοι ρκ'. καὶ ἐγγὺς τῶν Αἰγῶν αἱ Ὀροβίαι. ἐκ δὲ Ἀνθηδόνος ἦν Γλαῦκος, ὃν μεταβαλεῖν φασιν εἰς κῆτος θαλάσσιον. ΟΤΙ [b] ἡ Βοιωτία, σηραγγώδης οὖσα καὶ ὕπαντρος, ποιεῖ σεισμοὺς ἐν αὐτῇ ἐξαισίους, [c] ὥς τινας τῶν πόρων ἀποτυφλοῦσθαι, καί τινας διευρύνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο λίμναι τέ τινες ὑφίστανται, καὶ αὖθις λήγουσι. διὸ καὶ Πλάταια μὲν καὶ Πλαταιεῖς περὶ λίμνην ποτὲ ἦσαν, καὶ διὰ τὸ τῶν κωπῶν πλάτην οὕτως ὠνομάσθησαν. ἔτι δὲ Ἕλος τε καὶ Ἐλεὼν [[d] ἐ-
B κλήθησαν, διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρύσθαι·] νῦν δὲ ἠπείρωνται. ΟΤΙ [e] ὁ Κηφισσὸς ποταμὸς ἐκ τῶν Φωκικῶν ὀρέων ἄρχεται ἐκ Λιλαίας πόλεως, καὶ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐκδίδωσιν· ἔνθα καὶ ὁ Περμησσὸς καὶ Ὀλμειὸς ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος ῥέοντες, εἰς τὴν αὐτὴν ἐμβάλλουσι λίμνην περὶ πόλιν Ἁλίαρτον· ἡ δὲ τῆς λίμνης περίμετρος, στάδιοι τπ'. ΟΤΙ ἡ Κωπαῒς λίμνη, πολλοὺς δεχομένη ποταμοὺς, ἔξοδον οὐκ ἔχει, πλὴν τοῦ κατὰ τὸν Κηφισσὸν δεχομένου αὐτὸν χάσματος. ΟΤΙ [f] Σκῶλός ἐστιν κώμη τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι, τόπος τραχύς· ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία λέλεκται, " Εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς [g] ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι. καὶ
C τὸν Πενθέα ἐνταῦθά φασιν διασπασθῆναι. ἔστιν δὲ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ κώμη Σκῶλος, παρ' ἣν ποταμὸς ῥεῖ Ἀσωπός· καὶ ἐν Σικυῶνι ἄλλος ἐστὶν ποταμὸς Ἀσωπός. ΟΤΙ [h] Θέσπειαι πόλις ἐστὶν πρὸς τῷ Ἑλικῶνι νοτιωτέρα, ἐπικειμένη τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ καὶ αὐτὴ καὶ ὁ Ἑλικών. πλησίον δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρὶς Ἄσκρη. ΟΤΙ [i] ὁ Παρνασσὸς τὸ ὄρος σπήλαια ἔχει πολλὰ ἱερὰ, ὧν ἐστιν ἓν καὶ τὸ Κωρύκιον, ἱερὸν νυμφῶν, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. ΟΤΙ τὸ ἑσπέριον τοῦ Παρνασσοῦ πλευρὸν νέμονται [k] Λοκροί τε οἱ Ὀζόλαι καὶ Δωριεῖς· καὶ Αἰτωλοὶ κατὰ τὸν Κόρακα Αἰτωλικὸν ὄρος· τὸ δὲ πρὸς ἕω Δωριεῖς καὶ Φωκεῖς. ΟΤΙ ὁ Κρισαῖος κόλπος ἕως
D τοῦ Ἀκτίου περαιοῦται. ΟΤΙ [l] Φωκέων δύο εἰσὶν πόλεις ἐπίσημοι, Δελφοί τε καὶ Ἐλάτεια· ἡ μὲν διὰ τὸ ἀρχαιότατον μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος, [m] ἡ δὲ διὰ τὸ περὶ Κύφον Περραιβικὸν ὄρος καὶ πόλιν εἶναι· " Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγεν. ΟΤΙ Περραιβοὶ τὰ δυτικὰ τοῦ Ὀλύμπου ᾤκουν, Μακεδόνων ἐγγύς.

a *Strab.* p. 405. *A. B.* b *Strab.* p. 406. *A. B. C.* c Ita *Sylburg.* In *Ed. Bas.* πρός τινας. d Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* desiderantur quæ uncis inclusimus. e *Strab.* pag. 407. *C. D.* f *Strab.* pag. 408. *C. D.* g In *Ed. Bas.* ἴναι. h *Strab.* p. 409. *B.* Rectius Θέσπεια vel Θεσπειαὶ, sicut Πλάταια & Πλαταιαί. i *Strab.* p. 417. *B.* k Ita ex *Strabone.* In *Ed. Bas.* Αἰτωλοί. l *Strab.* pag. 417. *D.* p. 418. *A.* m Mutilus est locus, & è duabus annotationibus in unam contractus: itaque legendum est, ἡ δὲ διὰ τὸ ἐπικαιρίως ἱδρύσθαι πρὸς τὰς ἐκ τῆς Θεσσαλίας ἐκβολάς: vel διὰ τὴν τῆς ἱδρύσεως εὐφυΐαν. Nam utroque modo loquitur *Strabo.* His ex eodem addendum, ΟΤΙ τῶν Ἀθαμάνων τινὲς ἔμειναν περὶ Κύφον, Περραιβικὸν ὄρος, ὁμώνυμοι κατοικίαν ἔχον. Hemistichium autem illud Homericum ex *Il.* β'. vers. 255. *Sylburg.*

ΟΤΙ ἕτερος [a] Μόψος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία· καὶ ἄλλος ὁ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς παῖς, ἀφ' οὗ Μοψουεστία πόλις Κιλικίας. ΟΤΙ [b] μεταξὺ Σηπιάδος καὶ [c] Κασθαναίας, τοῦ Πηλίου ἀκρωτηρίων, αἰγιαλός ἐστιν ἔρημος· ἔνθα ὁ Ξέρξου στρατὸς ὑπὸ ἀπηλιώτου συνετρίβη. ΟΤΙ τὸ περὶ Λάρισσαν πεδίον, Πελασγικὸν ἐκαλεῖτο πρίν. Πυῤῥαία δὲ ἀπὸ Πύῤῥας τῆς Δευκαλίωνος γυναικός· Αἱμονία δὲ ἀπὸ Αἵμονος· Θετταλία δὲ ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ Αἵμονος.

A Quod alius sit Mopsus, à quo Attica Mopsopia est dicta; alius cui Manto fuit mater, quæ Teiresiæ fuit filia, à quo Mopsoëstia urbs Ciliciæ dicta est. Quod inter Sepiada & Casthanæam, promontoria Pelii, littus desertum sit, ubi classis ipsa Xerxis à subsolano fuit deleta. Quod campus circa Larissam, Pelasgicus fuerit antea appellatus: Pyrrhæa vero, à Pyrrha Deucalionis uxore: Æmonia, ab Æmone: Thessalia, à Thessalo Æmonis filio.

a *Strab.* p. 397. *A.* p. 443. *D.* p. 642. C. p. 676. C. Μόψοψ pro Μόψος malit *Berkelius* ad *Steph.* v. Μοψοπία. b *Strab.* p. 443. *B. D.* c Ita ex *Strabone*. In *Ed. Bas.* Κασθανεΐας.

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

ΕΚ ΤΩΝ

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΥ ι΄.

B

ΟΤΙ [a] ἡ Εὔβοια μῆκος ἔχει σταδίων ͵ασ΄. ἀπὸ Κηναίου ἄκρου τοῦ κατὰ Θερμοπύλας ἕως Γεραιστοῦ κατὰ Σούνιον. τὸ δὲ πλάτος τὸ μέγιστον, ρν΄. σταδίων. καὶ ἔστιν ἀντίπορθμος τῇ τε Ἀττικῇ, καὶ τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ τῇ Λοκρίδι, καὶ τοῖς Μαλιεῦσιν. C διὰ δὲ τὸ μῆκος Μάκρις ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Ἀβαντίς. [b] τὰ δὲ μεταξὺ Καφηρέως καὶ Γεραιστοῦ, τὰ κοῖλα Εὐβοίας καλεῖται. ΟΤΙ [c] ὁ Ὠρεὸς, Ἱστιαία ἐκαλεῖτο· καὶ οἱ Ὠρεῖται, Ἱστιαιεῖς. ΟΤΙ [d] τὸ Δῖον, καὶ ὁ Ὠρεὸς, καὶ ἡ Κήρινθος, καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, καὶ ὁ Βούδορος ποταμὸς, πάντα ταῦτα τῆς Εὐβοίας παραθαλάσσιά εἰσιν, πρὸς τὸν βοῤῥᾶν τετραμμένα καὶ τὴν Σκῦρον νῆσον καὶ Λῆμνον. ΟΤΙ Κάρυστος, καὶ Στύρα, καὶ D Ἐρετρία, πρὸς νότον εἰσὶν, ἀντιπέραν Ἀττικῆς. ΟΤΙ ἐν Καρύστῳ φύεται λίθος ἡ ξαινομένη καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τὰ ὕφη χειρόμακτρα γίνεσθαι· ῥυπωθέντα δὲ εἰς φλόγα βάλλεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι λέγουσιν, παραπλησίως τῇ τῶν λίνων πλύσει. ὁ δὲ Γεραιστὸς ἀρσενικόν. ΟΤΙ [e] περὶ τὸ Λήλαντον πεδίον τῆς Εὐβοίας, μέταλλα ἦν χαλκοῦ καὶ σιδήρου, ἅπερ νῦν ἐκλέλοιπεν, ὥσπερ καὶ Ἀθήνησι τ' ἀργύρεια.

CHRESTOMATHIÆ

EX

STRABONIS GEOGRAPHICORUM

LIBRO X.

QUOD Eubœa longitudinem habeat stadiorum 1200. à Cenæo promontorio juxta Thermopylas ad Geræstum juxta Sunium. Latitudo autem ipsius maxima stadiorum est 150. Insula vero hæc opponitur Atticæ, Bœotiæ, Locridibus, Maliensibus, freto intercipiente. Cæterum ob angustam ipsius formam olim Macris fuit dicta, postea Abantis. Quæ vero inter Caphereum & Geræstum continentur, cava Eubœæ appellantur. Quod Oreus Histiæa fuerit dicta, & Oreitæ Histiæenses. Quod Dium, & Oreus & Cerinthus, & Artemisium, & Budorus fluvius, universa hæc Eubœæ maritima loca sint, ad boream & insulam Scyrum atque Lemnum conversa. Quod Carystus, & Styra, & Eretria ad notum sint è regione Atticæ. Quod in Carysto lapis nascatur, qui plectitur & texitur: atque ex eo mantilia fiant, quæ ubi sordescunt in flammas projecta non secus mundantur, quam lintea dum lavantur. Cæterum Geræstus masculino effertur genere. Quod circa Lelantum campum Euboïcum æris & ferri metalla fuerint, quæ nunc defecere, quemadmodum Athenis argenti fodinæ.

a *Strab.* pag. 444. *D.* b *Strab.* pag. 445. *A.* c *Strab.* pag. 445. *D.* d *Strab.* pag. 446. *B. C.* e *Strab.* pag. 447. *B.*

Quod Eretria urbs potentissima fuerit olim, adeo ut, cum pompam ducerent, tria millia essent gravis armaturæ peditum, equites autem sexcenti, currus sexaginta: imperavit autem insulis, tum aliis, tum Andro & Teno. Quod ex hastis, aliæ statariæ pugnæ idonea sint instrumenta, velut gladii & oblongæ hastæ Homericorum Abantum; aliæ manu jaciuntur, velut sagitta aut jaculum, cujusmodi erat Achillis hasta fraxinea; aliæ utrumque usum præbent, velut contus & sarissa & pilum. Quod Euboïci amnes duo sint, Cireus & Nileus, è quorum altero bibentes oves albæ fiunt, ex altero nigræ. Quod à sinu Ambracico versus ortum habitent Acarnanes; & deinceps sit Achelous fluvius; postea Ætoli versus ortum: & post hos Locri Ozolæ, & mons Parnassus; deinde Helicon mons: ab hoc Cythæron juxta isthmum Corinthiacum; dein Hymettus, versus ortum ordine locati montes. Supra Acarnanes in parte mediterranea versus septentrionem siti sunt Amphilochi: deinde Dolopes, & Pindus mons, è quo Achelous fluit ad Echinadas. Supra Ætolos Perrhæbi ad boream sunt siti, & Athamanes, & pars Ænianum qui Oetam tenent. Porro Ætolorum & Acarnanum latus australe, mare est quod juxta sinum Crisæum jacet. Hic sinus ab ore Acheloi fluvii sumit initium. Quod Corax Ætoliæ mons Oetæ monti contermінus sit. Quod Actium promontorium sit maxime occiduum sinus Ambracici. Quod quæ nunc Leucas appellatur urbs, antea peninsula fuerit, à Corinthiis autem continenti abscissa. Homerus illam vocat, " actam Epiri, id est, littus continentis, Acarnaniæ nimirum, cujus pars Nericus quoque est, quam Laërtes se cepisse innuit. Sed & Crocylia & Ægilips urbs, in Catalogo, prope Leucada sunt: ita ut insula tota urbes habeat tres, Leucada in freto quod arte factum est, quæ prius erat Nericus, deinde Crocylia, & Ægilipa. Quod quæ nunc Cephallenia dicitur, Homerus nonnunquam Samon appellet, velut hoc loco, " Quique Zacynthon habebant, qui coluere Samumque: nonnunquam vero Samen, ut, " Dulichiumque Sameque. Sed & Acarnaniam partem Cephalleniæ dicit & Epiri, ut, " Epirumque vel oppositas ad littora partes " Qui coluere. Et rursus, " Bis sex Epiri armenta &c. Eodem vero cum insula nomine gaudet urbs in ea, quæ Samos & Same promiscue dicitur.

A ΟΤΙ [a] ἡ Ἐρετρία πόλις δύναμιν εἶχέν ποτε μεγάλην· ὥστε, ἡνίκα πομπὴν ἦγον, ,γ. μὲν ὁπλῖται ἦσαν, χ΄. δὲ ἱππεῖς, ξ΄. δὲ ἅρματα· ὑπῆρχεν δὲ Ἄνδρου καὶ Τήνου, καὶ ἄλλων νήσων ἄλλων. ΟΤΙ [b] τῶν δοράτων, τὰ μὲν συστάδην ἐστὶν, ὡς τὰ ξίφη καὶ τὰ ὀρεκτὰ τῶν Ὁμηρικῶν Ἀβάντων· τὰ δὲ ἀκοντίζεται δίκην οἰστοῦ καὶ παλτοῦ, ὁποῖα ἦν ἡ τοῦ Ἀχιλλέως μελία· τὰ δ᾽ ἐπαμφοτερίζει, οἷον ὁ κοντὸς καὶ ἡ σάρισσα καὶ ὁ ὑσσός. ΟΤΙ [c] τῆς Εὐβοίας δύο τινές εἰσιν ποταμοὶ, [d] Κιρεὺς καὶ Νηλεύς· καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν πίνοντα πρόβατα γίνονται, ἐκ μὲν θατέρου λευκὰ, ἐκ δὲ θατέρου μέλανα. ΟΤΙ [e] πρὸς
B ἀνατολὰς τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου Ἀκαρνᾶνες οἰκοῦσιν, καὶ ἐφεξῆς ὁ Ἀχελῷός ἐστιν ποταμός· εἶτα Αἰτωλοὶ ἀνατολικώτεροι· καὶ μετ᾽ αὐτοὺς Ὀζόλαι Λοκροὶ, καὶ ὁ Παρνασσὸς τὸ ὄρος· εἶτα Ἑλικὼν τὸ ὄρος· εἶτα Κιθαιρὼν, κατὰ τὸν Κορίνθιον ἰσθμόν· εἶτα Ὑμηττὸς, πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἐφεξῆς κείμενα τὰ ὄρη. καὶ ὑπέρκεινται ἐν τῇ μεσογαίᾳ πρὸς βοῤῥᾶν, τῶν μὲν Ἀκαρνανῶν Ἀμφίλοχοι· εἶτα Δόλοπες, καὶ ἡ Πίνδος τὸ ὄρος, ἀφ᾽ οὗ ὁ Ἀχελῷος ῥεῖ πρὸς τὰς Ἐχινάδας. τῶν δ᾽ Αἰτωλῶν Περῥαιβοὶ πρὸς βοῤῥᾶν εἰσιν, καὶ Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἰνιανῶν τι μέρος, τῶν τὴν Οἴτην ἐχόντων. τὸ δὲ νότιον πλευρὸν Ἀκαρνανῶν
C τε καὶ Αἰτωλῶν, ἡ θάλασσά ἐστιν, ἡ κατὰ τὸν Κρισαῖον κόλπον. ἄρχεται δ᾽ ὁ κόλπος οὗτος ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Ἀχελῴου ποταμοῦ. ΟΤΙ [f] Κόραξ ὄρος Αἰτωλικὸν συνάπτει τῇ Οἴτῃ ὄρει. ΟΤΙ [g] τὸ Ἄκτιον δυσμικώτατόν ἐστιν ἄκρον τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου. ΟΤΙ ἡ νῦν Λευκὰς πόλις χεῤῥόνησος ἦν πρίν· ὑπὸ δὲ Κορινθίων ἐτμήθη· καλεῖ δ᾽ αὐτὴν Ὅμηρος " ἀκτὴν ἠπείροιο, τῆς Ἀκαρνανίας δηλονότι, ἧς μέρος τὸ [h] Νήρικον, ὅπερ Λαέρτης ἑλεῖν λέγει. ἀλλὰ καὶ τὰ Κροκύλεια καὶ ἡ Αἰγίλιψ πόλις, ἐν καταλόγῳ, τῆς Λευκάδος εἰσὶν πλησίον· ὡς τὴν νῆσον ὅλην ἔχειν πόλεις τρεῖς, Λευκάδα μὲν ἐν τῷ χειρο-
D ποιήτῳ πορθμῷ, τὴν πρὶν Νήρικον, καὶ Κροκύλεια, καὶ Αἰγίλιπα. ΟΤΙ [i] τὴν νῦν Κεφαλληνίαν Ὅμηρος καὶ Σάμον καλεῖ· οἷον, " Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον, ἠδ᾽ οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο. καὶ Σάμην· οἷον, " Δουλίχιόν τε Σάμη τε. ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν μέρος λέγει τῆς Κεφαλληνίας καὶ τῆς Ἠπείρου· οἷον, " Οἵ τ᾽ Ἤπειρον ἔχον, ἠδ᾽ ἀντιπέραι᾽ ἐνέμοντο· καὶ πάλιν, " Δώδεκ᾽ ἐν Ἠπείρῳ ἀγέλαι· ὁμωνύμως δὲ τῇ ὅλῃ νήσῳ, καὶ ἡ ἐν αὐτῇ πόλις Σάμος καὶ Σάμη καλεῖται.

a *Strab.* p. 448. *A. B.* b *Strab.* pag. 448. *D.* pag. 449. *A.* c *Strab.* p. 449. C. d In *Ed. Bas.* Κηρεὺς καὶ Νηλεύς. e *Strab.* p. 450. *A. B.* f *Strab.* pag. 450. *D.* g *Strab.* p. 451. *D.* p. 452. *A.* h In *Ed. Bas.* Νήριτον. Vide *Stephanum* v. Νήρικος. i *Strab.* p. 453. *A. B. C.*

A ΟΤΙ [a] ἡ τοῦ Μέντου πόλις, Τάφος πρὶν καλουμένη, νῦν [b] Ταφιοῦσα καλεῖται. ΟΤΙ [c] Σαμαῖοι μὲν οἱ Κεφαλλῆνες, ἀπὸ Σάμης ἢ Σάμου· οἱ δὲ Ἴωνες, ἀπὸ Σάμου τῆς Ἰωνικῆς, Σάμιοι. ΟΤΙ [d] Ἐπειοὶ κατῴκουν τὰς ὑπὸ τῷ Μέγητι Ἐχινάδας, ἐξ Ἤλιδος ἐλθόντες μετὰ Φυλέως· διόπερ καὶ τὸν Κυλλήνιον Ὦτον μεγαθύμων ἀρχὸν Ἐπειῶν, [e] Φυλίδεω ἕταρον καλεῖ ὁ Ποιητής. ΟΤΙ [f] ἡ Ἰωνικὴ Σάμος πρὶν ἐκαλεῖτο Μελάμφυλος· εἶτα Ἀνθεμίς· εἶτα Παρθενία, ἀπὸ ποταμοῦ ἐν αὐτῇ Παρθενίου, ὃς Ἴμβρασος μετωνομάσθη· εἶτα Σάμος ἀπὸ τοῦ ὕψους τῶν ὀρέων· οἱ γὰρ παλαιοὶ τὰ ὑψηλὰ ὄρη [g] Σαμαίους ἐκάλουν. B ΟΤΙ [h] ἀπὸ Ζακύνθου νήσου εἰς Ἑσπερίδας τῆς Λιβύης στάδιοι ͵γτ΄. ΟΤΙ τὰς νῦν Ὀξείας νήσους τῶν Ἐχινάδων Ὅμηρος Θοὰς καλεῖ. ἡ μὲν οὖν [i] Δουλιχία κεῖται κατὰ τὰς τοῦ Ἀλφειοῦ ἐκβολὰς καὶ Οἰνιάδας. ΟΤΙ [k] οἱ Τάφιοι καὶ οἱ Τηλεβόαι νήσους κατῴκουν ὁμωνύμως αὐτοῖς καλουμένας, πλησίον τῶν Ἐχινάδων. ΟΤΙ [l] ὁ κατὰ Νικομήδειαν τῆς Βιθυνίας κόλπος, Ἀστακηνὸς καλεῖται, ἀπό τινος πολιχνίου κειμένου ἐν τῷ μυχῷ Ἀστακοῦ καλουμένου. ΟΤΙ [m] Τυνδάρεως καὶ Ἰκάριος ἐκπεσόντες Σπάρτης ὑπὸ Ἱπποκόωντος, ἦλθον εἰς Πλευρῶνα παρὰ Θέστιον· καὶ μετ' αὐτοῦ συγκατεκτήσαντο πολλὴν χώραν καὶ τῶν Ταφίων καὶ Ἐχινάδων νήσων· C ἀλλ' ὁ μὲν Τυνδάρεως, γήμας Λήδαν τὴν Θεστίου παῖδα, μετῴκισεν εἰς τὴν οἰκείαν· ὁ δὲ Ἰκάριος, ἔγημε μὲν Πολυκάστην τὴν Λυγαίου παῖδα, καὶ τῆς Ἀκαρνανίας ἐκυρίευσεν· ἐξ ὧν Πηνελόπη καὶ ἀδελφοὶ αὐτῆς. ΟΤΙ [n] Ἀκαρνᾶνες οὐ συνεστράτευσαν Αἰτωλοῖς κατὰ τῆς Τρωάδος· ὅθεν ὕστερον ἔτεσι πολλοῖς Ῥωμαίους ἔπεισαν αὐτούς, καὶ τὴν αὐτονομίαν ἀπέλαβον, διὰ τὸ μὴ συστρατεῦσαι Ἕλλησι κατὰ τῶν Τρώων, οἵ τινες ἦσαν πρόγονοι Ῥωμαίων· ὁ γὰρ Αἰνείας ἐκ τῶν Τρώων ἦν. ΟΤΙ [o] οἱ Κουρῆτες οὐκ ἦσαν Αἰτωλοί, διὰ τὰ ἔπη ταῦτα. "Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοί. πάλιν οἱ τοῦ [p] Πορθέως παῖδες τρεῖς Αἰτωλοὶ ὄντες, D καὶ τὴν Πλευρῶνα καὶ Καλυδῶνα οἰκοῦντες, Κουρῆτες ἦσαν· οἱ γὰρ Πλευρώνιοι Κουρῆτές εἰσιν, ὅπερ ἀληθέστερον. ἔθος γάρ ἐστιν Ὁμηρικὸν, τὰ μέρη τοῖς ὅλοις συναριθμεῖν· οἷον, "Οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον Χαλκίδα τε· καὶ πάλιν, "Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Μυρμιδόνες καὶ Ἀχαιοί. τοιοῦτον οὖν καὶ τὸ, "Κουρῆτες καὶ Αἰτωλοί. φασὶν οὖν, ὅτι Κουρήτων ἐχόντων τὴν νῦν Αἰτωλίαν,

Quod Mentæ urbs, quæ prius Taphus appellabatur, nunc Taphyusa vocetur. Quod Samæi Cephallenii sint à Same aut Samo: Iones vero à Samo Ioniæ Samii sint dicti. Quod Epei Echinadas sub Megete habitarint, una cum Phyleo ex Elide profecti: quapropter Cyllenium Otum magnanimorum ducem Epeorum, Phylidæ socium Homerus appellat. Quod Samos Ionica, prius Melamphylos fuerit appellata; deinde Anthemis; mox Parthenia à fluvio qui in ea est Parthenio, qui mutato nomine Imbrasus postea est dictus: postremo Samos à montium altitudine; nam prisci excelsos montes Samæos vocabant. Quod à Zacyntho insula ad Hesperidas Libyæ stadia sint 3300. Quod insulas Echinadum, quæ nunc dicuntur Oxeæ, Homerus appellarit Thoas. Dulichia itaque ad Alphei ostium & Oeniadas jacet. Quod Taphii & Teleboæ insulas eodem nomine habitarint prope Echinadas. Quod Bithyniæ sinus juxta Nicomediam Astacenus vocetur, ab Astaco, oppido quodam in eo sinu jacente. Quod Tyndareus & Icarius, ab Hippocoonte è Sparta pulsi, ad Thestium Pleuroniorum dominum sese receperint, atque una cum ipso multam regionem Taphiorum & Echinadum insularum occuparint. Atqui Tyndareus, accepta in uxorem Leda Thestii filia, domum rediit: Icarius vero Polycastam Lygæi filiam duxit, atque Acarnaniæ parti imperavit; ex quibus nati fuere Penelope & fratres ipsius. Quod Acarnanes cum Ætolis ad Trojam non militarint: quam ob rem multis annis post Romanis persuaserunt, ut libertatem suam ac proprium vivendi morem retinerent, quia soli cum cæteris Græcis non militabant adversus Trojanos, Romanorum majores: nam Æneas è Trojanis fuit. Quod Curetes Ætoli non fuerint, propter hos versus, " Pugnabant Curetes & Ætoli &c. At Porthei tres filii, Ætoli quidem, ac Pleurona Calydonaque habitantes, Curetes erant: nam Pleuronii Curetes sunt; quod verius est. Homero enim mos est partes adnumerare toti, velut, "Qui Eubœam tenebant Chalcidaque. Et rursus, "Trojani & Lycii & Myrmidones & Achivi. Ejusdem generis erat & illud, "Curetes Ætolique. Ajunt itaque, cum Curetes nunc Ætoliam dictam habitarent,

a *Strab.* pag. 459. *B.* b In *Ed. Bas.* Ταφιοῦς. c *Strab.* pag. 455. *D.* pag. 457. *B. C. D.* d *Strab.* p. 459. *A.* e Φυλείδεω in *Homeri* libb. vulgatis, *Il.* ο΄. vs. 519. f *Strab.* p. 457. *B. D.* 637. *B.* g Σάμους malit *Casaub.* quem vide in *Commentariis* ad *Strabonem*, p. 457. h *Strab.* p. 458. *A.* i Δολίχα apud *Strab.* & *Steph. Byzant.* Vide *Berkelium* ad *Steph.* v. Δουλίχιον. k *Strab.* pag. 456. *A.* & pag. 461. *A.* l *Strab.* p. 459. C. & pag. 461. *A.* & p. 563. *B.* m *Strab.* p. 461. *C. D.* n *Strab.* p. 461. *D.* p. 462. *A. B. C.* o *Strab.* p. 462. *D.* p. 463. *A. B. C. D.* p. Vide *Homeri Il.* ξ. v. 115.

Ætolum cum aliquibus Epeis ex Elide profectum regioni, quæ ejus nomine Ætolia fuit appellata, imperaſſe: Curetes autem in Acarnaniam migraſſe. Poſt decem itaque ſecula Oxylus cum Heraclidis in Elida tanquam paternam poſſeſſionem deſcendit; veluti etiam Epigramma Ætoli ſtatuæ inſculptum indicat: " Alphei ad latices qui quondam condidit urbem, " Eductum Piſæ non procul à ſtadiis, " Endymionis natum, virtutis monimentum " Ætoli Ætolum ſic poſuere ſuæ. Alterum Oxyli ſtatuæ inſcriptum ſic ſe habet: " Ætolus quondam indigenam populum huncce relinquens " Terram Curetum Marte fero obtinuit. " Ætate aſt decima poſt Oxylus Æmone natus, " Urbem hanc ſplendori reſtituit veterem. Illud Oxyli in Elide eſt, alterum Ætoli in Ætolia. Quod Chalcidenſes Eubœæ, cum de Lelanto campo dimicantes ſæpe vincerentur, quod hoſtes anteriorem cæſariem captantes eos diſtraherent, cœperunt eam capitis partem tondere: propereaque ab Homero "occipite comantes appellati fuerunt. Hi poſtea in Ætoliam migrarunt, &, devictis qui ipſam incolebant, ultra Acheloum fluvium eos ſunt perſecuti: quare illi quidem Eubœenſes Curetes à tondendo ſunt appellati; ejecti autem, Acarnanes, tanquam non detonſi. Quod Theſtius ſocer fuerit Tyndarei & Oenei, pater Ledæ & Althææ. Cæterum cum bellum haberent Theſtiades & Curetes adverſus Oenea & Ætolos ac Meleagrum, aut de agrorum finibus, aut, ut fabulatur Homerus, de ſuis capite ac exuviis, Meleager fratres Althææ interemit; quamobrem Althæa, multa imprecata eſt & horrendas invocavit diras. Quod quadrifariam Curetes Ætolici poſſint derivari: aut enim à tonſura sincipitis, ut dictum fuit; aut à Curio monte Ætoliæ; aut quod molles eſſent tanquam puellæ, quemadmodum Iaones ſtolitrahi appellantur; aut à Curetibus dæmonibus armiferam ſaltationem ducentibus: ut dicat quiſpiam fortiſſimos & in armis ſaltare doctos. Nam & Homerus Æneam inducit dicentem, " Merione cito te quamvis ſaltatorem egregium &c. Quod Græcis & Barbaris commune ſit, ut ſacrificia inter feriandum celebrent; alia quidem cum furore, alia ſine eo; alia cum, alia ſine Muſica; alia in arcano, alia palam. Muſica enim Philoſophia eſt quædam,

A ἐκπεσὼν ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλὸς, μετά τινων Ἐπειῶν, ἐκυρίευσεν τῆς ἐξ ἑαυτοῦ κληθείσης Αἰτωλίας· καὶ οἱ Κουρῆτες μετῴκησαν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν. μετὰ οὖν γενεὰς ί. Ὄξυλος μετὰ τῶν Ἡρακλειδῶν κατῆλθεν εἰς τὴν Ἤλιδα ὡς πατρῴαν, ὡς καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν τῇ εἰκόνι Αἰτωλοῦ δηλοῖ·
" Χώρης οἰκιστῆρα παρ' Ἀλφειοῦ ποτε δίναις
" Τρεφθέντα σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος,
" Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλοὶ τόνδ' ἀνέθηκαν
" Αἰτωλὸν, σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.
τὸ δὲ ἐπὶ τῇ Ὀξύλου εἰκόνι ἐπίγραμμα οὕτως ἔχει.
" Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον,
" Κτήσατο Κουρῆτιν γῆν, δορὶ πολλὰ καμών.
B " Τῆς δ' αὐτῆς γενεῆς δεκατόσπορος Αἵμονος υἱὸς " Ὄξυλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.
τὸ μὲν Ὀξύλου ἐν Ἤλιδι κεῖται. τὸ δ' Αἰτωλοῦ ἐν Αἰτωλίᾳ. ΟΤΙ [a] Χαλκιδεῖς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ, πόλεμον ἔχοντες πρὸς Ἐρετριεῖς περὶ τοῦ [b] Ληλαντοῦ πεδίου, καὶ πολλάκις κρατούμενοι ἀπὸ τῶν ἐμπροσθίων τριχῶν, καὶ καταβαλλόμενοι ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐπετήδευσαν τὰ ἔμπροσθεν κείρεσθαι τῆς κεφαλῆς· διὸ καὶ ὑπὸ Ὁμήρου " ὄπιθεν κομόωντες προσηγορεύθησαν. καὶ μετοικήσαντες εἰς Αἰτωλίαν ὕστερον, καὶ μάχῃ νικήσαντες τοὺς ἐνοικοῦντας, ἐδίωξαν πέραν τοῦ Ἀχελῴου ποταμοῦ· διὸ ἐκεῖνοι μὲν οἱ Εὐβοεῖς, Κουρῆτες ἐκλήθησαν, ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι· οἱ δ' ἐκβληθέντες, Ἀκαρνᾶ-
C νες, ὡς μὴ κειρόμενοι. ΟΤΙ [c] ὁ Θέστιος πενθερὸς ἦν Τυνδάρεώ τε καὶ Οἰνέως, πατὴρ Λήδας τε καὶ Ἀλθαίας· καὶ πολέμου ὄντος Θεστιάδαις τε καὶ Κουρῆσι πρὸς Οἰνέα τε καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Μελέαγρον, ἤτοι περὶ γῆς ὅρων, ἢ, μυθικῶς καθ' Ὅμηρον, ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ καὶ δέρματι, ὁ Μελέαγρος ἀνεῖλεν τοὺς τῆς Ἀλθαίας ἀδελφούς· ἀνθ' ὧν ἡ Ἀλθαία " [d] Πολλὰ κατηρᾶτο, συχνὰς δ' ἐπεκέκλετ' Ἐριννῦς. ΟΤΙ [e] τοὺς ἐν Αἰτωλίᾳ Κουρῆτας τετραχῶς ἐτυμολογητέον· ἢ γὰρ διὰ τὴν ἐμπροσθίαν κουρὰν, ὡς εἴρηται· ἢ ἀπὸ ὄρους Κουρίου Αἰτωλικοῦ· ἢ διὰ τὸ βλα-
D κώδεις εἶναι ὥσπερ αἱ κόραι, ὁποῖοι καὶ Ἰάωνες ἑλκεχίτωνες λέγονται· ἢ ἀπὸ Κουρήτων δαιμόνων, ἐνόπλιον ὀρχουμένων ὄρχησιν· λέγοι γὰρ ἂν τοὺς ἀνδρειοτάτους καὶ εἰδότας ἐν ὅπλοις ὀρχεῖσθαι· καὶ γὰρ [f] Ὅμηρος εἰσάγει τὸν Αἰνείαν λέγοντα. " Μηριόνη τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα. ΟΤΙ [g] κοινὸν Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων ἐστὶν, τὸ τὰς ἱεροποιίας μετὰ ἀνέσεως ἑορταστικῆς ποιεῖσθαι· τὰς μὲν σὺν ἐνθουσιασμῷ, τὰς δὲ χωρίς· καὶ τὰς μὲν μετὰ μουσικῆς, τὰς δὲ μή· καὶ τὰς μὲν μυστικῶς, τὰς δ' ἐν φανερῷ· ἡ γὰρ μυστικὴ φιλοσοφία ἐστὶν,

a *Strab.* pag. 465. C. D. b In *Ed. Baſ.* Αηλαντίυ. c *Strab.* p. 466. A. d *Hom. Il.* ι'. v. 454. e *Strab.* p. 465. D. p. 466. D. pag. 467. A. f Il. π'. vſ. 617. g *Strab.* pag. 467. C. & p. 468. A. B.

A καὶ πρὸς τὴν τῶν ἠθῶν κάθαρσιν συμβαλλομένη, ὥς φησιν Πλάτων. ΟΤΙ οἱ Ἕλληνες τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἑκάτῃ καὶ ταῖς Μούσαις καὶ Δήμητρι προσέθεσαν τὸ ὀργιαστικὸν πᾶν καὶ τὸ Βακχικὸν καὶ τὸ χορικὸν καὶ μυστικόν. ΟΤΙ [a] οἱ Κουρῆτες δαίμονές τινές εἰσιν περὶ τὸν Δία· οὕτως δ' ὠνομάσθησαν, διὰ τὸ κουροτροφῆσαι αὐτόν. τοῦ δὲ Διονύσου ὀπαδοὶ δαίμονες, Σάτυροί τε, καὶ Σιληνοὶ, καὶ Βάκχαι, Λῆναί τε, καὶ Θυῖαι, καὶ Μιμαλλόνες, καὶ Ναΐδες, καὶ Νύμφαι, καὶ Τίτυροι. ΟΤΙ [b] οἱ Βερέκυντες, Φρυγίων τι γένος ὂν, καὶ ἁπλῶς οἱ Φρύγες, Ῥέαν τιμῶσι καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, μητέρα καλοῦντες θεῶν, καὶ [c] Ἄγδιστιν, καὶ Φρυγίαν θεὸν μεγάλην· B ἀπὸ δὲ τῶν τόπων, Ἰδαίαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πυλήνην, καὶ Κυμήνην, καὶ [d] Πεσσινουντίδα, καὶ Κυβέλην. οἱ δὲ Ἕλληνες τοὺς προπόλους αὐτῆς Κουρῆτας λέγουσιν, ὁμωνύμως τοῖς τοῦ Διός· τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Κορύβαντας. ΟΤΙ [e] παρὰ τοῖς Θρᾳξὶν ἐνθουσιασμοί εἰσιν, τά τε Κοτύτια, καὶ τὰ Βενδίδια· παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχεν. ΟΤΙ [f] Ὄλυμπος ὄρος ἐστὶν, καὶ περὶ τὴν Τρωϊκὴν Ἴδην, καὶ ὁ Μύσιος, καὶ ὁ Μακεδονικὸς, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ ὑπερουράνιος. ΟΤΙ Ταλθύβιος μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἀποικίαν ἔστειλεν εἰς Κρήτην. ΟΤΙ Τριχάϊκες οἱ ἐν Κρήτῃ Δωριεῖς· ἤτοι οἱ πολεμικοὶ, ὡς τὸ [g] κορυθάϊκι· C ἢ οἱ τρίλοφοι, ἐν ταῖς περικεφαλαίαις· ἢ οἱ ὀρχησταί. Ἐτεόκρητες δὲ οἱ αὐτόχθονες. ΟΤΙ [h] ἡ Κνωσσὸς πόλις τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο [i] Κέρατος, ἀπὸ ποταμοῦ ἐγγὺς ὄντος. ΟΤΙ ἡ Δίκτη τὸ ὄρος ἀνατολικώτερόν ἐστιν τῆς Ἴδης ἐν Κρήτῃ, σταδίους α. ἡ δὲ Ἴδη νῦν Χρυσόμαλλος καλεῖται. ΟΤΙ [k] ἡ Κρήτη ἑκατόμπολις ἦν τοῖς τοῦ Ὁμήρου χρόνοις, μεταγενεστέροις οὖσιν τῶν Τρωϊκῶν. ἐπὶ δὲ τῶν Τρωϊκῶν, ϟ'. πόλεις εἶχεν ἡ Κρήτη. ἐν γὰρ τῷ καταλόγῳ, Ὅμηρος οὐκ εἰσάγει πρόσωπον ἀπαγγέλλον τὰς ρ'. πόλεις· ἀλλ' αὐτὸς λέγει εἶναι ἑκατόμπολιν. ΟΤΙ [l] ἡ ἔνοπλος ὄρχησις Κουρήτων μέν ἐστιν εὕρημα, τῶν περὶ τὸν Δία δαιμόνων· D καλεῖται δὲ Πυῤῥίχη. ΟΤΙ [m] πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι ἃ ἴσασιν, παροιμία ἐτέθη· ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν. οἱ γὰρ Κρῆτες ἐθαλασσοκράτησαν πρῶτοι, ναυτικῷ μεγάλῳ χρώμενοι. ΟΤΙ [n] Σίφνος νῆσός ἐστιν εὐτελὴς, ἐφ' ᾗ καὶ παροιμία ἐλέχθη· Σίφνιος ἀστράγαλος, διὰ τὴν εὐτέλειαν. ΟΤΙ [o] αἱ Κυκλάδες νῆσοι ιβ'. ἦσαν πρίν· ὕστερον δὲ καὶ ἄλλαι ταύταις προσεγένοντο. ἄρχονται δὲ αὗται ἀπὸ νήσου

& ad morum emendationem magnopere conducit, ut inquit Plato. Quod Græci Baccho & Apollini & Hecatæ & Musis & Cereri attribuant orgia omnia & bacchationes & choros & myſteria. Quod Curetes dæmonum ſit genus quoddam apud Jovem verſans, ita appellati quod infantem eum aluerint. Bacchi vero ſectatores dæmones ſint, Satyri, & Sileni, & Bacchæ, & Lenæ, & Thyæ, & Mimallones, & Naiades, & Nymphæ, & Tityri. Quod Berecyntes, Phrygia gens, & cæteri Phryges omnes Rheam colant, eique orgia peragant, Deorum matrem, & Agdiſtin, & Phrygiam magnam Deam appellantes: à locis autem, Idæam, & Dindymenen, & Pylenen, & Cymenen, & Peſſinuntida, & Cybelen. Græci autem ejus miniſtros Curetes dicunt, eodem nomine quo Jovis miniſtros: eoſdem & Corybantes nominant. Quod apud Thraces divini afflatus ſint, & Cotyttia, & Bendidia; apud quos etiam Orphica originem habuerunt. Quod Olympus mons ſit juxta Idam Trojæ, alius in Myſia, in Macedonia alius, & rurſus qui apud Homerum ſuper-cœleſtis appellatur. Quod Talthybius poſt tempora Trojana coloniam in Cretam duxerit. Quod Trichaïces appellati ſint Dorienſes in Creta; aut qui ſint bellicoſi, ut Corythaices; aut à tribus galeæ comis; aut qui ſaltatores. Eteocretes autem indigenæ. Quod Cnoſſus urbs prius Ceratus fuerit dicta, à fluvio ſcilicet vicino. Quod Dicta mons ſtadiis mille orientalior ſit quam Ida Cretæ: verum Ida nunc Chryſomallos vocatur. Quod Creta centum urbes habuerit Homeri ætate, quæ poſterior eſt bello Trojano. Nam per illud tempus nonaginta urbes tantum Creta habebat: in Catalogo autem non alium introducens, ſed in ſua perſona loquens ἑκατόμπολιν appellat. Quod quæ in armis fit ſaltatio à Curetibus adinventa ſit, dæmonibus ſcilicet illis, qui Jovi adſunt; voceturque Pyrriche. Quod proverbiis cœperit in eos uſurpari, qui ſe neſcire ſimulant quæ noverunt; Cretenſis mare ignorat. Nam Cretenſes magna claſſe olim inſtructi maris imperium primi tenuerunt. Quod Siphnus inſula tenuis ſit, à qua proverbium ortum habet; Siphnius taxillus, ob tenuitatem ſcilicet. Quod Cyclades inſulæ numero duodecim prius fuerint, poſtea his aliæ adjectæ. Incipiunt ab ea,

a *Strab.* p. 468. C. D. b *Strab.* p. 469. *A.* c Ita ex *Heſychio* reſtituit *Caſaub.* In *Ed. Baſ.* Ἀγεστίν. d In *Ed. Baſ.* Πισσινουντίδα. e *Strab.* pag. 470. *D.* f *Strab.* p. 470. *B.* g Apud *Homerum* Il. χ. v. 132. h *Strab.* p. 467. C. i In *Ed. Baſ.* Κερατός. Καίρατος malit *Meurſius* in Creta p. 26. k *Strab.* p. 479. D. l *Strab.* pag. 480. *D.* m. *Strab.* pag. 481. C. n *Strab.* p. 482. *D.* o *Strab.* p. 485. C. p. 488.

quæ ante Sunium est, Helena dicta de qua Homerus inquit, "Insula in Cranaë mistus sum amori. Sunt autem hæ: Ceos, Cythnus, Seriphus, Melus, Siphnus, Cimolus, Prepesinthus, Oliarus, Parus, Naxus, Syrus, Myconus, Tenus, Andrus, Gyarus. Sporades autem insulæ magis orientales sunt quam Creta: quales sunt, Nisyrus, Cos, Calydnæ, Lerus, & Patmus.

A τῆς πρὸ τοῦ Σουνίου Ἑλένης καλουμένης, περὶ ἧς Ὅμηρος ἔφη "Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι. εἰσὶν δ' αὗται· Κέως, Κύθνος, Σέριφος, Μῆλος, Σίφνος, Κίμωλος, Πρεπέσινθος, [a] Ὠλίαρος, Πάρος, Νάξος, Σύρος, Μύκονος, Τῆνος, Ἄνδρος, Γύαρος· αἱ δὲ Σποράδες νῆσοι ἀνατολικώτεραί εἰσιν τῆς Κρήτης· οἷαί εἰσιν, αἱ περὶ Νίσυρον καὶ Κῶν καὶ Καλύδνας καὶ Λέρον καὶ Πάτμον.

a In *Ed. Bas.* Οὐλίαρος. Apud. *Strab.* Ὠλέαρος.

CHRESTOMATHIÆ B ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ

EX / ΕΚ ΤΩΝ

STRABONIS GEOGRAPHICORUM / ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

LIBRO XI. / ΒΙΒΛΙΟΥ ια'.

QUOD Taurus mons, qui Asiam juxta longitudinem bifariam dividit, latitudinem habeat multis in locis usque ad stadiorum tria millia: longitudinem vero (quanta etiam Asiæ est) stadiorum quadraginta quinque millium, à continente quæ Rhodo opponitur usque ad Indiæ extrema. Quod Parthorum regio, & Media, & Armenia, & Cappadocum quidam, & Cilices, & Pisidæ, in ipso Tauro monte collocentur. Quod isthmus à Ponto Euxino ad mare Hyrcanium stadiorum sit 3000. Ab hoc versus septentrionem magna Chersonesus est, quæ comprehenditur ab occasu Euxino Ponto & palude Mæotide & Tanai flumine, & deserta quæ deinceps est & incognita terra usque ad oceanum. Quod si oceanus etiam à septentrione amplectitur terram, rursus ab hoc ipso mari versus austrum eunti usque ad Caspium mare & Albaniæ confinia terminus erit. Quod Pompejus Posidonio fuerit amicus. Cum itaque Rhodum venisset, quando ad Mithridaticum bellum est profectus, ac cum eo congressus interrogasset quæ cupiebat audire, discedens rogavit num quid juberet: Posidonium autem respondisse ajunt, "Rem gere præclare, atque aliis præstare memento. Ex hoc etiam didicit quæ ad Iberiam & Albaniam atque Armeniam pertinebant.

ΟΤΙ [a] τὸ ὄρος ὁ Ταῦρος, ὃς διαιρεῖ δίχα τὴν Ἀσίαν κατὰ μῆκος, πλάτος μὲν ἔχει πολλαχοῦ καὶ ,γ. σταδίων· μῆκος δὲ ὅσον καὶ τῆς Ἀσίας, μυριάδων δ'. καὶ ,ε.
C ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς. ΟΤΙ ἡ Παρθυαία, καὶ Μηδία, καὶ Ἀρμενία, καὶ Καππαδοκῶν τινες, καὶ Κίλικες, καὶ Πισίδαι, ἐν τῷ αὐτῷ Ταύρῳ ὄρει κεῖνται. ΟΤΙ [b] ὁ ἰσθμὸς ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐπὶ τὸ Ὑρκάνιον στάδια ἐστὶν ,γ. καὶ ἀπὸ τοῦ πρὸς βορρᾶν οἷον Χερρόνησός ἐστιν μεγάλη, περιεχομένη ἐκ μὲν δυσμῶν, τῷ τε Εὐξείνῳ, καὶ τῇ Μαιώτιδι, καὶ Ταναΐδι ποταμῷ, καὶ τῇ ἑξῆς ἐρήμῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ ἕως τοῦ ὠκεανοῦ· εἰ δὲ καὶ ὠκεανὸς ἐκ τοῦ βορρᾶ περιέχει τὴν οἰκουμένην,
D ἀπ' αὐτοῦ αὖθις ἐπὶ νότον ἰόντι, ἕως τῆς Κασπίας θαλάσσης τῆς κατὰ Ἀλβανίαν. ΟΤΙ [c] Πομπήϊος φίλος ἦν Ποσειδωνίῳ. ἐλθὼν οὖν εἰς Ῥόδον, ὅτε ἐπὶ τὸν Μιθριδατικὸν ἐξώρμα πόλεμον, ἐνέτυχέν τε αὐτῷ, καὶ χρηματίσας ὅσων ἐδεῖτο, ἔφησεν ἔσχατον εἴ τινος δέοιτο· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, βούλομαί σε, ὦ Πομπήϊε, "Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. ἐξ οὗ καὶ τὰ κατ' Ἰβηρίαν, καὶ Ἀλβανίαν, καὶ Ἀρμενίαν ἐπύθετο.

a *Strab.* pag. 490. *B. C.* & p. 491. *A.* b *Strab.* pag. 491. *B. C.* c *Strab.* p. 491. *D.* pag. 492. *A.*

ΟΤΙ [a] τὴν Ἀσίαν πᾶσαν διαιρεῖ ὁ Στράβων εἰς μέρη ε΄. πρῶτον μὲν, τὴν ἀπὸ Ἰβηρίας τοῦ ἰσθμοῦ ἀρχομένην Χερρονήσου ἐπὶ τὸν βορρᾶν· δεύτερον δὲ, τὴν ἀπὸ τῆς Χερρονήσου ταύτης πρὸς ἀνατολὰς γῆν ἀφοριζομένην ὑπὸ τοῦ Ταύρου, ἥτις ἐστὶν ἡ βορεία Ἀσία ἕως Ἰνδῶν· τρίτην δὲ, τὴν μεταξὺ Ταύρου ὄρους καὶ Κασπίας θαλάσσης· τοῦτ᾽ ἔστιν Μηδία, καὶ Ἀρμενία, καὶ ἕως Ἅλυος ποταμοῦ· τέταρτον δὲ, τὴν ἐντὸς Ἅλυος γῆν καὶ αὐτὸν τὸν Ταῦρον, ἕως τῆς Κιλικίας θαλάσσης, καὶ μέχρι Ἰωνίας καὶ Χαλκηδόνος· πέμπτον δὲ, τήν τε Ἰνδικὴν καὶ Ἀριανὴν, καὶ ἐφεξῆς πρὸς δυσμὰς, ἕως Κιλικίας τε καὶ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου. ΟΤΙ ἡ Κολχὶς μεταξὺ τῶν τε Μοσχικῶν καὶ Καυκασίων ὀρέων κεῖται. ΟΤΙ [b] ἀπὸ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἕως νήσου Ἀλωπεκίας, στάδια ͵βσ΄. ΟΤΙ ἐν τῇ ἀνατολικῇ πλευρᾷ τῆς Μαιώτιδός ἐστιν ποταμὸς, ὁ μέγας Ῥομβίτης· εἶτα Θεοφάνιος· εἶτα μικρὸς Ῥομβίτης· εἶτα Οὐαρδάνης. πάντες οὗτοι ποταμοὶ ἔκ τε τῶν Ἱππικῶν ὀρέων ἔρχονται, καὶ ἐκ τῶν Καυκασίων. ΟΤΙ [c] τὸ Κιμμέριον ἄκρον τὸ ἐν τῇ Μαιώτιδι πάλαι ἴσχυσεν πλεῖστον, ὥστε καὶ τὸν Βόσπορον Κιμμέριον ἐξ αὐτοῦ κληθῆναι. εἶτα ἀπὸ σταδίων κ΄. Ἀχίλλειον κώμη, ὅπου καὶ τὸ στενότατον τοῦ πορθμοῦ τοῦ Βοσπόρου· ἔχει γὰρ κ΄. σταδίους, οὗ ἀντιπέραν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸ Μυρμήκιόν ἐστιν. τὸ δὲ νοταπηλιωτικὸν τοῦ Βοσπόρου στόμα, Κοροκονδάμη· τὸ δὲ νοτολιβυκὸν, κώμη τις τῆς Παντικαπαίων γῆς, ὄνομα Ἄκρα. μῆκος τοῦ Βοσπόρου στάδιοι ο΄. ΟΤΙ [d] ἡ Φαναγορία καὶ ἡ Ἑρμώνασσα πόλεις εἰσὶν ἀξιόλογοι περὶ τὰ Ἀσιανὰ μέρη. ΟΤΙ παραθαλάσσιος πόλις Σινδική ἐστιν, τὸ τῶν Σινδῶν βασίλειον. ΟΤΙ τῶν Εὐρωπαίων Βοσπορανῶν μητρόπολίς ἐστιν τὸ Παντικάπαιον· τῶν δὲ Ἀσιανῶν, ἡ Φαναγορία. ΟΤΙ [e] Ἡνίοχοι καὶ Ἀχαιοὶ καὶ Ζύγιοι, λυπρὰν γῆν οἰκοῦντες, λῃστεύουσι τὴν Ποντικὴν θάλασσαν· ἔχοντες πλοῖα κοῦφα μικρὰ, δυνάμενα ἐν τοῖς ὤμοις αἴρεσθαι καὶ ἐν ὕλῃ κρύπτεσθαι, διὰ τὸ ἀλίμενον εἶναι τὴν ταύτῃ θάλασσαν, περατουμένην ὑπὸ τῶν Καυκάσου ἄκρων· καλοῦσι δὲ αὐτὰ, καμάρας. ΟΤΙ [f] ὁ Καύκασος τὸ ὄρος περικλείει ἀπὸ βορρᾶ τὰς δύο θαλάσσας, Κασπίαν τε καὶ Πόντον· εἶργον Σαρμάτας τε καὶ Μαιώτας ἀπὸ Ἰβήρων καὶ Ἀλβανῶν. ἔστιν δὲ εὐδενδρότατον τὸ ὄρος· ἀπολήγει δ᾽ αὐτοῦ τὸ νοτολιβυκὸν ἄκρον, κατὰ τὰ μυχὰ τοῦ Εὐξείνου· ἔνθα πόλις Διοσκουριάς. ἥτις πόλις καὶ ἀρχή ἐστιν τοῦ ἰσθμοῦ

Quod Asiam universam Strabo in quinque partes diviserit; quarum prima est Chersonesus, ab Iberiæ isthmo incipiens versus boream: secunda, ab hac Chersoneso ad ortum tendens Tauroque divisa terra, quæ est Asia septentrionalis usque ad Indos: tertia, quæ inter Taurum montem ac mare Caspium interjacet; id est, Media & Armenia & usque ad Halym fluvium: quarta, quæ inter Halym fluvium & Taurum continetur terra, usque ad mare Cilicium, Ioniam, & Chalcedona: quinta, India est & Ariana, quæque deinceps ad occasum jacent, usque ad Ciliciam & Nilum & sinum Arabicum. Quod Colchis inter Moschicos & Caucasios montes jaceat. Quod à Bosporo Cimmerio usque ad Alopeciam insulam stadia sint 2200. Quod in latere orientali paludis Mœotidis fluvius sit, qui magnus Rhombites dicitur; deinde Theophanius; ac deinceps Rhombites parvus; mox Vardanes. Hi omnes ex Hippicis montibus & Caucasiis deferuntur. Quod Cimmerium promontorium in palude Mæotide potentiam maximam olim habuerit; adeo ut Bosporus Cimmerius ab ipso Cimmerius fuerit appellatus. Inde ad stadia viginti vicus est Achilleus, quo loco angustissimum est ostii paludis Mæotidis fretum: habet enim stadia 20. cujus è regione in Europa Myrmecium est. Quod autem ad austrum & Apeliotem jacet os Bospori, Corocondamen habet: quod ad astrum & Africum, vicum quempiam Penticapensis agri, Acram nomine. Longitudo Bospori stadiorum est 70. Quod Phanagoria & Hermonassa urbes sint Asianorum insignes. Quod urbs maritima Sindica sit, Sindorum regia. Quod Bosporanorum Europæorum metropolis sit Panticapæum; Asianorum vero Phanagoria. Quod Heniochi & Achæi & Zygii sterilem terram colentes, per mare Ponticum latrocinia exerceant. Lembos habent parvos levesque, humeris portari aptos atque in sylvis abscondi: nam mare quod illic est importuosum est, finiturque extremis Caucasi montibus. Hos lembos Græci Camaras vocant. Quod Caucasus mons à septentrione duo maria, Caspium scilicet & Euxinum, claudat, ac Sarmatas & Mæotas ab Iberis & Albanis separet. Est autem mons ille arboribus plenissimus: ejusque extrema austrina juxta recessum intimum Euxini maris finiunt; ubi urbs est Dioscurias, quæ initum est isthmi

a *Strab.* p. 491. *B.* p. 492. *B. C. D.* b *Strab.* p. 493. C. *D.* c *Strab.* p. 494. *B. C.* d *Strab.* p. 495. *A.* e *Strab.* p. 495. *D.* f *Strab.* p. 497. *B. C. D.* & pag. 498. *A.*

a *Strab.*

Euxino & Hyrcanio mari interjecti, commune Emporium gentium omnium orientalium: ajunt enim eo convenire nationes diversarum linguarum, plures quam 70. Quod à Phasi flumine usque ad Amisum & Sinopen tridui sit navigatio. Hæc regio bona est, præterquam quod mel hîc nascens amarum sit. Quod Moschorum regio tripartita sit, partem quidem ejus Colchi, Iberes aliam, aliam Armenii tenent. Quod una cum cæteris Phthirophagorum etiam natio Dioscuriade emporio utatur: hi à sordibus & squallore nomen habent. Quod Soanes sordibus nihil inferiores sint Phthirophagis. Cæterum auri metalla habent, quæ torrentibus deferuntur: ea Soanes alveolis perforatis & ovium villosarum pellibus excipiunt. Unde fabula de Æete conficta est, quod aureum vellus haberet. Quod Cyrus fluvius in Armenia ortus, atque Aragone, qui è Caucaso delabitur, & aliis fluvialibus aquis assumtis, per augustum alveum in Albaniam ingrediatur: inter quam & Armeniam copiosus labens per uberes campos, receptis etiam pluribus amnibus (è quibus est Alazonius, & Sandobanes, & Rhœtaces, & Chanes, navigabiles omnes,) in Caspium exit mare. Quod Phasis fluvius, ex Armenia delabens, flumina in se recipiat Hippum & Glaucum, ac prope urbem eodem nomine dictam in Pontum ingrediatur. Quod Albani terram colant ut Cyclopes, optimam; & quæ, ut ille dicit, inseminata & inarata fructus profert. Vineæ apud illos manent ineffossæ, ac quinquenniis putatæ fructum ferunt. Terra ipsa non ferro scinditur, sed aratri ligno; ac semel sata per biennium & triennium frugifera est. Flumina terram faciunt irriguam, sicut Nilus & Euphrates. Et simpliciter fertilitate agri nulli terrarum regioni cedit Albania. Pecora quoque fœtus edunt per multos. Homines ipsi magnitudine & pulchritudine sunt excellentes, & moribus simplices: ac ipsorum nonnulli, ob rerum copiam qua affluunt, numerare nesciunt; quique norunt, non ultra centenarium numerant. Quod juxta Albaniam regio Amazonum sit, prope Gargara & montes Caucasios. Hæ per duos solum anni menses Gargarenses adeunt, liberorum procreandorum gratia: reliquos decem domi agunt, solæ rem bellicam exercentes. Prolem,

QUOD à Cyzico & locis Æſepo & Granico vicinis ad Abydum uſque Propontidis ora ſit maritima. Ex Abydo autem uſque ad Lectum Ilii & Trojanæ Alexandriæ regio: quibus omnibus Ida imminet. A Lecto vero uſque ad Caïcum & Canas dictas, Aſſus ſunt, Adramyttium, & Atarneus, & Pitane, & ſinus Elaïticus: quibus omnibus Lesbos inſula ex adverſo protenditur. Deinde regio circa Cumam, uſque ad Hermum & Phocæam, Ætolia eſt; quæ deinceps, Ionia. Quod à Cyzico & Æſepo fluvio, uſque ad Caïcum fluvium, regio ſit, quam Homerus Trojanam appellat, in novem principatus diviſa: ſed Æolorum

a *Strab.* p. 581. C. D. & p. 582. *A.* b *Strab.* p. 581. *B.* C. *D.*

colonia aliter eam partita est, per totam Trojanam oram dispersa, & usque ad Hermum fluvium extenta. Quatuor autem ætatibus Æolica colonia prior est Ionica. Nam Agamemnonis filius Orestes Æolicæ classi imperavit, cui in Arcadia mortuo Penthilus ejus filius successit, & usque in Thraciam processit annis post Trojæ excidium sexaginta; quo tempore Heraclidæ in Peloponnesum rediere. Deinde Archelaus illius filius, cum Æolica classe in eam, quæ circa Cyzicum & Dascylium est, regionem trajecit. Graus vero filius ejus natu minimus usque ad Granicum fluvium progressus est, & trajiciens in Lesbum eam occupavit. Clevas item Dori filius & Malaus, qui & ipsi stirpis Agamemnoniæ, primum quidem Locrida & montem Phricium, longo tempore obtinuerunt: postea transgressi Cumam condiderunt, à Locrensi monte Phriconida dictam. Quod Priapus fluvius sit juxta Cyzicum, adversus Artacen Cyzicenam urbem consurgens. Quod Æsepus fluvius Cyzico urbe orientalior sit. Quod à Pario oppido usque ad Practium oppidum occasum versus stadia sint 300. Quod Ida mons scolopendræ formam habeat; atque in mediterraneam promontorio, quod circa Zeleiam est, terminetur; in pelagus autem, Lecto, quod in Ægæum descendit. Quod Zeleja urbs Cyzicenorum sit ditionis. Quod Homerus Idam montem Lecto terminet, quod primum est à mari, & Zeleja, inquiens, " Idæ pede sub extremo. Quod Lectum Idæ promontorium, & Canæ promontorium, sinum Idæum faciant. Quod duplices sint Cilices, alteri Thebani Hypoplacii, unde Chryseis erat; alteri Lyrnessii, è quibus erat Briseis; " Quam ex Lyrnesso ceperat multos perpessus labores: quæ urbs erat " divini Mynetis. E Thebis Chryseidem fuisse, sic indicat: " Appulimus Theben urbem sacram. Ex hac etiam Andromache fuit. Sunt itaque duæ hæ ditiones Troïcæ: unde quæ de Andromache dicuntur verborum trajectione exponenda, " Ambo, tu sane in Troja " Ipse autem Thebis. Sic enim est legendum, ut sit sententia, utrumque in Troja natum; Hectorem in domo Priami, Andromachen Thebis. Tertia est Lelegum ditio, & ipsa Trojana: " Altæ, qui Lelegibus bellicosis imperat. Et sub Hectore Trojani erant, " Hector jam Troas duxit. Quique sub

A ὕστερον ἀποικία ἄλλως τὰς ἐπαρχίας διεῖλεν ταύτας, ὅλην τὴν Τρωϊκὴν νεμαμένη, καὶ ἕως Ἕρμου ποταμοῦ ἐκταθεῖσα· [a] γενεαῖς δὲ δ'. προτερεῖ ἡ Αἰολικὴ ἀποικία τῆς Ἰωνικῆς. καὶ γὰρ ὁ τοῦ Ἀγαμέμνονος Ὀρέστης ἦρξε τοῦ στόλου τῆς Αἰολικῆς ἀποικίας· τελευτήσαντος δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πένθιλος ἦρξε, καὶ προῆλθε μέχρι Θρᾴκης, ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ξ'. κατὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον εἰς Πελοπόννησον· εἶτ' Ἀρχέλαος υἱὸς αὐτοῦ ἐπεραίωσε τοὺς Αἰολεῖς εἰς τὴν περὶ Κύζικον καὶ Δασκύλιον χώραν. [b] Γραῦς δὲ ὁ τούτου υἱὸς νεώτατος ἦλθεν ἕως Γρανικοῦ ποταμοῦ, καὶ περαιωθεὶς κατέσχεν τὴν Λέσ-
B βον· Κλεύης δὲ ὁ Δόρου καὶ Μαλαὸς, ἀπόγονοι καὶ αὐτοὶ Ἀγαμέμνονος, πρῶτα μὲν κατέσχον Λοκρίδα καὶ τὸ Φρίκιον ὄρος, πολλὴν χρόνον· ὕστερον δὲ διαβάντες ἔκτισαν τὴν Κύμην τὴν Φρικωνίδα κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους. ΟΤΙ Πρίαπος ποταμός ἐστιν περὶ Κύζικον, ἀνταίρων τῇ Ἀρτάκῃ πόλει Κυζικηνῇ. ΟΤΙ ὁ Αἴσηπος ποταμὸς ἀνατολικώτερός ἐστιν τῆς Κυζίκου πόλεως. ΟΤΙ [c] ἀπὸ πόλεως Παρίου ἕως Πρακτίου πόλεως πρὸς δυσμὰς, στάδιοί εἰσιν τ'. ΟΤΙ [d] ἡ Ἴδη τὸ ὄρος σκολοπενδρῶδες ἔχει τὸ σχῆμα, καὶ τελευτᾷ, τῷ μὲν εἰς τὴν μεσογαίαν ἄκρῳ τῷ περὶ τὴν Ζέλειαν,
C τῷ δὲ εἰς τὸ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον καθήκοντι τῷ Λέκτῳ. ΟΤΙ ἡ Ζέλεια πόλις νῦν τῆς Κυζικηνῆς ἐστιν ἐπικρατείας. ΟΤΙ Ὅμηρος τὴν Ἴδην τὸ ὄρος ἀφορίζει, τῷ τε Λέκτῳ πρώτῳ ὄντι ἀπὸ τοῦ πελάγους, καὶ τῇ Ζελείᾳ, " ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, λέγων. ΟΤΙ [e] τῆς Ἴδης τὸ ἄκρον τὸ Λέκτον, καὶ αἱ Κάναι ἄκρον, ποιοῦσι τὸν κόλπον τὸν Ἰδαῖον. ΟΤΙ [f] διττοὶ οἱ Κίλικες, οἱ μὲν Θηβαῖοι Ὑποπλάκιοι, ὅθεν ἦν ἡ Χρυσηΐς· [g] οἱ δὲ Λυρνήσσιοι, ὅθεν ἦν ἡ Βρισηΐς, " Τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας, ἧς ἦν πόλις " θείοιο Μύνητος· ἐκ δὲ Θήβης ἡ Χρυσηΐς· " Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν
D πόλιν. ἐνθένδε ἦν καὶ ἡ Ἀνδρομάχη. δύο οὖν αὗται δυναστεῖαι Τρωϊκαί· ὅθεν καὶ τὰ περὶ τῆς Ἀνδρομάχης ἐν ὑπερβατῷ ἀναγνωστέον· " Ἀμφότεροι, σὺ μὲν ἐν Τροίῃ, -- " Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβῃσιν. -- δεῖ γὰρ οὕτως λέγειν, " Ἀμφότερ' ἐν Τροίῃ· σὺ μὲν Πριάμου ποτὶ δῶμα, " Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβῃσι. τρίτη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Λελέγων, καὶ αὕτη Τρωϊκὴ, " Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἄνασσεν. καὶ μὴν ὑπὸ Ἕκτορι Τρῶες ἦσαν, " Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευεν· ἀλλὰ καὶ οἱ ὑπὸ

[a] In *Ed. Bas.* γενεᾷ. [b] Γραῖς malit *Palmerius.* [c] *Strab.* p. 583. *A.* [d] *Strab.* p. 583. *B.C.* [e] *Strab.* p. 584. *A.* [f] *Strab.* p. 584. *D.* p. 585. *A.B.C.D.* & p. 586. *A. B.* [g] Ita supplevi, cum in *Ed. Bas.* ad hunc modum legeretur: Ὅτι διττοὶ οἱ Κίλικες, οἱ μὲν Θηβαῖοι Ὑποπλάκιοι, ὅθεν ἦν ἡ Χρυσηΐς· ἡ δὲ Βρισηΐς, τὴν ἐκ &c.

a In

A Αἰνεία Δάρδανοι, Τρῶες ἦσαν, ὡς ὅταν λέγῃ· “Αἰνεία Τρώων βουληφόρε. ἕκτοι δ᾽ οἱ ὑπὸ Πανδάρῳ Λύκιοι, οὓς καλεῖ καὶ Τρῶας ἰδίως· ἕβδομοι δ᾽ οἱ μεταξὺ Αἰσήπου ποταμοῦ καὶ Ἀβύδου, Τρῶές εἰσιν· ἀλλὰ ὑπὸ μὲν Ἀσίῳ, οἱ Ἀβυδηνοὶ Τρῶες· καὶ γὰρ Δημοκόων ὁ τοῦ Πριάμου παῖς “Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ᾽ ἵππων ὠκειάων. ἐν δὲ Περκώτῃ ἐβουνόμει Μελάνιππος υἱὸς Ἱκετάονος, [a] ὡς οὐκ ἀλλοτρίας δηλονότι νεμόμενος. ἀλλὰ καὶ οἱ μέχρι Ἀδραστείας Μεροπίδαι ἄρχοντες Τρῶες ἦσαν· ὀγδόη αὕτη ἐπαρχία. ἐννάτη δ᾽ αὕτη δυναστεία, ἡ τοῦ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου Τρωϊκή. ΟΤΙ δὲ τούτων ἁπάντων ἦρχεν ὁ Πρίαμος, δηλοῖ Ἀχιλλεὺς λέγων, B “Ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει, “Καὶ Φρυγίη καθύπερθε, καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων. ΟΤΙ [b] Ἀφνειοὶ καλοῦνται οἱ ὑπὸ Πανδάρῳ Λύκιοι, ἀπὸ Ἀφνίτιδος λίμνης, ἥτις ἐστὶν ἡ Δασκυλῖτις. ἡ δὲ Ζέλεια ἀπέχει Κυζίκου πρὸς τὴν ἕω σταδίους ρϛ. τῆς δ᾽ ἐγγυτάτω θαλάττης, καθ᾽ ἣν ἐκδίδωσιν ὁ Αἴσηπος ποταμὸς, ὅσον π. σταδίους. ΟΤΙ ἡ μὲν Ζέλεια μεσόγαιός ἐστιν· ὑποπεπτώκασι δ᾽ αὐτῇ τὰ περὶ Κύζικον καὶ Πρίαπον χωρία. καὶ ἔστιν περὶ τὴν Ζέλειαν ὁ Τάρσιος ποταμὸς, ἔχων κ΄. διαβάσεις τῇ αὐτῇ ὁδῷ, καθάπερ ὁ [c] Ἑπτάπορος. ΟΤΙ μεταξὺ Αἰσήπου ποταμοῦ καὶ C Πριάπου ὁ Γρανικὸς ῥεῖ ποταμὸς, τὰ πολλὰ διὰ Ἀδραστείας πεδίου· Πρίαπος δ᾽ ἐστὶν πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν. ΟΤΙ [d] ἡ Ἀδράστεια πόλις μεταξύ ἐστιν Πριάπου πόλεως καὶ Παρίου πόλεως, ἐπὶ Αἰσήπῳ ποταμῷ ἡ Ἀδράστεια. λιμένα ἔχουσα ἡ αὐτὴ Πρίαπος, ἐλάσσονα τοῦ [e] Παριανοῦ. ΟΤΙ [f] ἡ Πιτύεια πόλις ἐστὶν μεταξὺ Παρίου πόλεως καὶ Πριάπου πόλεως μεσόγαιος. ΟΤΙ [g] μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός· Ὅμηρος δὲ καὶ τρισυλλάβως αὐτὴν εἴρηκεν, λέγων -- καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ, καὶ -- ὅς ῥ᾽ ἐνὶ Παισῷ. ΟΤΙ [h] τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ χώρᾳ θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς καλούμενος, αἱ [i] Γέργηθες. ἔστιν δὲ πόλις, ἐξ ἧς ἐν Λαμψάκῳ Γεργήθιον χωρίον. D ΟΤΙ [k] τὸ Πράκτιον τὸ παρ᾽ Ὁμήρῳ οὐκ ἔστιν πόλις, ἀλλὰ ποταμὸς, μεταξὺ ῥέων Ἀβύδου καὶ Λαμψάκου. ΟΤΙ ἡ τοῦ Ξέρξου ἐν Ἀβύδῳ γέφυρα, μικρὸν ἀνατολικωτέρα ἐζεύχθη τῆς Ἀβύδου, δυσμικωτέρα δὲ τῆς Σηστοῦ. καὶ δεῖ σημειώσασθαι. ΟΤΙ ὁ Στράβων συνηγορεῖ τῇ μυθολογίᾳ τῆς Ἡροῦς· ὡς ἐν Σηστῷ ἦν ὁ πύργος αὐτῆς, καὶ τὸ κατὰ τὸν

Æneа fuere Dardani Trojani erant, velut quoties dicit, “ Ænea , Troum consultor. Sexti sunt sub Pandaro Lycii, quos proprie Trojanos appellat. Septimi, qui inter Æsepum & Abydum sunt, Troës dicuntur. Ponuntur autem sub Asio Abydeni Troës: Democoon quoque Priami filius, “ Qui ex Abydo venerat ab equabus velocibus. Nam Melanippus Hicetaonis filius in Percote boves pascebat, nec ipse alienas. Quin & qui Adrastejam usque imperabant Meropis duo filii, Trojani erant; atque hæc octava ditio est. Nona autem Trojæ ditio est, quæ sub Eurypylo Telephi filio censetur. Quod autem omnibus his Priamus imperaverit, Achilles declarat, inquiens, “ Quantas Lesbus à meridie Macaris sedes intus continet, “ & Phrygia ab oriente, & Hellespontus immensus. Quod Lycii, qui sub Pandaro fuerunt, Aphneji dicti sint ab Aphnitide lacu, qui Dascylitis est. Zeleja à Cyzico distat versus ortum stadiis 190. à proximo mari vero, in quod Æsepus fluvius egreditur, circiter stadia 80. Quod Zeleja mediterranea sit. Subjacent autem ei loca circa Cyzicum & Priapum. Circa Zelejam Tarsius est fluvius, habens in eadem via transitus xx. sicut Heptaporus. Quod inter Æsepum fluvium & Priapum Granicus fluat, magna ex parte per Adrastejæ campos. Priapus autem urbs est maritima cum portu. Quod Adrasteja urbs inter Priapum urbem sit & Parium, super Æsepo fluvio: Priapus hæc portum habet minorem quam Parius. Quod Pityeia urbs sit mediterranea inter Parium & Priapum urbes. Quod inter Lampsacum & Parium Pæsus urbs sit & fluvius. Homerus tribus syllabis eam effert, — “ & Apæsia rura, item, — “ qui mœnia Pæsi &c. Quod in regione Cumana locus sit fœminino genere & numero plurali, dictus Gergethes. Est etiam urbs, à qua in agro Lampsaceno locus nomine Gergethium. Quod Practium apud Homerum non sit urbs, sed fluvius, inter Abydum fluens & Lampsacum. Quod Xerxis pons in in Abydo paulo magis ad ortum fuerit locatus quam sit Abydus, magisque ad occasum quam Sestus. Et id maxime notatu dignum. Quod Strabo consentiat fabulæ de Hero; quod in Sesto scilicet fuerit ipsius turris, quodque casus

a In *Ed. Bas.* ὡς οὐκ ἀλλοτρίαν δηλονότι νεμόμενοι. b *Strab.* p. 587. *A. B. C.* c De quo *Homerus Il.* μ΄. vs. 20. d *Strab.* p. 588. *A.* Forsan hoc modo legendum: Ὅτι ἡ Ἀδράστεια μεταξύ ἐστιν Πριάπου πόλεως καὶ Παρίου πόλεως. ἐπὶ Αἰσήπῳ ποταμῷ ἡ Ἀδράστεια, λιμένα ἔχουσα μείζω ἢ αὐτὴ Πρίαπος, ἐλάσσονα τοῦ Παριανοῦ. aut ἔχει pro ἔχουσα ponendum. e In *Ed. Bas.* Παρινοῦ. f *Strab.* p. 588. *D.* g *Strab.* p. 589. *B.* h *Strab.* p. 589 C. D. i In *Ed. Bas.* Γέργιθες ac Γεργίθιον. k *Strab.* p. 590. *B. C.* & p. 591. *A. B.*

a Strab.

Leandri illic evenerit. Quod aurea metalla in Pactolo Lydiæ nunc defecerint. Quod ab Abydo ad Æsepum fluvium stadia sint 700 itinere scilicet pedestri: recta vero navigatione, pauciora. Quod Ilus post diluvium primus ausus sit urbem in planitie locare, quæ ab eo dicta fuit Ilium: unde & in campo est sepultus, ut ait Homerus, " Hi vero per tumulos Ili, — " Per campum medium —. Sunt qui dicant, urbem, quæ nunc ostenditur, non esse Ilium Homeri, sed aliam magis humilem: antiquam enim magis editam fuisse prope Idam stad. 30. Quod quæ nunc Alexandria Troas dicitur, urbs deserta, prius Antigonia dicta fuerit. Nam ab Antigono habitata fuit, qui ex Alexandri magni ducibus imperavit Phrygiæ: postea vero à Lysimacho Alexandria fuit appellata, quod consentaneum magis videretur ut ab Alexandro cognomen acciperet, qui totius victoriæ de Persis habitæ auctor extitisset. Quod Fimbria Romanus, bello adversus Mithridatem gesto, cum Ilium oppugnatione aggressus decimo die cepisset, atque inde glorietur, quam urbem Agamemnon decimo anno vix cepisset, cum mille navium classem & totam Græciam secum haberet, se decimo die obtinuisse, respondit quidam ex Iliensibus: non enim Hector aderat qui pro civitate pugnaret. Quod inter Abydum & Dardanum urbem Rhodius fluvius labatur, ex adverso sepulchri Hecubæ quod Cynossema dicitur. Quod sepulchrum Hectoris in Ophrynio sit Troadis loco excelso; deinde Rhœtejum urbs deserta; inde Ægialus; postea Ajacis sepulchrum; inde Sigeum urbs deserta; postmodum Achillis sepulchrum & Patrocli & Antilochi; deinde navium statio, & castra Græcorum; mox Simoëntis & Scamandri ostia stagnantia, & paludes, & lacus qui Os dicitur: quæ omnia Ilio subsunt. Quod Priamus exiguo invento Trojanorum regno, ita ut Hercules, " Cumque viris paucis & sex cum navibus ipsa " Pergama diripuerit, illud in immensum auxerit, ut rex regum appellaretur; quemadmodum & illud indicat, " Quantas Lesbus à meridie Macaris sedes &c. Quod campus Trojanus à mari usque ad Idam porrigat se: cujus partes australes in Scepsim, septentrionales in Zelejam finiunt. Quod permultis & fide dignis argumentis Strabo

A Λέανδρον πάθος ὅτι ἐκεῖσε γέγονεν. ΟΤΙ [a] τὰ ἐν Πακτωλῷ χρύσεια μέταλλα τῆς Λυδίας ἐξέλιπεν. ΟΤΙ ἀπὸ Ἀβύδου ἐπὶ Αἴσηπον ποταμὸν στάδιοί εἰσιν ψ΄. πεζῇ· εὐθυπλοία δὲ ἐλάττους. ΟΤΙ [b] Ἶλος πρῶτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐτόλμησεν ἐν πεδίῳ πόλιν κτίσαι, τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Ἴλιον· διὸ καὶ ἐτάφη ἐν πεδίῳ. " οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα -- " μέσσον κὰπ πεδίον. τινὲς δέ φασιν ὅτι ἡ νῦν Ἴλιος δεικνυμένη οὐκ ἔστιν ἡ παρ' Ὁμήρῳ, ἀλλ' ἑτέρα ἐστὶν ταπεινοτέρα· ἡ δὲ παλαιὰ μετεωροτέρα ἦν πρὸς τῇ Ἴδῃ σταδίοις λ΄. ΟΤΙ [c] ἡ νῦν Ἀλεξάνδρεια Τρωὰς καλουμένη, πόλις ἔρημος οὖσα νῦν, Ἀντιγονία ἐκαλεῖτο. B ὑπὸ γὰρ Ἀντιγόνου ᾠκίσθη, τοῦ ἐξ Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου ἄρξαντος τῆς Φρυγίας· ὕστερον δὲ ὑπὸ Λυσιμάχου Ἀλεξάνδρεια μετωνομάσθη, διὰ τὸ δεῖν μᾶλλον τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν ἀπὸ τοῦ αἰτιωτάτου πάσης τῆς κατὰ Περσῶν νίκης Ἀλεξάνδρου. ΟΤΙ [d] Φιμβρίας Ῥωμαῖος ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ ἐκ πολιορκίας λαβὼν τὸ Ἴλιον ἐν ἡμέραις [e] δέκα, εἶτα καυχώμενος ὡς, Ἀγαμέμνονος ἔχοντος τὸν χιλιόναυν στρατὸν καὶ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα μόλις ἐν ἔτεσι δέκα ταύτην ἑλόντος, αὐτὸς ἐν ἡμέραις δέκα ἔλαβεν, ἤκουσεν εὐθὺς ἔκ τινος τῶν Ἰλιέων· οὐ γὰρ εἴχομεν Ἕκτορα τὸν προπολεμοῦντα. C ΟΤΙ μεταξὺ Ἀβύδου καὶ Δαρδάνου πόλεως ῥεῖ ὁ Ῥόδιος ποταμὸς κατ' ἐναντία τοῦ ἐν χερρονήσῳ Κυνὸς σήματος [f] τῆς Ἑκάβης. ΟΤΙ [g] τὸ μὲν Ἕκτορος μνῆμα ἐν Ὀφρυνίῳ ἐστὶν τῆς Τρωάδος τόπῳ ὑψηλῷ· εἶτα Ῥοίτιον πόλις ἔρημος· εἶτα Αἰγιαλός· εἶτα μνῆμα Αἴαντος· εἶτα Σίγειον πόλις ἔρημος· εἶτα ὁ Ἀχιλλέως τάφος, καὶ Πατρόκλου, καὶ Ἀντιλόχου· εἶτα ὁ ναύσταθμος καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· εἶτα αἱ τοῦ Σιμοῦντος καὶ Σκαμάνδρου ἐκβολαὶ λιμνώδεις, καὶ ἕλη, καὶ ἡ στόμα λίμνη καλουμένη. ταῦτα δὲ πάντα τῇ Ἰλίῳ ὑποπέπτωκεν. ΟΤΙ Πρίαμος μικρὰν D εὑρὼν τὴν τῶν Τρώων βασιλείαν, ὡς καὶ τὸν Ἡρακλέα, " Ἐξ οἴης σὺν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέροισιν, ἐξαλαπάξαι αὐτῶν τὴν πόλιν, ἐπὶ μέγα αὐτὴν ηὔξησεν, ὡς καὶ βασιλεὺς βασιλέων γενέσθαι· ὡς δηλοῖ τὸ " Ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος. ΟΤΙ [h] τὸ Τρωϊκὸν πεδίον ἀπὸ θαλάσσης ἕως τῆς Ἴδης διήκει· οὗ τὰ μὲν νότια πλευτὰ εἰς τὴν Σκῆψιν, τὰ δὲ βόρεια εἰς τὴν Ζέλειαν. ΟΤΙ [i] πολλοῖς καὶ ἀξιοπίστοις ἐπιχειρήμασιν ὁ Στράβων

a *Strab.* p. 591. *D.* b *Strab.* p. 593. *A.* c *Strab.* p. 593. *D.* d Ita apud *Strab.* p. 594. *B.C.* In *Ed. Bas.* Φίμβριος. e Ἕνδεκα juxta *Strabonem.* f Ὃ φασὶν Ἑκάβης εἶναι τάφον apud *Strab.* pag. 595. *B.* g *Strab.* p. 595. C. D. h *Strab.* p. 596. C. *D.* i *Strab.* p. 593. *A. B.* p. 595. *A.* & p. 597. 598. &c.

a In

[A] ἀπέδειξεν, τὴν νῦν καλουμένην Ἴλιον μὴ εἶναι τὴν ὑπὸ Ὁμήρου ᾀδομένην· ἀλλὰ ταύτης μετεωροτέρα καὶ ἀνατολικωτέρα ἐστὶν [a] ἡ ἀληθῶς Ἴλιος, ἡ τοῦ Ἕκτορος πατρίς. εἰ δὲ καὶ οὐδὲ ἴχνη αὐτῆς σώζεται νῦν, ἀλλὰ τῆς ταπεινοτέρας εἰσὶν ἴχνη, οὐ θαῦμα· ὁ γὰρ χρόνος πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖ. ΟΤΙ τινὲς τὸν τόνον μετατιθέασι τοῦ στίχου τούτου, "Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν. ἀναγινώσκουσι γὰρ παρὰ μιᾶς τὸν τόνον τιθέντες· ὡς τὸ θυιάσιν, [b] οὕτως γουνάσιν, ἀντὶ τοῦ ταῖς ἱκεσίαις. ΟΤΙ κατά τι παλαιὸν ἔθος Ἀγαμέμνων κατηράσατο κατὰ τῶν τολμησόντων κτίσαι αὖθις τὸ Ἴλιον· διὸ οἱ ὕστερον ἀφοσιούμενοι εὗρον πλησίον χωρίον ὁμοιότατον τῷ [B] ἀρχαίῳ, καὶ ἔκτισαν αὐτὸ καὶ Ἴλιον ἐκάλεσαν· καὶ τὰς κατάρας ἐξέφυγον τοῦ Ἀγαμέμνονος. ΟΤΙ [c] ὁ Ῥῆσος ποταμὸς νῦν καλεῖται [d] Ῥοείτης· ὁ δὲ Ἑπτάπορος Πολύπορος καλεῖται, ἀνίσχων ἐκ τῶν περὶ Καλὴν πεύκην χωρίων, ἐπὶ [e] Κελαινὰς κώμην ἰοῦσιν· ἡ δὲ Καλὴ πεύκη εἶχεν τὴν μὲν περίμετρον κδʹ. ποδῶν· τὸ δὲ ὕψος, ἀπὸ μὲν ῥίζης, ἐπὶ ξζʹ. ποδὰς ἂν εἴη. εἶτα εἰς τρία μέρη σχιζομένη ἴσον ἀλλήλων διέχοντα, αὖθις πάλιν συνήγετο εἰς μίαν κορυφήν· ἀπετέλει δὲ τὸ ὕψος δυοῖν πλέθρων καὶ πηχῶν δέκα· ΟΤΙ ὁ Κάρησος ποταμὸς ἀπὸ Μαλοῦντος [C] ῥεῖ, τόπου τινὸς κειμένου μεταξὺ Παλαισκήψεως καὶ Ἀχαΐου τῆς Τενεδίων περαίας· ἐμβάλλει δὲ εἰς τὸν Αἴσηπον· Ῥόδιος δὲ ἀπὸ Κλεανδρείας καὶ Γόρδου· ἐμβάλλει δὲ εἰς τὸν Αἴνιον. ΟΤΙ [f] ὁ Σμινθεὺς Ἀπόλλων παρὰ Τενεδίοις τιμᾶται. καὶ ἔστι γὰρ αὐτοῦ νεὼς ἐν Τενέδῳ, ὅθεν εἴρηται, "Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις, "Σμινθεῦ. ΟΤΙ ἄλλο ἱερὸν Σμινθέως Ἀπόλλωνος παραθαλάσσιον ἐν Τρωάδι. ΟΤΙ τὰ περὶ τὴν Τένεδον νησίδια Καλύδναι καλοῦνται. ΟΤΙ περὶ τὴν Τρωάδα, ὁ Ἀχαιὸς τόπος· εἶτα Λάρισσα, καὶ Κολωναί, καὶ ἡ νῦν Χρύσα [g] ἐφ' Ἴλου τόπου παραθαλασσία. ΟΤΙ ἐν [D] τῷ τοῦ Σμινθέως ἱερῷ μῦς ἐστιν χαλκοῦς, ὑποκείμενος τῷ ποδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος. εἰσὶν δὲ πολλοὶ ναοὶ Σμινθίου Ἀπόλλωνος. ΟΤΙ [h] περὶ τὸ Λέκτον ἄκρον ἁλοπήγιόν ἐστιν, αὐτομάτως πηγνύμενον τοῖς ἐτησίαις ἀνέμοις. ΟΤΙ [i] Ὅμηρος ἐν τῷ [k] Ἀδραμυττικῷ κόλπῳ ἱδρύει Λέλεγάς τε καὶ Κίλικας ἀμφοτέρους, ἔνθα καὶ Πήδασος πόλις ἐρήμη, καὶ Σαλνιόεις ποταμός, χείμαρρος, καὶ Θήβη καὶ Λυρνησσός, αἱ πόλεις. ΟΤΙ

ostenderit, urbem quæ nunc Ilium vocatur, non esse ab Homero decantatam; sed urbem hac excelsiorem & orientaliorem, quæ vere Ilium dicitur, atque Hectoris patria est. Quod si ne vestigia quidem supersint; sed quæ visuntur nunc, humilioris sint vestigia, mirum alicui esse non debet: tempus enim permulta ejusmodi facit. Quod nonnulli accentum transponant in hoc versu, "Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν —. Legunt enim cum accentu in penultima: sicut θυιάσιν, sic γουνάσιν, pro ταῖς ἱκεσίαις. Quod juxta vetustum quendam morem Agamemnon male imprecatus sit iis, qui Ilium instaurare auderent; eamque ob causam posteri, religione ducti, locum elegerunt vicinum & antiquo simillimum, quem ædificatum Ilion appellabant: hoc pacto Agamemnonis exsecrationes effugerunt. Quod Rhesus fluvius nunc Rhoeites appelletur; Heptaporus etiam Polyporus, ortum habens à locis Pulchræ piceæ finitimis ad pagum Celænas euntibus. Cæterum Pulchra picea ambitum habuit pedum 24. altitudinem à radice ad 67. deinde in tres partes scissa æqualiter inter se distantes, rursus in unum verticem contrahebatur. Totam vero altitudinem duorum jugerum & cubitorum decem habuit. Quod Caresus fluvius à Malunte fluat, loco quodam sito inter Palæscepsin & Achajum, in continente Tenedo opposita: in Æsepum autem exit. Rhodius vero à Cleandria & Gorda labitur; sed in Ænium influit. Quod Smintheus Apollo à Tenediis colatur. Est enim templum ipsius in Tenedo: unde & illud, " Sminthеu, qui Tenedum regis. Quod aliud templum sit Sminthei Apollinis in Troade juxta mare situm. Quod insulæ exiguæ juxta Tenedum Calydnæ vocentur. Quod circa Troadem Achæus locus sit: deinde Larissa, & Colonæ, & Chrysa nunc dicta, juxta Ili locum super mari sita. Quod in Sminthei templo mus sit æneus, pedi statuæ subjacens. Sunt autem Sminthei Apollinis permulta templa. Quod circa Lectum promontorium salinæ sint, ubi sal sponte sua cogitur spirantibus Etesiis. Quod Homerus in sinu Adramyttico ponat Leleges & Cilices utrosque, quo loco Pedasus urbs est deserta, & Satniois fluvius, qui torrens est, ac Thebæ & Lyrnessus urbs. Quod

a In *Ed. Bas.* ἢ ὡς ἀληθῶς &c. b Vide *Eustathium* in *Homeri* Iliad. pag. 482. *Ed. Bas.* c *Strab.* p. 602. D. p. 603. *A. B.* d In *Ed. Bas.* Ῥοΐτης. e Μελαίνας in *Ed. Bas.* f *Strab.* p. 604. *A. B. C.* g Forsan Ἴλου σῆμα, sive Ἴλου μνῆμα. Apud *Strab.* ἐφ' ὕψους τινὸς πετρώδους ὑπὲρ τῆς θαλάττης. h *Strab.* p. 605. *B.* i *Strab.* p. 605. C. *D.* & p. 611. k Malim Ἀδραμυττηνῷ ut apud *Strab.*

a *Strab.*

Amaxitæ maritimi sint; mox supra eos Neandrenses: deinde Cebrenii supra hos; mox Dardani usque ad Palæscepsin, quibus imperavit etiam Æneas: deinde & Scepsis. Quod à Lecto promontorio usque ad Gargara versus ortum sita, stadia sint 260. Quod post Adramyttium sint pagi Coryphantis & Heraclea: post Attea: inde Atarneus, & Pitane, & Caïci fluvii ostia. Quod nonnulli, Romanis gratificantes, versum Homeri de Ænea ad hunc modum scribant: "At genus Æneæ cunctis dominabitur oris. Quod è Scepsi urbe fuerit Coriscus Socraticus, & hujus filius Neleus, qui & Theophrastum & Aristotelem audivit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat: nam Aristoteles & bibliothecam & scholam Theophrasto reliquit, & primus omnium quos scimus libros congregavit, & Ægypti Reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus vero eam tradidit Neleo; Neleus Scepsin detulit, & posteris dedit, hominibus sane imperitis, qui libros inclusos ac negligenter positos tenebant. Cumque Attalicorum regum, quibus urbs parebat, studia intellexissent conquirendorum librorum ad instruendam Pergami bibliothecam, eos in fossa quadam sub terram occuluerunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos tandem qui ex ea erant stirpe Aristotelis & Theophrasti libros Apelliconi Tejo magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico magis librorum amore, quam Philosophiæ studio: itaque volens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, lacunas non recte supplens, editque libros mendorum plenos. Usu autem venit antiquis Peripateticis post Theophrastum, cum omnino libris carerent, paucosque duntaxat, præcipue Exotericos haberent, ut nulla de re exquisite pertractando eam philosophari possent, sed tantum de propositis disputarent. Posterioribus, ab eo tempore quo libri isti sunt editi, facilius fuit philosophari & Aristotelem imitari: quanquam ob mendorum multitudinem cogerentur multa probabiliter modo dicere. Multum huc etiam Roma contulit. Nam continuo post Apelliconis obitum Sylla, qui Athenas cepit, bibliothecam illius recepit: quæ cum Romam esset allata, Tyrannio grammaticus, cum Aristotelis amantissimus esset, à bibliothecæ præfecto obtinuit, ut sibi eorum usus permitteretur;

A [a] οἱ μὲν Ἀμαξῖται παραθαλάσσιοί εἰσιν· εἶτα ὑπὲρ αὐτοὺς Νεανδρεῖς· εἶτα Κεβρήνιοι ὑπὲρ αὐτούς· εἶτα [b] Δάρδανοι, μέχρι Παλαισκήψεως, ὧν καὶ Αἰνείας ἦρχεν· εἶτα Σκῆψις. ΟΤΙ ἀπὸ Λέκτου ἄκρου ἕως Γαργάρου πρὸς ἀνατολὰς ὄντος, στάδιοι σξ΄. ΟΤΙ [c] μετὰ τὸ Ἀδραμύττιον Κορυφαντίς τε καὶ Ἡράκλεια κῶμαι· εἶτα Ἄττεα· εἶτα Ἀταρνεύς, καὶ Πιτάνη, καὶ αἱ τοῦ Καΐκου ποταμοῦ ἐκβολαί. ΟΤΙ [d] τινές, χαριζόμενοι Ῥωμαίοις, μεταγράφουσι τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος περὶ τοῦ Αἰνείου οὕτως· "Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει. ΟΤΙ [e] ἐκ τῆς Σκήψεως πόλεως ἦν Κορίσκος ὁ Σωκρατικός, καὶ ὁ τούτου παῖς Νη-
B λεύς, ὃς καὶ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου ἠκροάσατο, καὶ διεδέξατο τὴν βιβλιοθήκην Θεοφράστου, οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ Ἀριστοτέλους· ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης οὐ μόνον τὴν σχολήν, ἀλλὰ καὶ τὴν βιβλιοθήκην καταλέλοιπε Θεοφράστῳ τὴν ἑαυτοῦ· πρῶτος ὧν ἴσμεν βιβλία συναγαγών, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης [f] σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δὲ εἰς Σκῆψιν κομίσας, τοῖς μεθ' αὐτὸν παρέδωκεν ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα· ἐπειδὴ δ' ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περ-
C γάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι· ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία. ἦν δὲ ὁ Ἀπελλικῶν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ [g] ἔδοξεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία· συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον, οὐκ ἔχουσιν ὅλως τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλ-
D λὰ θέσεις ληκυθίζειν· τοῖς δ' ὕστερον, ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτελίζειν· ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότα λέγειν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτήν, Σύλλας ἦρεν τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών· [h] εἰς Ῥώμην δὲ κομισθεῖσαν, Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης·

a *Strab.* pag. 606. A. B. b Δαρδάνιοι *Strab.* c *Strab.* p. 607. A. d *Strab.* p. 608. C. e *Strab.* p. 608. D. p. 609. A. f Σύναξιν In *Ed. Bas.* g Ἐξέδωκεν apud *Strab.* h In *Ed. Bas.* εἰς Ῥώμην τ' ἐκομίσθησαν. Τυραννίων δ' ὁ γραμματικὸς &c.

A καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, καὶ ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ΟΤΙ [a] μετὰ Σκῆψιν πόλιν [b] Ἄνδειρά ἐστιν, καὶ Πιονία, καὶ ἡ Γαργαρίς· ἔστιν δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδειρα, ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται· εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον· ἣ προσλαβοῦσα χαλκὸν, [c] τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι. γίνεται δὲ ψευδάργυρος καὶ περὶ τὸν Τμῶλον. ΟΤΙ ἡ Ἄσσος πόλις ἐρυμνή ἐστιν καὶ εὐτειχὴς, ἀπὸ θαλάσσης καὶ τοῦ λιμένος
B ὀρθίαν καὶ μακρὰν ἀνάβασιν ἔχουσα· ὥστ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ κιθαριστοῦ· "Ἄσσον ἴθ᾽ ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ᾽ ἵκηαι. ἐντεῦθεν δ᾽ ἐστὶν Κλεάνθης ὁ Στωϊκὸς, ὁ Ζήνωνα μὲν διαδεξάμενος, Χρυσίππῳ δὲ τῷ Σολεῖ καταλιπών. ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης διέτριψεν, διὰ τὴν πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον τύραννον κηδείαν· ἦν δ᾽ Ἑρμείας τραπεζίτου τινὸς οἰκέτης, γενόμενος δ᾽ Ἀθήνησιν ἠκροάσατο Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους· ἐπανελθὼν δὲ τῷ δεσπότῃ συνετυράννησε, πρῶτον ἐπιθεμένῳ τοῖς περὶ Ἀταρνέα καὶ Ἄσσον χωρίοις· ἔπειτα διεδέξατο ἐκεῖνον, καὶ
C μετεπέμψατο τόν τε Ἀριστοτέλη καὶ Ξενοκράτη, καὶ ἐπεμελήθη αὐτῶν· τῷ δ᾽ Ἀριστοτέλει καὶ θυγατέρα [d] ἀδελφοῦ συνῴκισε. Μέμνων δ᾽ ὁ Ῥόδιος, μηδίζων τότε σφόδρα καὶ στρατηγῶν, προσποιησάμενος φιλίαν, ξενίας τε ἅμα καὶ πραγμάτων προσποιητῶν χάριν, συλλαβὼν δ᾽ ἀνέπεμψε πρὸς βασιλέα, κἀκεῖ κρεμασθεὶς ἐφθάρη. ΟΤΙ [e] τὰ περὶ Ἄσσον καὶ Γάργαρον χωρία καὶ Σκῆψιν Λελέγων ἐστὶν, οἵ τινες μεταξὺ ᾤκουν Κιλίκων τε καὶ Δαρδανίων, πόλιν ἔχοντες Πήδασον· φεύγοντες δὲ τὰς ἐξ Ἀχιλλέως ἐπιδρομὰς, εἰς Καρίαν ἦλθον, καὶ ἔκτισαν πόλιν Πήδασον ὁμώνυμον τῇ πατρίδι. ΟΤΙ [f] μετὰ τοὺς Λέλε-
D γας τὴν ἑξῆς παραλίαν Κίλικες εἶχον καθ᾽ Ὅμηρον· ἣ νῦν Ἀδραμύττιόν τε ἐστὶν, καὶ Ἀταρνῖται, καὶ Πιταναῖοι, μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Καΐκου· ὧν πόλεις δύο, Θήβη Ὑποπλάκιος καὶ Λυρνησσός. ΟΤΙ [g] Θήβη καὶ Λυρνησσὸς, ἐν τῷ Θήβης οὔσαι πεδίῳ, ἀπέχουσιν τῆς πόλεως Ἀδραμυττίου· ἡ μὲν σταδίους ξʹ. ἡ δὲ πʹ. ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἐστιν καὶ ἡ Χρύσα καὶ ἡ Κίλλα· ἔστιν δὲ ταῦτα

& librorum venditores nonnulli ineptis usi librariis, neque cum exemplari descripta comparantes: quod & aliis accidit libris, qui exscribuntur vendendi causa, & Romæ & Alexandriæ. Quod post Scepsin urbem Andera sint, & Pionia, & Gargaris. Juxta Andera lapis est, qui ustus in ferrum mutatur: deinde cum terra quadam in fornace excoctus falsum argentum stillat: cui, ubi æs additum, temperamentum fit quod vocant, & nonnulli orichalcum dicunt. Nascitur pseudargyrus etiam apud Tmolum. Quod Assus urbs sit natura & arte munita, à mari & portu rectum & longum adscensum habens: ut convenire ei videatur illud Stratonici citharœdi; " Asson eas, propere exitium si tu tibi quæris. Hic natus fuit Cleanthes Stoicus Philosophus, qui Zenonis Citiensis scholæ successit, quam postea Chrysippo Solensi reliquit. Hoc in loco Aristoteles aliquandiu permansit, propter eam adfinitatem quam cum Hermia eunucho Tyranno contraxerat: fuit autem Hermias cujusdam mensarii famulus, qui Athenas profectus Platonem Aristotelemque audivit; postea ad dominum reversus, cum ipso imperavit, primum Atarnenses & Assenses aggresso: post illi successit, & Aristotelem & Xenocratem ad se accersitos diligenter curavit: Aristoteli etiam fratris sororem dedit. Per id tempus Memnon Rhodius cum Persis ministraret, & exercitum duceret, simulata cum eunucho amicitia hospitalitatis nomine & tractandarum rerum gratia, illum ad se vocat; quem, cum comprehendisset, ad regem misit, ibique suspendio adfectus periit. Quod loca circa Assum & Gargarum & Scepsin Lelegum sint, qui inter Cilices & Dardanios habitabant, urbem habentes Pedasum: fugientes autem Achillis incursionem in Cariam venerunt, & urbem Pedasum condiderunt eodem nomine quo patria. Quod proximum post Leleges littus Cilices Homerici habuerint; quo loco nunc est Adramyttium & Atarnitæ, & Pitanæi usque ad Caïci ostia: horum duæ sunt urbes, Thebæ Hypoplaciæ & Lyrnessus. Quod Thebæ & Lyrnessus in Thebano campo sitæ ab Adramyttio urbe distent: illa quidem stadiis 60; hæc vero 80. Cæterum in Adramytteno agro Chrysa est & Cilla. Sunt autem

a *Strab.* pag. 610 *B.C.D.* b Ἄνδηρα in *Ed. Bas.* c Non dubitat *Casaubonus*, vel post καλούμενον aliquod deesse verbum, vel tollenda esse hæc τὸ καλούμενον. Forsan legendum τὸ καλὸν μενοῦν γίνεται κρᾶμα. d Ἀδελφιδοῦ *Strab.* e *Strab.* p. 610. *B.* p. 611. *A.* f *Strab.* p. 611. *D.* g *Strab.* p. 612. *B.C.*

circa Antandrum hæc. Quod Cillus Pelopis fuerit auriga, à quo Cilla urbs & Cilices sunt dicti. Quod in Pitana Æolica lateres ferant aquæ supernatare, quemadmodum in Tyrrhenia: levior enim est terra quam æqualis aquæ moles. In Iberia vero Posidonius ait se vidisse ex quadam terra argillacea lateres concretos & aquæ supernatantes. Quod Caïcus fluvius post Pitanen in Elaïticum sinum influat, ex adverso Elææ urbis. Quod Elæa urbs navale sit Pergami urbis, à Pergamo distans stadiis 120. Quod Cana promontorium sit oppositum Lecto promontorio, & Adramyttenum efficiens; cujus pars etiam Elaïticus est sinus. Quod Cana numero etiam plurali Canæ dicatur: circa hanc promontorium est Æga. Cæterum γα ipsum oportet ut longum accipere. Quod inter Elæam & Pitanen & Aterneum & Pergamum Teuthrania sit urbs, à nulla harum ultra stadia septuaginta distans, intra Caïcum. Quod in locis circa Caïcum Eurypylus Telephides imperasse videatur, quem Pyrrhus Achillis filius interemit. Quod in Elaïtide fluvius sit torrenti similis, Cetium nomine: unde forte dictum est, " Turba una periit muliebria dona sequuti " Cetii. — Quod Lesbi insulæ ambitus stadiorum sit 1100. Quod Strabo sub Tiberio Romanorum imperatore floruerit. Quod Phanias & Theophrastus Aristotelici ex Eresso fuerint. Theophrastus Tyrtamus dicebatur, cæterum ab Aristotele sic appellari cœpit. Quod Hellanicus historicus Lesbius fuerit. Quod in freto inter Asiam & Lesbum insulæ sint quadraginta: quæ composito vocabulo Hecatonnesi vocantur, quemadmodum Peloponnesus, & Myonnesus, & Proconnesus, & Halonnesus habentes ν duplex ex consuetudine. Quod Hecatonnesi vocentur, quasi Apollinis insulæ: Apollo enim Hecatus est dictus. Quod ante Lesbum Pordoselena sit, urbem habens cognominem: cæterum nominis infamiam fugientes Poroselenam ipsam appellant: & Aspordenum, quod est apud Pergamum, Asporenum: & fanum quod ibi est Matris deûm Asporenæ. Quid igitur dicemus de Pordali, & Saperda, & Perdicca, σὺν πορδάκοισιν, id est madidis? Quod Homerus in Catalogo Lelegum & Cilicum & Cauconum jure non meminerit:

A περὶ Ἄντανδρον. ΟΤΙ [a] Κίλλος Πέλοπος ἦν ἡνίοχος, ἀφ' οὗ Κίλλα τε τὸ πολίχνιον καὶ Κίλικες. ΟΤΙ [b] φασὶν ἐν τῇ Αἰολικῇ Πιτάνῃ, τὰς πλίνθους ἐπιπολάζειν τῷ ὕδατι, καθάπερ καὶ ἐν τῇ Τυῤῥηνίᾳ· κουφοτέρα γὰρ ἡ γῆ τοῦ ἰσόγκου ὕδατός ἐστιν. ἐν Ἰβηρίᾳ δέ φησιν ἰδεῖν Ποσειδώνιος, ἔκ τινος γῆς ἀργιλώδους πλίνθους πηγνυμένας καὶ ἐπιπλεούσας. ΟΤΙ Κάϊκος ποταμὸς μετὰ τὴν Πιτάνην εἰς τὸν Ἐλαϊτικὸν ῥεῖ κόλπον, ἀντιπέραν Ἐλαίας πόλεως. ΟΤΙ ἡ Ἐλαία πόλις ἐπίνειόν ἐστιν Περγάμου πόλεως, ἀπέχουσα Περγάμου στάδια ρκ'. ΟΤΙ ἡ Κάνη ἄκρον ἐστὶν, ἀνταῖρον B τῷ Λέκτῳ ἄκρῳ, καὶ ποιοῦν τὸν Ἀδραμυττηνὸν κόλπον· οὗ μέρος καὶ ὁ Ἐλαϊτικός ἐστιν. ΟΤΙ ἡ Κάνη καὶ πληθυντικῶς Κάναι λέγεται· περὶ ἣν ἄκρα ἡ Αἶγα· [c] τὸ δὲ γα μακρὸν δεῖ νοεῖν, τὴν Αἰγᾶν λέγοντας. ΟΤΙ [d] μεταξὺ Ἐλαίας καὶ Πιτάνης καὶ Ἀταρνέως καὶ Περγάμου Τευθρανία ἐστὶν πόλις, διέχουσα οὐδεμιᾶς αὐτῶν ὑπὲρ ο'. σταδίους, ἐντὸς τοῦ Καΐκου. ΟΤΙ [e] ἐν τοῖς περὶ Κάϊκον τόποις φαίνεται βεβασιλευκὼς Εὐρύπυλος ὁ Τηλεφίδης, ὃν ἀνεῖλεν Πύῤῥος ὁ Ἀχιλλέως. ΟΤΙ ἐν τῇ Ἐλαΐτιδι ποτάμιόν ἐστιν χειμαῤῥῶδες, Κήτειον καλούμενον· ὅθεν ἴσως εἴρηται, " Κή- C τειοι κτείνοντο γυναίων εἵνεκα δώρων. ΟΤΙ τῆς Λέσβου νήσου ὁ περίπλους, στάδιοι ,αρ'. ΟΤΙ ἐπὶ Τιβερίου τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἦν Στράβων. ΟΤΙ [f] ἐξ Ἐρεσοῦ ἦσαν Φανίας τε καὶ Θεόφραστος οἱ Ἀριστοτελικοί· Τύρταμος δὲ πρὶν ὁ Θεόφραστος ἐκαλεῖτο, μετωνομάσθη δὲ ὑπὸ Ἀριστοτέλους οὕτως. ΟΤΙ Ἑλλάνικος ὁ συγγραφεὺς Λέσβιος ἦν. ΟΤΙ [g] κατὰ τὸν πορθμὸν τὸν μεταξὺ Ἀσίας καὶ Λέσβου, νησίδιά εἰσιν μ'. καλοῦνται δὲ συνθέτως Ἑκατόννησοι, ὡς Πελοπόννησος, καὶ Μυόννησος, καὶ Προκόννησος, καὶ Ἁλόννησος, τὸ ν διπλοῦν ἔχουσαι κατὰ συνήθειαν. ΟΤΙ Ἑκατόννησοι καλοῦνται οἷον Ἀπολλώννησοι· Ἕκατος D γὰρ ὁ Ἀπόλλων. ΟΤΙ [h] πρὸ τῆς Λέσβου ἐστὶν καὶ ἡ Πορδοσελήνη, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον· διὰ δὲ τὸ δύσφημον τοῦ ὀνόματος Ποροσελήνην τινὲς αὐτὴν καλοῦσιν· τὸ δὲ περὶ Πέργαμον Ἀσπόρδηνον ὄρος, Ἀσπόρηνον· καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ἱερὸν μητρὸς [τῶν θεῶν] Ἀσπορηνῆς. [i] τί οὖν φήσομεν ἐπὶ τοῦ Σαπέρδου, καὶ Πόρδαλις, καὶ Πέρδιξ, καὶ σὺν πορδάκοισιν, ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις; ΟΤΙ ἐν καταλόγῳ Ὅμηρος εἰκότως Λελέγων καὶ Κιλίκων καὶ Καυκώνων οὐκ ἐμνημόνευσεν.

a *Strab.* p. 613. *B.* b *Strab.* p. 614. *D.* pag. 615. *A. B.* c Δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν Αἰγῶν, ὡς Ἀκτᾶν. *Strab.* d *Strab.* p. 615. C. e *Strab.* p. 615. *D.* pag. 616. *A. B.* f *Strab.* p. 618. *B. C.* g *Strab.* pag. 618. *D.* h *Strab.* p. 618. *D.* p. 619. *A. B. C.* i Τί οὖν φήσομεν τὴν Πόρδαλιν, καὶ τὸν Σαπέρδην, καὶ τὸν Περδίκκαν, καὶ τὸ Σιμωνίδου, σὺν πορδάκοισι, ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις; *Strab.*

διεφθάρησαν γὰρ ἤδη ὑπὸ Ἀχιλλέως, ὅ, τε Ἠετίων, καὶ Μύνης, καὶ Ἐπίστροφος, καὶ οἱ λαοὶ αὐτῶν. A ΟΤΙ [a] ὁ τῶν Πελασγῶν ἄρχων Ἱππόθοος Λάρισσαν εἶχεν πατρίδα, τὴν ἐν Κύμῃ τῆς Αἰολίδος κειμένην· οἱ δὲ Πελασγοὶ ὑπὸ Αἰολέων ἐφθάρησαν. ΟΤΙ [b] σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη, ὡς μετὰ τ΄. ἔτη ἀποδομένη τῶν λιμένων τὰ τέλη· ὥσπερ τότε ᾐσθημένη ἐπὶ παρὰ θάλασσαν οἰκοῖτο, πρότερον δ' οὐκ ἐκαρποῦτο τὴν πρόσοδον ταύτην. ΟΤΙ καὶ ἄλλη λέγεται αἰτία τοιαύτη τοῦ σκώμματος· ὅτι δανεισάμενοί ποτε οἱ Κυμαῖοι δημόσια χρήματα, τὰς στοὰς ὑπέθεντο· εἶτ' οὐκ ἀποδιδόντες κατὰ τὴν ὡρισμένην ἡμέραν, εἴργοντο τῶν περιπάτων· ὅτε μέντοι ὄμβρος B εἴη, κατ' αἰδῶ ἵνα κηρύττοιεν οἱ δανεισταί, κελεύοντες ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέρχεσθαι· τοῦ δὴ κήρυκος οὕτω φθεγγομένου, ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέλθετε, ἐκπεσεῖν λόγον, ὡς Κυμαίων οὐκ αἰσθανομένων ὡς ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπελθετέον, ἂν μὴ σημάνῃ τις αὐτοῖς διὰ κηρύγματος. Κυμαῖος δὲ ἦν Ἡσίοδός τε καὶ Ἔφορος ὁ Ἰσοκράτους γνώριμος, ὁ τὰς ἱστορίας γράψας. Κύμη δὲ ὠνόμασται ἀπό τινος Ἀμαζόνος, ὡς ἡ Μυρίνη καὶ ἡ Μυτιλήνη. ΟΤΙ [c] τὸ Πέργαμον ἡ πόλις γαζοφυλάκιον ἦν Λυσιμάχου τοῦ Ἀγαθοκλέους, ἑνὸς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων. ἐπεπίστευτο δὲ τὴν φυλακὴν τῶν χρημάτων C (ἦν δὲ τάλαντα θ.) Φιλέταιρος ἀνὴρ Τιανὸς, θλιβίας ἐκ παιδὸς, ἔν τινι ὄχλῳ ἀποληφθεὶς μετὰ τῆς τροφοῦ, καὶ διὰ τοῦτο εὐνοῦχος. τέως μὲν οὖν εὔνους ἦν Λυσιμάχῳ· διενεχθεὶς δὲ πρὸς Ἀρσινόην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἀπέστη ὁρῶν νεωτερισμοὺς πολλούς. ὅ, τε γὰρ Λυσίμαχος, κακοῖς οἰκείοις περιπεσὼν, ἠναγκάσθη τὸν υἱὸν ἀνελεῖν Ἀγαθοκλέα· Σέλευκος δ' ἐπελθὼν ὁ Νικάτωρ, ἐκεῖνόν τε κατέλυσεν, καὶ αὐτὸς κατελύθη, δολοφονηθεὶς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Κεραυνοῦ. ὁ δὲ Φιλέταιρος διήρκησεν ἔτη κ΄. κύριος ὢν τοῦ τε ἐρύματος καὶ τῶν χρημάτων· καὶ διεγένετο μένων ἐπὶ τοῦ ἐρύματος, καὶ πολιτευόμενος δι' ὑποσχέσεων καὶ τῆς D ἄλλης θεραπείας, ἀεὶ πρὸς τὸν ἰσχύοντα καὶ ἐγγὺς παρόντα. τούτῳ ἦσαν δύο ἀδελφοὶ, Εὐμένης τε καὶ Ἄτταλος· ἐκ μὲν οὖν τοῦ πρεσβυτέρου Εὐμένους γίνεται παῖς Εὐμένης· ὃς καὶ διεδέξατο τὸ τοῦ Περγάμου κράτος, καὶ ἦν ἤδη δυνάστης τῶν κύκλῳ χωρίων, ὥστε καὶ περὶ Σάρδεις ἐνίκησεν μάχῃ συμβαλὼν Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου· δύο δὲ καὶ εἴκοσιν ἔτη ἄρξας ἐτελεύτα. ἐκ δὲ Ἀττάλου καὶ Ἀντιοχίδος γεγονὼς Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχήν· ὃς καὶ πρῶτος βασιλεὺς ἀνηγορεύθη, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ.

nam ab Achille interemti erant Eëtion, & Mynes, & Epistrophus, atque ipsorum populi. Quod Pelasgorum princeps Hippothous Larissam patriam habuerit; eam sc. quæ circa Cumam Æoliæ est sita: nam Pelasgi ab Æolis interierunt. Quod Cumæ carpantur ut insulsæ & hebetes; quod annis trecentis demum post urbem conditam portus vectigalia publicanis elocarint: quasi tum primum intelligerent se juxta mare sitos esse, ac hujus proventum antea non animadvertissent. Dicitur & aliter: publico nomine Cumanos pecuniam mutuam cepisse, pignori oppositis porticibus, quam cum constituta die non reddidissent, prohibitos fuisse à deambulationibus: sed cum pluviæ essent, creditores verecundia ducti edictum emittebant, ut Cumani porticus subirent: & cum præco clamaret, Sub porticus subite; redditum sermonem, Cumanos non sentire, imbribus decidentibus subeundum esse sub porticus, nisi præconio admonerentur. Cumanus fuit Hesiodus, & Ephorus, Isocratis familiaris, qui Historias scripsit. Cuma dicta fuit ab Amazone quadam, sicut Myrine & Mytilene. Quod Pergamus urbs Gazophylacium fuerit Lysimachi, Agathoclis F. qui ex Alexandri successoribus fuit unus. Pecuniarum custodia, quæ erant talentorum novem millia, commissa erat Philetæro Tiano, qui à puero spado erat, in quadam turba oppressus cum nutrice, proptereaque eunuchus. Is initio fidelis erat Lysimacho, sed cum ab Arsinoë illius uxore dissideret, defectionem paravit, videns novas res permultas. Nam Lysimachus, domesticas in calamitates illapsus, coactus erat filium Agathoclem interimere. Seleucus vero Nicator reversus illum sustulit, & ipse interemtus est, à Ptolemæo Cerauno dolo occisus. Cæterum Philetærus annos viginti dominus fuit arcis & pecuniarum, pollicitando semper ac validioribus propioribusque obsequendo. Erant ei fratres duo, Eumenes & Attalus: ex seniore itaque Eumene filius Eumenes natus fuit, qui Pergami successionen habuit, & jam loca circumcirca tenebat; adeo ut apud Sardes prælio congressus Antiochum Seleuci filium superaverit, mortuus est cum duobus & viginti annis imperium tenuisset. Attalus ex Attalo & Antiochide natus in imperio successit, & primus rex nuncupatus est, cum magna pugna Galatas vicisset.

a *Strab. p. 620. B.* b *Strab. p. 622. C. D. p. 623. A.* c *Strab. p. 623. B. C. D. p. 624. A. B. C. D.*

Socius Romanorum fuit, eosque in bello contra Philippum juvit, Rhodiæ conjunctus classi. Obiit jam senior, cum annis quadraginta & tribus imperasset: relictis filiis quatuor, Eumene, Attalo, Philetæro, & Athenæo. Ex his natu minores privati vixerunt: Eumenes vero imperans cum Romanis adversus Antiochum magnum & contra Persen bellum gessit, & à Romanis totam eam regionem accepit, quæ sub Antiocho circa Taurum erat; cum ante sub ejus ditione fuissent pauca quædam loca. Hic imperium multum auxit & adornavit ædificiis, & donariis, & bibliothecis; & cum regnasset annos quadraginta novem, imperium Attalo filio reliquit, dum puer adhuc esset; & hujus tutorem Attalum proprium fratrem constituit. Is cum annos 21. imperasset, tanquam tutor, multis rebus feliciter gestis senex admodum decessit. Nam & adversus Demetrium Seleuci filium, cum Alexandro Antiochi filio bellum gessit; & cum Romanis adversus Pseudophilippum pugnavit; & in Thraciam expeditione facta, regem novum Diegylin cepit, & Prusiam interemit substituto ei filio Nicomede. Cæterum qui sub tutela erat Attalus, cognomento Philometor, cum annis quinque imperasset, è vita morbo abiit, Romanis hæredibus relictis, qui eam regionem provinciam fecerunt, Asiam de continentis ejus nomine appellantes. Quod Caïcus fluvius Pergamum præterfluat, per Caïcum campum valde uberem. Quod ex Tmolo Pactolus fluat, habens auri ramenta, quæ hoc tempore defecere. Exit in Hermum fluvium, in quem etiam Hyllus fluvius egreditur, qui nunc Phrygius dicitur. Quod lacus, qui apud Homerum Gygæus, postea Coloë fuerit appellatus. Quod Arimos alii in Lydia fuisse dicant, alii in Cilicia, nonnulli in Syria, alii in Pithecusis, quo loco etiam Tiphoëa fuisse ajunt, "Pone Arimos, ubi habere cubile Tiphoëa dicunt. Quod in Hierapoli calidæ sint aquæ, & Plutonium: quorum utrumque insolens aliquid atque mirum habet. Nam aqua ita facile in tophum duratur, ut qui aquæductus deducunt, integra septa ex eo aquis conficiant. Plutonium sub parvo supercilio montis supra incumbentis foramen

A οὗτος δὲ καὶ Ῥωμαίοις κατέστη φίλος, καὶ συνεπολέμησε πρὸς Φίλιππον μετὰ τοῦ Ῥοδίων ναυτικοῦ· ὃς βασιλεύσας ἔτη μγʹ. κατέλιπεν δʹ. υἱοὺς, Εὐμένην, Ἄτταλον, Φιλέταιρον, Ἀθήναιον. οἱ μὲν οὖν νεώτεροι διετέλεσαν ἰδιῶται· Εὐμένης δὲ ἄρξας συνεπολέμησεν Ῥωμαίοις πρός τε Ἀντίοχον τὸν μέγαν καὶ πρὸς Περσέα, καὶ ἔλαβεν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἅπασαν τὴν ὑπ' Ἀντιόχῳ γῆν τὴν ἐντὸς Ταύρου· πρότερον δὲ ὀλίγης ἦρχεν γῆς. οὗτος ἐπὶ πλεῖστον ηὔξησεν τὴν ἀρχὴν, κτίσμασι καὶ ἀναθήμασι καὶ βιβλιοθήκαις· ὃς ἔτη βασι-
B λεύσας μθʹ. κατέλιπεν διάδοχον τὸν υἱὸν Ἄτταλον, παῖδα ἔτι ὄντα, καὶ τούτου ἐπίτροπον Ἄτταλον, τὸν ἴδιον ἀδελφόν· ὃς ἄρξας ὡς ἐπίτροπος ἔτη καʹ. γέρων ἐτελεύτα, κατορθώσας πολλά. καὶ γὰρ Δημήτριον τὸν Σελεύκου συγκατεπολέμησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Ἀντιόχου· καὶ συνεμάχησεν Ῥωμαίοις, ἐπὶ τὸν Ψευδοφίλιππον· ἐχειρώσατο δὲ καὶ [a] Διήγυλιν τὸν [b] καινὸν βασιλέα, στρατεύσας εἰς τὴν Θρᾴκην· ἀνεῖλεν δὲ καὶ Προυσίαν, ἐπισυστήσας αὐτῷ Νικομήδη τὸν υἱόν. ὁ δὲ ἐπιτροπευθεὶς Ἄτταλος, ἄρξας ἔτη πέντε, καὶ κληθεὶς Φιλομήτωρ, ἐτελεύτα νόσῳ, καταλιπὼν κλη-
C ρονόμους Ῥωμαίους· οἱ δὲ ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύσαντες ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ. ΟΤΙ ὁ Καΐκος ποταμὸς παραρρεῖ τὸ Πέργαμον, διὰ τοῦ Καΐκου πεδίου εὐδαίμονος. ΟΤΙ [c] ἐκ τοῦ Τμώλου ῥεῖ ὁ Πακτωλὸς ποταμὸς, ἔχων ψῆγμα χρυσοῦ, ὅπερ νῦν ἐκλέλοιπεν τὸ ψῆγμα· καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Ἕρμον ποταμὸν, εἰς ὃν καὶ ὁ Ὕλλος ποταμὸς ἐμβάλλει, Φρύγιος νῦν καλούμενος. ΟΤΙ [d] ἡ παρ' Ὁμήρῳ Γυγαία λίμνη, ὕστερον Κολόη μετωνομάσθη. ΟΤΙ [e] τοὺς Ἀρίμους τινὲς μὲν ἐν Λυδίᾳ φασὶν γενέσθαι· οἱ δὲ ἐν Κιλικίᾳ· τινὲς δὲ
D ἐν Συρίᾳ· οἱ δὲ ἐν Πιθηκούσσαις, ἔνθα καὶ τὸν Τυφωέα γενέσθαι, "Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος [ἔμμεναι εὐνάς.] ΟΤΙ [f] ἐν Ἱεραπόλει ἐστὶν τά τε θερμὰ ὕδατα καὶ τὸ Πλουτώνιον, ἄμφω παραδοξολογίαν τινὰ ἔχοντα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ οὕτως ῥᾳδίως εἰς πῶρον μεταβάλλει πηττόμενον, ὥστε ὀχετοὺς ἐπάγοντες φραγμοὺς ἀπεργάζονται μονολίθους· τὸ δὲ Πλουτώνιον, ὑπ' ὀφρύϊ μικρᾷ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς, στόμιον

a In *Ed. Bas.* Δηίγυλιν. Verum Διήγυλλιν legimus apud *Appianum* initio libri de *Bellis Mithrib.* b Ἐκείνων *Strab.* p. 624. *D.* Καινῶν βασιλέα legit *Palmerius.* c *Strab.* p. 625. *D.* & p. 626. *A.* d *Strab.* p. 626. *B.* e *Strab.* p. 626. *D.* f *Strab.* pag. 629. *D.* p. 630. *A. D.*

ἐστιν σύμμετρον, ὅσον ἄνθρωπον δέξασθαι δυνάμενον, βαθυνόμενον ἐπὶ πολύ. πρόκειται δὲ τούτου δρυφάκτωμα τετράγωνον, ὅσον ἡμιπλέθρου τὴν περίμετρον· τοῦτο δὲ πλῆρές ἐστιν ὁμιχλώδους παχείας ἀχλύος, ὥστε μόγις τοὔδαφος [a] καθορᾶν· τοῖς μὲν οὖν κύκλῳ πλησιάζουσι πρὸς τὸ [b] δρύφακτον ἄλυπός ἐστιν ὁ ἀὴρ, καθαρεύων ἐκείνης τῆς ἀχλύος ἐν ταῖς [c] νηνεμίαις, συμμένει γὰρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου. τῷ δ' εἴσω παρελθόντι ζώῳ θάνατος παραχρῆμα ἀπαντᾷ· ταῦροι γοῦν εἰσαχθέντες πίπτουσι, καὶ ἐξέλκονται νεκροί· ἡμεῖς δὲ στρουθία ἐπέμψαμεν, καὶ ἔπεσον εὐθὺς ἐκπνεύσαντα· οἱ δ' ἀπόκοποι γάλλοι παρίασιν ἀπαθεῖς, ὥστε καὶ μέχρι τοῦ στομίου πλησιάζειν καὶ ἐγκύπτειν καὶ καταδύνειν μέχρι ποσοῦ, [d] συνέχοντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πνεῦμα· ἑωρῶμεν γὰρ ἐκ τῆς ὄψεως, ὡς ἂν πνιγώδους τινὸς πάθους ἔμφασιν, [e] εἴτε πάντων οὕτω πεπληρωμένων τοῦτο, εἴτε μόνον τῶν περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ εἴτε θείᾳ προνοίᾳ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐνθουσιασμῶν εἰκὸς, εἴτε ἀντιδότοις τισὶ δυνάμεσι τούτου συμβαίνοντος. ΟΤΙ Σολύμους φασὶν εἶναι τοὺς Καβαλεῖς· τῆς γοῦν [f] Τελμήσσεως ἄκρας ὑπέρκειται λόφος, καὶ καλεῖται Σόλυμος· καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Τελμησσεῖς, Σόλυμοι καλοῦνται. πλησίον δ' ἐστὶν καὶ ὁ Βελλεροφόντου χάραξ, καὶ ὁ Πεισάνδρου τάφος τοῦ υἱοῦ, πεσόντος ἐν τῇ πρὸς Σολύμους μάχῃ. " Μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανεν. ΟΤΙ [g] ἡ Κιβυρατικὴ ἐν ταῖς μεγίσταις ἐξετάζεται διοικήσεσι τῆς Ἀσίας. τέτρασι δὲ γλώτταις ἐχρῶντο οἱ Κιβυρᾶται, Πισιδικῇ, Σολύμων, Ἑλλήνων, Λυδῶν. ΟΤΙ ἐν Κιβύρᾳ ἴδιόν ἐστιν, τὸ τὸν σίδηρον τορεύεσθαι ῥᾳδίως.

A est modicum, quanto possit homo recipi, admodum profundum: inclusum est cancellis quadrangulis, ambitu dimidii circiter jugeri. Id foramen nebulosa & crassa caligine plenum est, ut vix solum discerni possit. Ad septem undique appropinquantibus nihil incommodi aër adfert, qui in tranquillitate ventorum ab ea caligine est purus, & intra cancellos se continet. Si vero animal intro progrediatur, statim moritur: tauri quidem intro adducti cadunt, & mortui extrahuntur: & nos passeres immisimus, qui subito exanimati B conciderunt: at exsecti galli illæsi accedunt, ut etiam usque ad os appropinquent, introspiciant, & aliquantum immergantur, quousque possunt spiritum continentes: nam ex aspectu deprehendimus suffocatricis cujusdam affectionis indicium; sive omnes ita eo implentur spiritu, sive ii duntaxat, qui circa templum agunt, & sive divina id fiat providentia, ut par est in divinis furoribus, sive remediis quibusdam adversantibus pesti ei. Quod Solymos esse dicant Caballenses: & sane tumulus, qui C Telmessensi promontorio imminet, Solymos vocatur, & ipsi Telmessenses Solymi dicuntur. Prope est & Bellerophontis vallum, & Pisandri sepulchrum, filii ejus, qui in bello contra Solymos gesto cecidit. " Solymos contra pugnantem stravit &c. Quod Cibyratica inter maximas totius Asiæ præfecturas habeatur. Quatuor linguis usi sunt Cibyratæ, Pisidica, Solymorum, Græca, Lydia. Quod Cibyræ id proprium sit, ferrum facile ibidem tornari.

a In libb. MSS. *Strabonis* καθορᾶσθαι. teste Casaubono. b *Al.* δρύφρακτον & δύφρακτον. c Ita & *Strab.* verum νουμηνίαις legisse videtur ejus *Interpres.* d Συνέχοντα *Strab.* e Εἴτε πάντων τῶν οὕτω πεπηρωμένων τοῦτο apud *Strabonem* legit *Casaub.* quem vide in *Comment.* pag. 232. f Apud *Strabonem* Τερμήσσεως & mox Τερμησσεῖς. g *Strab.* p. 631. *B. C.*

CHRE-

CHRESTOMATHIÆ
EX
STRABONIS GEOGRAPHICORUM
LIBRO XIV.

QUOD Ionum coloniæ dux fuerit Androclus Codri Athenarum regis filius, postmodum Æolicæ. Is Ephesum condens, eam Ioniæ regiam constituit. Sunt autem Ionum civitates hæ: Miletus, Myus, Lebedus, Colophon, Priene, Teos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samus: in universum duodecim. Postmodum Smyrna fuit [in conventum] assumta. Quod Apollinis oraculum apud Branchidas in Mileto sit. Quod quæ nunc Samos appellatur insula Ionica, prius dicta fuerit Parthenias, deinde Anthemus, inde Melamphylus, tandem Samos. Quod Samos adeo sit ferax, ut eam laudantes soleant accommodare ei proverbium, " Fert & avium lac. Quod ob Sylosontis Samiorum tyranni amarulentiam Samos adeo viris fuerit destituta, ut proverbium inde natum sit, " Sylosontis opera locus amplus est. Quod Athenienses per Periclem Samo potiti, colonos in eam miserint: è quorum numero Neocles fuit Epicuri Philosophi pater, ludi magister litterarii. Is in Samo nutritus, ad pubertatem accessit Athenis, cum Menandro comico. Quod Creophylus hospes Homeri Samius fuerit. Illud κρεω cum ω scribitur. Quod Agamemnon Pygela condiderit: fuit autem à parte eorum qui ipsi suberant habitatum. Contigit enim quosdam illorum natium dolore correptos esse; & calamitatibus defatigatos illic permansisse: atque inde locum Pygela nominatum fuisse. Quod post Trojæ excidium Calchas vates cum Amphilocho Amphiarai F. pedestri itinere Colophonem venerit: cumque apud Clarum in vatem se meliorem incidisset, Mopsum Mantûs F. quæ Teiresiæ fuit filia, præ mœrore vita excesserit. Hesiodus autem etiam carmine hunc sermonem ita refert:

A

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΕΙΑΙ
ΕΚ ΤΩΝ
ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΥ ιδ.

ΟΤΙ [a] τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας ἦρξεν Ἄνδροκλος υἱὸς Κόδρου τοῦ Ἀθηναίων βασιλέως, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς· ὃς Ἔφεσον κτίσας, βασίλειον τῆς Ἰωνίας αὐτὴν ἀπέδειξεν. εἰσὶν δὲ
B Ἰώνων πόλεις αἵδε· Μίλητος, Μυοῦς, Λέβεδος, Κολοφὼν, Πριήνη, Τέως, Ἐρυθραὶ, Φωκαῖα, Κλαζομεναὶ, Χίος, Σάμος· ὁμοῦ ιβ'. ὕστερον δὲ, Σμύρνα προσελήφθη. ΟΤΙ [b] τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν Μιλήτῳ ἐστίν. ΟΤΙ [c] ἡ νῦν Σάμος νῆσος Ἰωνικὴ, ἐκαλεῖτο πρότερον Παρθενιάς· εἶτα Ἀνθεμοῦς· εἶτα Μελάμφυλος· εἶτα Σάμος. ΟΤΙ ἡ Σάμος τοσοῦτόν ἐστιν εὔφορος, ὥστε οἱ ἐπαινοῦντες αὐτὴν λέγουσι περὶ αὐτῆς καὶ τὸ παροιμιῶδες, " Φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα. ΟΤΙ [d] διὰ τὴν Συλοσῶντος πικρίαν, τοῦ Σα-
C μίων τυράννου, ἐλιπανδρησεν ἡ Σάμος, ὡς καὶ παροιμίαν γενέσθαι διὰ τοῦτο λέγουσαν, " Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη. ΟΤΙ Ἀθηναῖοι διὰ Περικλέους Σάμου κυριεύσαντες, κληρούχους [e] ἐν αὐτῇ ἔπεμψαν· ὧν ἦν Νεοκλῆς ὁ Ἐπικούρου πατὴρ τοῦ φιλοσόφου, γραμματοδιδάσκαλος ὤν· τραφεὶς δ' ἐν Σάμῳ, ἐφήβευσεν Ἀθήνησι, σὺν Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ. ΟΤΙ Κρεώφυλος ὁ Ὁμήρου ξένος, Σάμιος ἦν· τὸ δὲ κρεὼ διὰ τοῦ ω. ΟΤΙ [f] τὰ Πύγελα Ἀγαμέμνων ἔκτισεν· ᾠκίσθη δὲ ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν. πυγαλγίας γάρ τινας γενέσθαι αὐτῶν συνέβη·
D κάμνοντας δὲ τῷ πάθει αὐτοῦ μεῖναι, καὶ τὸν τόπον Πύγελα κληθῆναι. ΟΤΙ [g] μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν, Κάλχας ὁ μάντις μετ' Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου πεζῇ εἰς Κολοφῶνα ἀφίκετο· περιτυχὼν δὲ κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει κατὰ τὴν Κλάρον, Μόψῳ τῷ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς, διὰ λύπην ἀπέθανεν. ὁ δὲ Ἡσίοδος καὶ διὰ μέτρου τὸν λόγον ἐκφράζει οὕτως·

a *Strab.* p. 632. C. 633. *A. B. C.* b *Strab.* pag. 634. C. D. c *Strab.* p. 637. *B. C. D.* d *Strab.* p. 638. *C. D.* Διὰ τὴν Συλοσῶντος πικρίαν) Ita in *Excerptis* ex *Heraclide* de Politiis: Τὴν δὲ πολιτείαν τῶν Σαμίων Συλοσῶν ἠρήμωσεν, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία, ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη. e Malim εἰς αὐτήν. f *Strab.* pag. 639. C. g *Strab.* pag. 642. *C. D.*

a In

pag. 38. Οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς Βορρᾶν, καὶ ζοφώδη· μετήγαγεν εἰς σκοτεινόν τινα τόπον, οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιίαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. Ὅτι δὲ οἶδεν αὐτοὺς, οἱ χρονογράφοι δηλοῦσιν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον, ἢ κατ' αὐτὸν ἀναγράφοντες.) In MSS. vox οἰκείως ponitur post verbum μετήγαγεν. ut ego arbitror, rectius: sensus enim est, Homerum apte & convenienter hos Cimmerios, fabulæ continuandæ & exornandæ causa, in tenebrosam Italiæ regionem transtulisse. Inspice sedulo, lector optime; spero te mihi accessurum. Si ut nunc editur, posteriori loco ponendum esset adverbium οἰκείως, τὸν οἰκείως καθ' ᾅδην, non οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην scripsisset Geographus. Nunc ad istum fere modum licebit, opinor, hæc interpretari. *Ita cum sciret Cimmerios habitare ab ipsis dictum illum Bosporum, in Boream versum, & caligine obsitum; apte satis transtulit eos in locum tenebrosum, qui apud inferos est, quique satis illi videbatur idoneus ad pertexendam errorum hujusmodi fabulam. Hos autem Homero notos fuisse, annalium scriptores docent, referentes irruptionem Cimmeriorum aut in ea quæ paulum præcessere, aut in ipsa illius tempora.* Straboni assentitur Eustathius, ad Odyss. λ'. ut sæpe alias: forsitan & plures, quos inveniet cui otium fuerit talia rimari. Hæc Johannes Columbus in notis ad fabulas aliquot Homericas de Ulixis erroribus. pag. 105.

pag. 70. Περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν) Infra Lib. XVI. p. 784. edit. Paris.

pag. 71. Τοὺς τρωγλοδύτας) Casaubonus vidit Ἐρεμβοὺς esse legendum, quod probat Bodæus à Stapel ad Theophrasti Histor. Plant. Lib. VI. cap. 2. pag. 556.

pag. 91. Ἠγὰρ προσχωσις &c.) Stephano Σαλμυδησσὸς est κόλπος τοῦ Πόντου. Straboni πρόσχωσις. non quidem τῆς περὶ τὰ στόματα τῆς Ἴστρου, quod putavit Strabonem scripsisse Casaubonus, quem ideoque reprehendit immerito in Notis, contenditque *Salmydessum nihil ad Istrum pertinere: imo fluvium esse* ait *Sophoclis & Lycophronis Scholiastarum auctoritate*; neque enim illa τὰ περὶ τὰ στόματα τῆς Ἴστρου referenda ad Salmydessum arbitror, sed tantum ad τὰ λεγόμενα στήθη, καὶ ἡ Σκυθῶν ἐρημία. Eodem modo accipe, quæ scribit idem Strabo lib. I. p. 50. Καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, τόντε Σαλμυδησσὸν, καὶ τὰ καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν, τὰ περὶ τὸν Ἴστρον, καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν. Certe Salmydessum procul ab Istro esse, vicinumque Bosporo constat ex Sophocl. Antigon. v. 1081. & Lycophr. Cassand. v. 1285. At fluvium esse vix mihi persuaserit Casaubonus. Strabo certe l. 7. p. 319. vocat αἰγιαλὸν sicut noster: cui & Ptolemæus assentitur l. 3. Geogr. c. 11. ubi tamen Ἀλμιδισσὸς legitur. Urbs porro quæ hoc in loco collocatur à Mela l. 2. c. 2. *Halmydessos* dicitur: à Plinio l. 4. cap. 11. *Almedessos*. Suidæ Σαλμυδησσὸς, τόπος Θρᾴκης. Existimo ego Salmydessum vocari & littus Ponti ab ingesto à quodam fluvio cœno exaggeratum, & urbem illic sitam; neque enim sibilus & adspiratio diversas efficiunt voces. vide Casaubon. in Strabon. l. 1. p. 50. annotat. p. 32. Urbs vel ora maritima potest intelligi apud Herodot. l. 4. p. 254. Οἱ μὲν γὰρ δὴ τὸν Σαλμυδησσὸν ἔχοντες Θρῆικες. Certe Σαλμυδησσὸς urbs Thraciæ, in qua habitarit Phineus, est Apollodoro. l. 1. pag. 31. *Erasm. Vindingius in Scymnum Chium.*

pag. 99. Θήραν καὶ Θηρασίαν νήσους ἱδρυμένας ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας, ὧν ἡ Θήρα μητρόπολίς ἐστι Κυρήνης. *Theræ & Therasiæ insulis in freto sitis, quod est inter Cretam & Cyrenen, quarum Thera est mater Cyrenes coloniæ ex ea deductæ*) Jacobo Palmerio libentissime assentior, qui errorem insignem admodum in hoc textu deprehendit, quem sane Strabo non admiserit, quandoquidem ipse profert alibi, quod huic sententiæ contrarium est. Esto igitur: loco Κυρηναίας legatur Κυθηρίας, quamquam à Laconica Thera nimium distet, nempe plus quam 180. milliaribus, aut Græcorum more plus quam 1180. stadiis. Ipse à Thera ad Melum octoginta milliaria emensus sum, à Melo autem ad viciniorem Peloponnesi terram alia octoginta, intersunt & amplius. De Gozis vero, quos Niger ad Cretæ partem occidentalem collocat, quod ideo eum reprehendit Palmerius, bene non facit. Hi enim Gozi, uti vocant hodie, sunt revera illic, ubi eos sitos esse Niger affirmat, diversi ab iis qui Melitæ insulæ sunt vicini. Antonius Gallandius ad D. Cossonum. vid. Memoriam Cossonianam. p. 33.

pag. 104. Ἐν Ὀμφάλῃ Σατυρεῖς) Richardus Bentlejus in eruditissima ad Virum Clariss. Joannem Millium epistola, subjecta Joannis Malalæ Historiæ Chronicæ p. 57. eleganter hoc modo refingit locum.

Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησὶν Ἐν Ὀμφάλῃ Σατύροις
Εὐβοΐδα μὲ γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτὴν ἐκτεμὼν
Προβλῆτα πορθμῷ &c. Vide ipsum Bentlejum.

pag. 137. Ἢν Καλοῦσι Νέριον) Recte notat Casaubonus ex ipso Strabone ita esse legendum, siquidem infra pag. 153. inquit Ὕστατοι δ' Οἰκοῦσιν Ἀρτάβροι περὶ τὸν ἄκραν, ἣ καλεῖται Νέριον. Idem observavit Merula Cosmograph. Part. II. Lib. II. cap. 5. quo loco addit *speculum Britanniæ* vocari ab Æthico & Orosio, hodie vero à nautis *Cabo de Finis Terræ* in Galecia.

pag. 155. Τοῦ τῶν Κορινθίων ἀγῶνος) Isaacus Casaubonus ex Henrici Stephani soceri sui codice ait in quatuor M. L. libris legi Κορίων, sed vulgatam lectionem multis tuetur amplissimus G. Cuperus Observation. Lib. IV. cap. 15.

pag. 167. Οὐδὲ τοῦ Βορυσθένους οὐδὲ τοῦ Ὑπάνιος) de Boristhene atque Hypani videndus est Martin. Opitius Variar. Lection. cap. 6.

pag. 184. Καὶ Ἰλούα) Hæc duo verba etiam expungit Ph. Cluverius Italiæ Antiquæ Lib. II. cap. 2. pag. 504.

pag. 203. Διὰ δὲ τούτων ὡς δι' αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν, πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας.) Quid quæso tibiæ aut fistulæ apud Veteres præstitere ad dilatandum visum? Lege itaque ὑαλῶν non αὐλῶν, quod ineptum. Crystallo enim & vitro hanc potissimum vim inesse nemo est qui nesciat. Plura de ratione & causis, cur magnitudo solis subinde oriatur, vide apud Isaac. Vossium ad Pomponii Melæ Lib. I. cap. 18.

pag. 204. Ἐνταῦθα δὴ ὄρος ἐστὶ τῶν Ἰβήρων ἡ Κάλπη, τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα, καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν νησοειδὲς φαίνεσθαι. *Ibidem Calpe mons, ambitu non magnus, sed altitudine ingens, & recte consurgens, ut eminus columnæ speciem*

ciem præbeat.) Ita legenda atque interpretanda hæc: ubi vulgo inepte editur & exponitur, νησοειδὲς. Ipſe emendationi huic ſubſcribit Geographus pag. 258. Ἔνιοι δὲ ϛήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ Ἀβύλυκα, &c. Vide ſequentia, & maxime quæ Euſtathius annotat ad Dionyſ. verſ. LXIV. qui etiam hæc poſt alia: ϛήλαις εἰκάζονται. ἐξοχὴν γάρ τινα ἐμφαίνουσι καὶ αὐτὰ οἵαν καὶ αἱ ϛῆλαι, καὶ αἱ ϛηλίδες. καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα ϛῆλαι ἂν λέγοιντο. Nec aliud ſenſit Mela, ex quo vulgatam explicare conabatur ὁ πάνυ Caſaubonus. Lib. II. cap. 6. *montes efficiunt, columnæ Herculis Abyla & Calpe, uterque quidem, ſed Calpe magis, & pene totus in mare prominens.* Idem Lib. I. cap. 5. *Deinde eſt mons prææltus, ei quem ex adverſo Hiſpania attollit objectus: hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrumque.* Quæ evincunt etiam, non *parva*, ſed vel *alta*, vel *pervia*, aut tale quid potius apud Avienum legendum, (cum de duabus Herculis columnis eadem ſcribat in ora maritima verſ. 343.

Sunt parva porro ſaxa prominentia
Abila atque Calpe: Calpe in Hiſpano ſolo,
Maurusiorum eſt Abila.)

Hic ut *pervia* legatur, præter lectionis affinitatem, ſuadent illa quæ ſequuntur apud Melam loco prius citato de Calpe monte: *Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua ſpectat occaſum, medinm fere latus aperit: atque inde ingreſſus totus admodum pervius, prope quantum patet ſpecus.* Vlitius in Comment. ad M. Aur. Olympii Nemeſiani Cynegeticon. verſ. 252. pag. 406.

pag. 205. Καὶ πρὸς αὐτὸ Κάλπη πόλις) Hunc locum infeliciter ſollicitat Caſaubonus, cum Καρτηΐα reponit; Etenim auctor eſt Stephanus Κάλπην & Κάλπειαν à nonnullis urbem hanc eſſe dictam. Κάλπη, inquit, πόλις Ἰβηρίας, ἐθνικὸν Καλπιανὸς, λέγουσι γὰρ καὶ τὴν πόλιν Κάρπειαν, τινὲς τούτους Καρπητανοὺς οὐ Καλπιανούς φασι. Qui locus ſic à nobis reſtitutus eſt. Emendationem vero noſtram ipſe confirmat Stephanus in Καρπηΐα cum ait. Εἴρηται ἐν τῷ Κάλπη, ὅτι τινες Κάρπειαν τὴν πόλιν φασὶ καὶ Καρπηΐανοὺς τὸ ἐθνικόν. pro Κάλπειαν forte legendum eſt Κάλπειαν, ut in priore loco ſcriptum eſt: tamen Pauſanias in Eliacorum 2. Καρπίαν nominat. Εἰσὶ δ᾽ οἳ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα ταρτησσόν. Quid quod & Appianus in Hiſpanienſi eandem Καρπησσὸν vocat, credo ad antiquam τῆς Ταρτησσοῦ appellationem alludens. Sic enim priſcis temporibus nominata eſſe dicitur, teſte Strabone, Pauſania, Mela, ac Plinio. Quanquam Silius Italicus Lib. III. verſ. 396. & diſtinxit ſimul & confudit his verſibus:

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proavis fuit humani ditiſſimus ævi
Ter denos decies emenſus belliger annos.
Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo.

Vid. Henrici Valeſii adnotationes in collectanea ſive excerpta ex Nicolao Damaſceno p. 72.

pag. 205. Κάλπη πόλις) Viri ſummi, Iſaac. Caſaubonus & S. Bochartus pro Κάλπη legunt Καρτηΐα. Verum Lud. Nonnius in deſcriptione Hiſpaniæ cap. X. vulgatam tuetur lectionem cum ſcribat: Scio Clariſſ. virum Caſaubonum lectionem hanc Strabonis non recipere & loco Κάλπη legere Καρτεία, quia nemo veterum *Calpes* urbis meminit, præter Antonini Itinerarium, quod ut depravatum etiam rejicit, ſed quam vere, viderit lector. Interim parum firmæ ejus rationes, ut à codicum omnium conſenſu recedam, videntur: præſertim, cum eo loci hodierno aevo urbs ſita eſt, *Gibralter* dicta, qua Poeni primum in Hiſpaniam irrupere, acciti à Juliano comite nomenque illius priſcum in ducis *Tarif* memoriam mutatum. Conjecturæ meæ favet Amb. Morales Lib. XII. cap. 68. & P. Joan. Mariana Rer. Hiſpan. Lib. VI. cap. 22. vocat *Gibraltar*, *Heracleam.* Vid. & Forbeſii Inſtruct. Hiſtorico Theolog. Lib. IV. cap. 17. n. 9. Cellanus Lib. II. cap. 1. pag. 58.

pag. 205. Εἶτα Μελλαρία.) Berkelius ad Stephanum de urbibus pag. 221. reſtituit Μηλάρια.

pag. 207. Πόλις Ἐβοῦρα) Ipſe Caſaubonus in ſerie erratorum reſcribi jubet Ἀιβοῦρα.

pag. 207. Μαρκέλλου Κτίσμα) Quiſnam Cordubam condiderit Marcellus cum ſit incertum, adſcribam verba eruditiſſimi viri Lud. Nonnii, quæ exſtant c. 19. in deſcriptione Hiſpaniæ. Strabo, ait, Marcelli opus eſſe aſſerit: ſed cujus Marcelli dubitatur hactenus. Vaſæus illius putat eſſe, qui tempore civilis belli inter Cæſarem & Pompejum res in Hiſpania geſſit: cui conjecturæ ſuffragatur, quod nuſquam ante illud tempus *Cordubæ* mentio fiat. Nam & T. Livius cum multas Baeticæ urbes commemoret, hanc ſilentio transmittit, ſed cum, Strabone teſte, prima hæc colonia ſit, in Hiſpaniam à Populo Rom. deducta, non poteſt illius Marcelli opus fuiſſe: tum quia mentio aliqua illius rei facta fuiſſet ab A. Hirtio, præcipue ſeditione illa orta inter Marcellum & Caſſium Cæſaris duces prope *Cordubam.* Scio Caſaubonum ejus eſſe opinionis, ut dicat ideo Cordubam opus eſſe Marcelli, eo quod Colonia ejus tempore, aut ductu huc miſſa ſit, ſed cum ipſo Strabone pugnat, ut oſtendi. Non enim illo tempore prima potuit colonia deducta eſſe, cum Scipionum tempeſtate nonnullæ fundatæ fuerint.

pag. 213. Σαλτιῆται) Recte Σεταβῆται repoſuit Caſaubon. *Setabis* enim urbs vocabatur, quæ olim *Auguſta Valeria* nunc *Xativa*: videſis Lud. Nonnii Hiſpaniam cap. 68.

pag. 215. Ἐξαιρουμένη δὲ ἐκ θάμνου ταπεινῆς ἧττον.) Scribe Ἐξαιρουμένη δὲ, θαμνῷ ταπεινῆς ἧττον, deleto ἐκ. Minus alte è terra attolli dicit, quam humilem fruticem quemlibet. *Bodaeus à Stapel. ad Theophraſt. Hiſtor. Plant. Lib. III. cap. 16. pag. 240.*

pag. 221. Καϛαῶνι) Apud Strabonem Libro III. nomen hujus urbis aliquoties depravatum eſt Καϛάων pro Καϛάλων. *P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. II. cap. 20.*

pag. 223. Ὀδύσσεια πόλις) Non eſt quod dubitet Caſaubonus hanc eandem eſſe urbem, quæ *Ulyſippo* antiquis, hodie *Lisbona* vocatur, uti pluribus probat P. Merula, Coſmogr. Part. II. Lib. II. cap. 26. vel ipſius verbis Strabonis, quæ occurrunt infra pag. 157.

pag. 225. Πεζαυγοῦσα) Παξαυγοῦσα legendum eſſe docet vir Clariſſimus Chriſtoph. Cellarius Notitiæ Orbis Antiq. L. II. cap. 1.

pag. 228. Καὶ Ὠρία) P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. II. cap. 20. *Oretani* Ὠρητανοὶ Ptolemæo & Straboni; *Germani* Plinio, unde urbs eorum Ptolemæo Ὤρητον Γερμανῶν, Stephano ſimpliciter Ὠρισία, Straboni fortean inemendatius Ὠρία, hodie *Oreto*, ut ſcribit Moralis.

pag. 230. Οἱ δὲ Βελιῶνα καλοῦσι) Rejectam ab Iſaaco Caſaubono opinionem tuetur Merula Coſmogr. Part. II. Lib. II. cap. 7. legique vult Ὀβλιβιούνα.

pag. 234. Κονιακοὶ) Delrius ad Senecæ Hippolytum ℣ſ. 110. ex Horatio & Silio ſcribendum ait Κώνκανοι. verum P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. II. cap. 11. mavult Κονκανοὶ.

pag. 235. Αἰλητανούς) Lege Λαλητανούς P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. II. cap. 15. & infra pag. 159. pro Λειτανῶν.

pag. 244. Καὶ Ἰλεόσκαν) Corrupte legitur *Ileoſca* loco *Oſcæ.* Nuſquam enim apud Ptolemæum, aliumve Claſſicum ſcriptorem, *Iſeaſcæ* mentio inter Illergetas ſed *Oſca* paſſim. *Lud. Nonnius Hiſpan.* cap. 83.

pag. 244. Ἐτελεύτα δὲ νόσῳ) Clar. Puteanum feliciter ex Vellejo emendaſſe ἐτέλευτα δ᾽ ἐν Ὄσκῃ *ex ſtinctus eſt Oſcæ* ait *Nonnius Hiſpaniæ* cap. 83. *Gerard. Voſſius F. ad Vellej. Paterc.* Lib. II. cap. 30.

pag. 245. Ἐν ᾧ πόλις Πομπέλων &c.) Fateor dubie dixiſſe Strabonem, quidquid in hac cauſſa dixit; incertum-

incertumque esse, utrum adluserit ad nomen Pompeji, an ipsum pro conditore oppidi habuerit. Si habuit, cur non clarius exposuit, uti in aliis urbium conditoribus fecit? Cur non solum nomen Pompejopolis ponit, uti in Cilice & Ponticis Pompeji monimentis geographi faciunt? cur nemo posteriorum repetiit, sed Plinius, Ptolemæus, Antoninus constanter *Pompelonem* nominarunt? An vero de Strabone, diligentissimo scriptore peritissimoque, credi potest, ignorasse quas urbes Pompejus condiderit, aut de fama dubitasse, quæ non antiqua erat, sed intra seculum conclusa, aut breviore contenta spatio? Sed quoquo modo res Pompelonis habet, Strabonis verba nolim sollicitare, aut glossæ movere suspicionem: quin credam potius, ὡς voculam, non similitudinis aut adlusionis sed veritatis, ut sæpe solet, notam esse. *Christ. Cellarius Notit. Orbis Antiqui* L. II. c. 1.

pag. 253. Ταγμάτων i. e. *Cohortium*) Lipsius ad Tacit. Histor. Lib. I. cap. 16. vertit *legionum*.

pag. 259. Γαδειρίδας) Berkelius ad Stephanum de Urbibus v. Γάδειρα ex Pindaro vult rescribi Γαδειρικάς. Verum Eustathius ad Dionysii versum 64. eadem citans Pindari verba, exprimit vulgatam lectionem.

pag. 259. Ὡς τοῦτ') Ipse Casaubonus in suis ad primam editionem adjectis erratorum emendationibus ait Eustathium legere ἐν ταῦτα. locus Eustathii exstat ad Dionysii versum 64.

pag. 265. Ὅμοιοι τοῖς τράγοις ταῖς ὑπήναις) Casaubonus, ridiculam existimans hanc lectionem, reponit Ποιναῖς. Verum vulgatam lectionem pluribus defendit eruditissimus Raphaël Fabrettus in elaboratissimis commentariis de Columna Trajani cap. 1. pag. 19. & seqq.

pag. 270. Κτίσμα δ' ἐςὶ Φωκαιέων ἡ Μασσιλία) Duplicem opinionem de conditoribus Massiliæ enarrat in eruditissimis notis ad Ammianum Marcellinum Lib. xv. c. 9. p. 98. Henricus Valesius, quem vide.

pag. 271. Τὴν δὲ Ῥοδανουσίαν καὶ Ἀγάθην τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν ζαρβάροις) Vulgo legitur Ῥόην ἀγαθὴν, pro quo Casaubonus scribebat Ῥόδην καὶ Ἀγαθὴν. Sed ita, ut dixi, scripsit Strabo, vel turpiter erravit. Absurdum enim fuerit existimare, Rhodam, quæ est in Hispania, adversus accolarum Rhodani excursionem à Massiliensibus fuisse conditam. Rhodam vero in Gallia nemo unquam somniavit. Nam errorem illum Plinii, (cum censet *Rhodam urbem* nomen dedisse Rhodano flumini Lib. III. cap. 4. *Atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multo Galliarum fertilissimus amnis Rhodanus*) ex confusione Rhodæ & Rhodanusiæ ortum esse, tam est certum, quam quod certissimum. Strabo præterea Rhodæ in finibus Iberorum superius jam meminit p. 106. Hic verò inquit Massilienses oppida & munimenta circumjacentibus undique Barbaris opposuisse; Iberis quidem Rhodan & Emporias; Barbaris verò circa Rhodanum, Agatham & Rhodanusiam; Liguribus & Saliis, Tauroentium, Olbiam, Antipolin & Nicæam. Aliter verba Strabonis accipi nec possunt, nec debent. Isaac. Voss. in Obser. ad Pompon. Mel. Lib. II. c. 6.

pag. 274. Τὸ Σίγιον) P. Merula Cosmograph. Part. II. Lib. III. c. 5. Σήτιον nominari ait, Ptolemæo, Setium Antonino, Σίγιον Straboni, corruptius, nisi hoc sit *Cabo de S. Sigo*, de quo paulo ante. Setium certe hodie *Cap de Cete* Scribente Clusio.

pag. 281. ἡ Πλανασία) Hanc Planasiam ita describit Montfaucon Diarii Italici cap. 1. p. 9. Planasia, inquit, vocata à Strabone, est figura pene ovali oblonga, ambitus duorum milliarium, amœno conspectu, angulos habens acutos ad Orientem & Occidentem, pinetis vestitos. Interfluit seu Euripus quidam 600. passuum, qui Leronem à Lerina dirimit; est autem Lerina à meridie Leronis.

pag. 283. Φέρεται δ' ἄνω &c.) Vide sis hunc locum explicantem P. Merulam Cosmograph. Part. II. Lib. III. cap. 9. ubi docet vocem ἐξιὼν apud Strabonem non significare *exientem* Latinis, sed *exitum quærentem*, quod probat ex Ammiano Marcellino Lib. XV. c. 11. qui Rhodanum describens ait: *sed altrinsecus summitates undæ præterlabens segniores quæritans exitus, viam sibi impetu veloci molitur.*

pag. 284. Σεγοσιαῶν) Casaubonus subjicit veteres libros habere Ἐγγοσιάνων. Et ita forte legendum apud P. Merulam Cosmogr. Part. II. Lib. III. c. 24. pro Ἐγοσιάνων, quomodo vitiose vocari eos ait apud Strabonem, ubi ille legit Σαιγοσιάνων.

pag. 288. Καὶ Ὑαδέτας) Emendationem Xylandri, Καλέτοις substituentis, probat P. Merula Cosmograph. P. II. Lib. III. c. 30. confirmatque loco Strabonis L. IV. pag. 194. καὶ Καλέτοι, μέχρι τῆς ἐκβολῆς &c.

pag. 289. Τῶν Ἰοσκῶν) Scribe Οὐίσκων. P. Merula Cosmograph. Part. II. Lib. III. c. 34.

pag. 290. Ἔχουσι δὲ Τάρβελλοι τὸν κόλπον.) Male vertunt interpretes *sinum hunc habent Tarbelli*, dicendum enim fuerat: *Habent vero & sinum Tarbelli*: ne *sinum Gallicum*, de quo paulo ante verba fecerat Strabo, tribuere videatur Tarbellis: *Gallicumque*, qui ad mare Mediterraneum, cum *Tarbellico* vel *Aquitanico*, qui ad oceanum, confundere. *Merula Cosm. Part. II. L. III. c.* 7.

pag. 290. Ἑλβοὶ) Male Strabo Ἐλουΐους, *Helvios*, in quatuordecim gentibus, ab Augusto Aquitaniæ adjectis, numerat, a quibus Gebennæ jugis separantur. *Chr. Cellarius Notit. Orbis Antiq.* L. II. cap. 2.

pag. 293. Οἰκοῦσιν Αἰτουάτιοι) Casaubonus ex ipso Strabone pag. 204. demonstrat legendum esse Ναντουᾶται, quod suo calculo probat Cluverius German. Antiq. L. II. c. 6. pag. 25, 26.

pag. 293. Πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσιν Αἰτουάτιοι) Lege Ἐλουήτιοι. Phil. Cluver. Germaniæ Antiq. L. II. cap. 6. & mox pro Διαδουέλλα restituendum esse Ἀδούλα idem docet Cluverius Italiæ Antiquæ L. I. cap. 52. pag. 345.

pag. 295. Τρικάγροι) Τρικάγροι apud Strabonem, quem Geographum historicum appellare liceat, meâ & multis rationibus argumentisque innixa opinione mendosè leguntur. Agit enim ibi de *Tungris*, qui propius à Rheno absunt, nunquam enim leguntur *Trivagri*, etsi in antiquis codicibus Latinis, *Triusgros* inveniamus. (Rationem hujus sententiæ dat Celeber. Auctor thesi antecedente) Primam Belgicam incolunt Treviri, quorum apud scriptores priscos mentio per est frequens, constatque insuper, caput rerum ibi fuisse Augustam Trevirorum, ubi quoniam & domicilium Romanorum Cæsarum & officina quoque numaria fuit: alterum ex Ammiano Marcellino, Juliani expeditionis comite, testeque oculato liquet, alterum probant numi in urbe Trevirorum cusi, qui ostendunt has literas; P. T R. id est, pecunia Trevirensis. patetque ex toto contextu Strabonis non *Treviros*, (qui apud Dionem per Τρηκήρους, non vero Τρίκρυς restituendi) sed *Tungros* intelligi & legi debere. vid. Schurzfleischii opera Hist. Polit. p. 77. § 20. & 19.

pag. 296. Οἱ Σόηβοι) Vett. libri Σουῆβοι teste Casaubono, quam lectionem recipit Ph. Cluverius German. Antiq. L. II c. 17. pag. 78.

pag. 296. Ὑφ' ὧν οἱ ἐξελαυνόμενοι) Pulsos, ait, a Suevis confugisse cis Rhenum, quinam igitur illi pulsi? Certe nulli alii, nisi *Ubii*, quibus perpetuum cum Suevis istis bellum. proinde etiam vocabulum hoc Οὔβιοι in Strabonis exemplaribus ante vocem ἐξελαυνόμενοι interiisse censeo, &c. *Ph. Cluverius German. Antiq. L. II. c.* 17. *pag.* 79.

pag. 296. Ὅσην οἱ συγγραφεῖς &c.) Ph. Cluverius German. Antiq. Lib. II. cap. 38. pag. 191. refutat ea quæ ad hunc locum commentatus est magnus Casaubonus.

pag. 297. Καὶ Μέλδοι, καὶ Ληξοϐίοι &c.) Meldos Strabo imprudenter cum Lexoviis παρωκεανῖται facit, qui ſunt in ipſo Galliæ meditullio, ubi nunc ad Matronam amnem *Meaulx* opidum. *P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. III. cap.* 23.

pag. 297. Τὰ λοιπὰ Βελγῶν ἐστὶν ἔθνη &c.) Mirum vulgares Strabonis editiones *Venetos* Belgis adſcribere, *Veneti* enim non Belgicæ, ſed Celticæ ſunt populi, unde legendum pro Βελγῶν cenſeo Κελτῶν. *P. Merula Coſmographiæ P. II. Lib. III. cap.* 31.

pag. 300. Ἀκρόμαλλος δέ) Lege μακρόμαλλος δέ id eſt, *ſed admodum villoſa.* Cluverius Germaniæ Antiq. L. I. cap. 16. pag. 137.

pag. 300. Λαίνας) Repone Χλαίνας. P. Merula Coſmograph. P. II. Lib. III. c. 15.

pag. 301. Καὶ μέρις) Μάτερις vel Μάταρις ſcribendum eſſe docent & Merula Coſmograph. P. II. Lib. III. c. 13. & Boxhornius Origin. Celtic. c. 2. p. 24. quæ ſua deſumſit ex Bocharti Chanaan Lib. I. cap. 42. Locus autem Scaligeri a Caſaubono indicatus extat in notis ad Virgilii Catalecta pag. 282.

pag. 305. T. Καὶ εἴκοσι σταδίους &c.) Miror Strabonem, diligentiſſimum alioqui ſatiſque ſui memorem Auctorem, eundem Stadiorum numerum ponere inter *flumina Celticæ* (intelligit *Ligerim*, & *Sequanam*, nam p. 193. de iis egerat & *Britanniam.*) Δίαρμα δ' ἐστὶν εἰς τὴν Βρεττανικὴν, ait ἀπὸ τῶν ποταμῶν τῆς Κελτικῆς εἴκοσι καὶ τ στάδιοι. Quod eſſe non poteſt. Trajectus enim ab oſtio Sequanæ in Britanniam major eſt quam CCCXX ſtadiorum & multo major ex Ligeris oſtio. Quidquid ſit, Strabonis ſtadia CCCXX, Cæſaris autem XL *millia paſſuum* ſi cum hodierna menſurandi ratione committantur, dabunt XIII Leucas vel milliaria. Tantum hodie circiter eſt intervallum inter finitima *Bononiæ* littora, & proximas Angliæ oras. *P. Merula Coſmograph. Part. II. Lib. III. cap.* 20.

pag. 311. Ἀλβιεῖς καὶ Ἀλβίοικοι) Hactenus vitiato vocabulo leguntur Ἀλβίοικοι pro Ἀλβικοί, uti conſtat ex J. Cæſ. de B. Civ. I. 34. *Ph. Cluver. Vindelic. & Noric.* c. 2. p. 6. & Italiæ Antiq. Lib. I. cap. 30. pag. 318.

pag. 312. Ὧν ἐκ μὲν τῆς ἑτέρας ἐστὶν &c.) Vitiata hæc a librariis ita corrigo. ὧν ἐκ μὲν τῆς ἑτέρας ὁ Δρουεντίας ποταμὸς χαραδρώδης ὡς ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καταράττει, καὶ ὁ Δουρίας εἰς τἀναντία. Nam lib. V. accuſativus legitur τὸν Δρουεντίαν & eodem modo Libro IV. antea corruptus itidem genitivus διὰ Δρουεντίας pro διὰ Δρουεντία. qui amnis Livio Lib. XXI. Plinio Lib. III. c. IV. & Marcellino Lib. XV, *Druentia* dicitur. *Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. I. cap.* 36. *pag.* 408.

pag. 313. Τῇ μὲν Ῥαιτοὶ καὶ Οὐένονες &c.) Scriptum fuiſſe ab Strabone ſuſpicor in hunc modum: τῇ μὲν, Ληπόντιοι Ῥαιτοὶ, τῇ δὲ Οὐέννωνες *Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. I. c.* 14. *pag.* 99.

pag. 313. Ὥστε τὰς δι' αὐτῶν ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους) Lege τῶν ὀρῶν. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. I. c. 15. pag. 103. & L. I. c. 33. pag. 357.

pag. 315. Εἰς Ἐπορεδίαν) Voſſius ad Vellejum Paterculum Lib. I. c. 15. legit Ἐπορεδίαν, ſequutus Ptolemæum & Plinium.

pag. 315. Λειπόντιοι) Scribe Ληπόντιοι. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 14. p. 99.

pag. 316. Λικάττιοι καὶ Κλαυτινάτιοι) Non facile dixeris, utrum è Strabone apud Plinium recte legas *Clatenates*, an vero ex hoc apud Strabonem Καυτινάτιοι. *Ph. Cluver. Vindelic. & Noric. c.* 3. *pag.* 11.

pag. 316. Καὶ ἡ τῶν Λικαττίων) Vocabulum eorum vitioſe in Strabonis exemplaribus ſcribi judico per geminum ττ Λικάττιοι, quum Plinio ſint Licates & Ptolemæo Λικάτιοι. *Ph. Cluverius Vindeliciæ & Noric. cap.* 4. *pag.* 11. Adde clar. Cellarium Geograph. Antiq. L. II. c. 7. pag. 329.

pag. 316. Διά τε τὰς τέχνας) Iſaacus Caſaubonus in corrigendis ait ſcribendum ἀτεχνίας.

pag. 317. Ὑπέρκειται δὲ τῶν Καρνῶν τὸ Ἀπέννινον ὄρος) Legendum eſſe Ἄλπιον docet Ph. Cluverius Italiæ Antiq. L. I. cap. 18. pag. 140. & 172. & cap. 32. pag. 352, 353.

pag. 317. Λίμνην ἔχον ἐξιεῖσαν εἰς τὸν Ἴσαρον) Forte ſcripſerit Strabo, Λίμνην ἔχον ἐξιεῖσαν εἰς τὸν Ἄταγιν ποταμόν. ὃν παραλαβὼν Ἄτεσις ἄλλος ποταμὸς, εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐκβάλλει. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. I. cap. 18. pag. 140.

pag. 317. Τε Ἀπέννινον ὄρος) Lege Ἄλπιον. Phil. Cluverius Ital. Antiq. L. I. c. 19. p. 174.

pag. 317. Καὶ τὰ ὑπερκείμενα &c.) Lege τὰ ὑπερκείμενα τῶν Νορικῶν, ἐξ ὧν Δραῦς καὶ ὁ Σαῦος. Phil. Cluverius Lib. I. c. 19. p. 174. & L. I. c. 32. p. 353.

pag. 317. Ἰάποδες) Scribe ubique Ἰάπυδες, qui Latinis auctoribus dicti *Iapydes*, & *Iapides*; fragmento etiam faſtorum triumphalium *Iapudes*. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. I. c. 19. p. 174. & 176. & L. I. c. 32. pag. 349.

pag. 317. Ἀρούπεινον) Rectius Ἀρούπιον quod Antonino *Aurupium*, Tabulæ Itinerariæ *Arpium*: Ptolemæo itidem vitiatum Ἀρουκία pro Ἀρουπία. opidani inde Appiano in rebus Illyricis Ἀρουπῖνοι. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 19. p. 174.

pag. 318. Οὔενδρον) Rectius paullo ex libro VII. ubi hæc repetuntur Οὔενδων. Nam inde Antonino & Tabulæ obliquus caſus eſt *Avendone*: atque Appiano in Illyricis corrupto itidem vocabulo Αὐενδεάται pro Αὐενδονάται, unde apud hunc noſtrum auctorem ſcribo Ἀουένδων. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 19. pag. 174. & L. I. c. 32. pag. 347.

pag. 318. Παρ' ἣν ὁ Ῥῆνος αὐτὸς παραρρεῖ) Mendoſum hunc locum atque vitiatum eſſe, quo multa confunduntur, vidit antiquæ geographiæ, ſi quis alius, peritiſſimus Chr. Cellarius Notit. Orb. Antiq. L. II c. 8. Sed Ph. Cluverius Italiæ Antiq. L. I. c. 20. pag. 180 pro mendoſis verbis ſcribendum oſtendit Παρ' ἣν ὁ ῥηθεὶς Σαῦος παραρρεῖ.

pag. 318. Εἰς τὸν καλούμενον Πάμπορτον) Libri IV Πάμπορτον & libri VII Ναύποντον, corrigendum eſſe in Ναύπορτον, non Plinii modo & Itinerariorum, ſed Taciti etiam & Velleji Paterculi confirmat auctoritas. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. I. cap.* 32. *pag.* 349.

pag. 321. Τὴν Οἰνωτρίαν ἐκάλουν Ἰταλίαν.) vide P. Merulam Coſmograph. Part. II Lib. IV. cap 1.

pag. 325. Μάλιστα δ' ὁ Πάδος) Malim μάλιστα δ' ἐκ τοῦ Πάδου. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. I. c. 18. pag. 144.

pag. 326. Τοὺς δὲ Βοΐους ἐξήλασαν ἐκ τῶν τόπων) Contrarium plane ſcribit Julius Obſequens de Prodigiis cap. 36. *Galli qui Alpes tranſierunt in Italiam, ſine prælio ejecti*, Boios Gallorum nomine complexus, nec enim cæteræ Gallicæ gentes Italiam tum reliquere. *M. Velſerus Rer. Boicarum Lib.* 1. *pag.* 35.

pag. 326. Βρηξία καὶ Μάντυα καὶ Ῥήγιον) Nihil certius quam legendum eſſe Βριξία καὶ Μάντυα, καὶ Βέργομον. Ph. Cluverius Ital. Antiq. Lib. I. cap. 25. pag. 248.

pag. 328. Ἐπίτερπον δὲ, καὶ Ὀρδία, καὶ Ἀδρία, καὶ Οὐκέτια.) Locus fœdè corruptus. Legendum ſane, Ὀπιτέργιον δὲ, καὶ Κωνκορδία, καὶ Ἀδρία, καὶ Οὐϊκεντία. *Opitergium, Concordia, Hadria, Vincentia.* Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 18. p. 157. & p. 167 addit: Nomen ejus apud Strabonem Scribendum cenſeo per ω in prima ſyllaba, non vero per ο, ut eſt apud Ptolemæum atque Zoſimum, omnia quippe ejuſmodi vocabula, quæ Latinis compoſita ſunt a particula *con*, Græcis uſurpata per ω animadverto. Sic Κωνστάντιος, Κωνσταντῖνος & Κωνστεντία, ſcripta reperio.

pag. 328. Ἀνάπλουν ἔχοντι, καὶ ὁ σταδίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις &c.) Mendum in iſtis Strabonis latere verbis, quis non animadvertit, quum totus Natiſo à fonte ad mare CCCC haud amplius fluat ſtadiis? quapropter corrigenda ea ſic cenſeo: Διορίζονται δὲ ποτα-

μῶ,

μῷ, ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν, καὶ ἀνάπλουν ἔχοντι σ σαδίων ἐπὶ Ταυρίσκους εἰς Νωρηΐαν πόλιν id eſt, *dirimuntur amne, qui, ab Alpibus profluens, ſubvectionem habet ducentum ſtadiorum in Tauriſcos ad urbem Noreiam.* Ph. Cluverius Vindeliciæ cap. 2. p. 5. verum Italiæ Antiq. L. I. c. 19. p. 172. ait ſe conjicere ſcriptum fuiſſe. Διορίζονται δὲ Τελαυέμπτῳ ποταμῷ, ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν, καὶ ἀνάπλουν ἔχοντι φ' σαδίων ἐπὶ Ταυρίσκους εἰς Νωρηΐαν πόλιν, id eſt, *diſtinguuntur Telavempto fluvio, ex Alpinis montibus delapſo, quo adverſo navigatur per* 10 *ſtadia in Tauriſcos ad Noreiam opidum.*

pag. 328. Καὶ ἱερὸν τοῦ Διομήδους &c.) Vide Ph. a Turre Monument. Veter. Antii pag. 320.

pag. 329. *Quæ in alnos fuerint mutatæ*) Bodæus a Stapel in notis ad Theophraſti Hiſtor. Plant. III cap. 14. pag. 218. docet ſcribendum *quæ in populos nigros fuerint mutatæ.* Conſule notas Jan. Anton. Saraceni ad Dioſcorid. Lib. I. cap. 112. pag. 17.

pag. 331. Δι' ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδὸς, Ἄκαρα) Hic Strabonis commentatores conjectant, corruptum eſſe vocabulum Ἄκαρα ab genuino Ἀχέραι, ſive Ἀχέῤῥαι. Verum hi ſitum Acerrarum apud Adduam parum compertum habuiſſe mihi videntur: quandoquidem neque ab Cremona neque à Placentia iter ferebat per eas Romam. tum Strabo diſerte πολίσματα iſthic recenſet quæ inter Parmam & Ariminum erant ſita in via Aemilia. Quod ſi igitur aliquod *Acara* opidum fuerit hac via, certe ex Strabonis recenſione inter Parmam id fuit & Regium Lepidi. At vero ſimili vocabulo heic nullum umquam fuit. Quapropter ſcriptum fuiſſe arbitror à Strabone δι' ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδος φέρει &c. Ph. Cluverius Italiæ Antiq. L. I. cap. 24. pag. 244.

pag. 332. Ἀκουδισατέλλα) In vulgatis eſt καὶ διακόνισα καὶ Ἴελλεια, legendum Ἀκούαι Στατέλλαι. *Aquæ* ſimpliciter Antonino. *P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. IV. cap.* 33.

pag. 332. Καὶ Ἀκουδισατέλλα) Hoc loco & mox ſequenti doctiſſimus Caſaubonus emendavit ἀκουσατέλλαι. an ſatis recte, dubito. quippe primum haud ignoraſſe auctorem puto, geminum id eſſe loci nomen: dein, quia poſteriori loco eſt vocalis ι in principio vocis Ἴελλεια, omnino perſuaſum habeo, utrobique ſcripſiſſe Strabonem Ἀκούαι Στατιέλλαι. poſteriori vero loco etiam addidiſſe verbum εἰσί. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 10. p. 82.

pag. 332. Καὶ Δέρθων) Neſcio an Strabo in eo vocabulo ſcripſerit ϑ, quum reliqui auctores habeant τ. Stephani epitomator: Δερτὼν, πόλις Λιγυρῶν. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 10. p. 81.

pag. 333. Συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος &c.) At hi conſules fuere anno DLXVI. de quibus Livius Lib. XXXVIII. cap. XLII. *Comitia conſulibus rogandis fuerunt ante diem XII. Kal. Martias. Creati M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius.* Valde vereor, ne cenſores prope cognomines cum his Strabo conſulibus confuderit. Clare enim Livius *Cenſorem Flaminium* auctorem viæ Flaminiæ dixit. *Chr. Cellarius Notit. Orb. Antiq. L. II. cap.* 9.

pag. 334. Καὶ τὸν Σκουτάναν) Apud Strabonem vocabulum antiquum corruptum legitur, Σκουτάνα pro Σκουλτάνα. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 36. pag. 417.

pag. 335. Τὸ δ' ἐφεξῆς διορίζον) Sic equidem habent pleraque exemplaria. at ego multo malim illud ex Aldini editione διορίζων, quod reſpondit illi φερόμενος. utrumque vero ſpectat ad ὁ Τίβερις. tum pro μέρος μὲν τοι lego μέρος μὲν τι. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 10. p. 699.

pag. 340. ὁ Μάκρης ἐςὶ χωρίον) Hujus Macræ quotquot alii meminerunt auctores, amnem, non locum, pronunciarunt. manetque in hanc uſque diem hoc nomine, niſi quod exiguum emollito, vulgo *Magra* dictus, copioſiſſimis rapidiſſimiſque aquis. Proinde ſuſpicatus ſum, ſcriptum fuiſſe hoc loco ab ipſo Strabone, ὁ Μάκρας ἐςὶ ποταμὸς *Macra eſt fluvius.* quippe geographum hunc, alioquin accuratiſſimum, Macra quid eſſet, non exploraſſe, quum Etruriam peragraret, ut ipſe paullo poſt de Populonio promontorio abs ſe conſcenſo teſtatur, haud quaquam veri erat ſimile. Sed dubium hoc in medium relinquo. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. I. c. 8. pag. 55. & cap 9. pag 73.*

pag. 340. Καὶ Αἴσαρος) Vide de commutatione ac varietate hujus vocis, Ph. Cluverium Ital. Antiq. L. II. c. 2. pag. 462.

pag. 340. Ἀλλὰ τριχῇ σχισθεὶς &c.) Id ſane neſcio an ſatis ſine librarii mendo, quum ejus rei nullum hodie exſtet veſtigium. Quare etiam ſuſpicer, ſcripſiſſe ipſum Strabonem διχῇ σχισθεὶς id eſt, *in duas partes diviſus.* Nam pars ejus hodieque apud Caſſinam opidum verſus Ligurnum portum divergit. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 2. p.* 462.

pag. 341. Πονηροὶ γείτοσι) Forte melius γείτονες. Phil. Cluver. Ital. Antiq L. II. c. 2. p. 465.

pag. 343. Περίμετρος περὶ χιλίυς λέγεται καὶ διακοσίυς σαδίυς) Hoc apertum arguit mendum. Ego igitur lego περίμετρος τρισχιλίυς λέγεται καὶ διακοσίυς σαδίους id eſt, *circuitus traditur ſtadiorum ter mille ducentum* hoc eſt millium paſſuum cccc. *Phil. Cluver. Corſicæ Antiq. c. 2. pag.* 501. *Sicil. Antiq.*

pag. 345. Γραουίσκιον) Γραυΐσκαι autem, ne indictæ mihi abeant, Ptolemæo, & *Graviſcæ* Livio, Silio Lib. VIII. Paterculo, Plinio, Antonino; quod in Strabonis codicibus corrupte Γραυίσκον &c. *P. Merula Coſmograph. Part. II. Lib. IV. cap. 21. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 2. p.* 483.

pag. 345. Καὶ Οὐολσίνιον) Paulo poſt obliquum habet caſum περὶ Οὐολσινίους. unde ego conjecerim, hoc loco Strabonem ſcripſiſſe, καὶ Οὐολσίνιοι. Nam variaſſe in tam paucis verbis haud facile crediderim. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 3. p.* 556.

pag. 345. Βληράτοι) Scribe Βλῆρα τε, male in vulgatis exemplaribus Βλήρατοι. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 3. p. 522.

pag. 346. Ἔνιοι δ' οὐ Τυῤῥηνοὺς &c.) Hæc verba ita reſtituere conor. Ἔνιοι δ' οὐ Τυῤῥηνούς φάσι τοὺς Φαλερίους, ἀλλὰ Φαλίσκους ἴδιον ἔθνος εἶναι καὶ ἰδιόγλωσσον, καὶ τοὺς Φαλερίους πόλιν αὐτῶν, οἱ δ' Αἰκουμφαλίσκουμ λέγουσιν, ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ κείμενον, μεταξὺ Ὀκρικλῶν καὶ Ῥώμης. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. II. c. 3. pag. 538.

pag. 347. Καὶ τὸ Γυργοῦνον ὄρος) τὸ Γυγγῦνον ὄρος nominatur apud Strabonem: non dubito, quin ſcripſerit Ἰγγοῦνον, vel Ἰγγίνιον, & is ſit, in quo nunc *D. Ubaldi Fanum*, P. Merula Coſmograph. P. II. L. IV. c. 24 vide Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. II. cap. 7. pag. 625.

pag. 348. Καὶ Νάρνα) Forte Ναρνία, *Narni* hodie. *Merula Coſm. P. II. L. IV. c.* 24.

pag. 348. Εἶτα Κάρσουλοι) Id vocabulum commentatorem Strabonis voluiſſe corrigere e Livio, Plinio, ac Ptolemæo in Καρσέολοι, *Carſeoli*, ego miror. Siquidem *Livii Ptolemaique Carſeoli* Aequorum fuit oppidum, a quo opidani Plinio ſunt Lib. III. c. 12. *Carſeolani.* eidem vero Plinio poſtea cap. 14. opidani recenſentur in Umbria CARSULANI. quorum opidum Tacito Hiſtor. L. III. dicitur CARSULAE, in eadem Umbria ac via Flaminia: qua tum Veſpaſiani exercitus ab Apennini tranſitu ad Narniam & Vitellii exercitum tendebat. Probum igitur vocabulum illud Strabonis, niſi id feminino malis genere exprimi Καρσούλας, *Carſulæ*, ut Tacito dicitur. Verum eam correctionem haud temere admiſerim. quando in innumeris aliis etiam Italiæ urbibus diverſa genera diverſos uſurpaſſe auctores, jam antea ſæpius vidimus, &c. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 7. p.* 638.

pag. 348. Καὶ Ἴτορον) Legendum eſt Ἰγούΐον Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. II. c. 6. p. 612, & cap. 7. pag. 625, 626.

pag. 349. Ἐν Κωτισκολίαις) Lege ἐν Κωτυλίαις P. Merula Coſmogr. P. II. L. IV. c. 12. Verum G. J. Voſſius de Idololatr. L. II. cap. 72. ait Κουτιλίαις reſcribi oportere. Κοτυλίαις legit Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 9. p. 689.

pag. 349. Τρηβούρα) Lege Τρεβούλα P. Merula Coſmogr. P. II. Lib. IV. c. 24.

pag. 351. Λαβῖνον) Pro corrupto hoc vocabulo ſcribendum puto καὶ Καινῖνα. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II c. 8. p. 650. at c. 9. p. 665. καὶ Καινῖνον.

pag. 351. Ἣν καλοῦσιν Ἀβαρουνίαν) Salmaſius ad Vopiſci Aurelianum Cap. 20. legit Ἀμβούρβιον.

pag. 354. Σταδίους ρϛ) Tot equidem ſtadia omnia habent Strabonis exemplaria, vulgata ſimul & manuſcripta, quæ ſciamus: quæ millia paſſuum conficiunt XXIII & paſſus DCCL. At mendum illis ineſſe, cum ſupraſcripti tot auctores, qui XVI. haud amplius millia referunt, tum ipſa hodierna teſtatur experientia, quibus adde Plinii quoque teſtimonium, qui ſub initium dicti Lib. I. c. 5. *Latium*, inquit, *ubi Tiberina oſtia, & Roma, terrarum caput, XVI millium paſſuum intervallo a mari.* Et Plinii epitomator in geographicis Martianus Lib. VI, in Italiæ deſcriptione: *Umbri mox, Latiumque, atque oſtia Tiberina, dehinc ipſa caput gentium Roma. Hæc a mari XVI paſſuum millibus diſparatur.* Scripſiſſe igitur opinor Strabonem ςαδίους ρλ' id eſt ſtadia CXXX: quæ ſunt millia XVI cum duobus ſtadiis. *Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. III. c. 3. c. 872.*

pag. 355. Ἀρδέα, κατοικία Ῥουτούλων ἄνω ὁ ςαδίους Id eſt, *millia paſſuum IX, duobus ſtadiis minus.*) Neſcio, an in tantum aberraverit Strabo, aut ſcriptum ab eo fuerit ν' ςαδίους L. *ſtadia* id eſt *millia* VI *cum paſſibus* CCL. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. c. 5. p. 974.

pag. 355. Τε Στόρας ποταμὸς) Scripſiſſe Strabonem non Ἀςόρας, neque Ἀςύρας ſed Στόρας, quod Latine recte formaveris STURA, fidem maxime confirmat Feſtus, qui inter vocabula incipientia ab *St* ſic habet. *Stura, flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant.* Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. III. c. 7. p. 991.

pag. 356. Ἑξῆς δὲ Φορμίαι) Ita pro Φορμία legendum eſſe docet *Sext. Arcerius in notis ad Aeliani Tactica pag.* 94, 95.

pag. 357. Ἀνέωγε τ' ἐντεῦθεν - ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ &c.) Minime hoc poſterius ἐντεῦθεν intelligendum eſt de ſpeluncis. At primum ἐντεῦθεν mendoſum eſſe exiſtimo a germano auctoris ἐνταῦθα id eſt *heic* ſcilicet, ἐν τῷ κόλπῳ Καϊάτᾳ *in ſinu Caiata*, inter Caietam opidum & Terracinam. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. cap. 10. p. 1063.*

pag. 357. Καὶ ὁ Στατάνος) Pro Σταγανὸς ſcribendum eſt Σιγνινὸς. *Carolus Sigonius ad Ciceron. Oration. pro Cornelio I. pag. 954. T. VI. ed. Grævii.*

pag. 357. ἐν Σιτίνοι) Lege σίνοις. *Carolus Sigonius ad Ciceron. Oration. pro Cornelio I. pag. 954. T. VI. ed. Grævii.*

pag. 359. Ἐξ Ἄλβας.) Vide Ph. Cluverium Ital. Antiq. L. II. c. 10. pag. 713.

pag. 361. Τῶν σφαίρᾳ, καὶ κίρκῳ &c.) Mendoſa ſunt bis terque hæc Strabonis verba, ſed quibus poſt iteratam Iſ. Caſauboni recenſionem nemo facile medeatur. Certum tamen pene nobis legendum σφαίρᾳ καὶ δίσκῳ, quod eidem ſummo etiam viro incidit. Deinde legendum μέχρι τοῦ θεάτρου. *Caſp. Barth. ad Statii Lib. V. Sylv. verſ.* 113. *pag.* 456. *T. I.* Verum Caſauboni emendationem recipit Ger. Joan Voſſius de IV. Artibus Popularib. L. I. c. 3. §. 27.

pag. 362. Κατὰ Κάσινον) Scribe *Caſilinum*, quod prope Capuam eſt: Caſinum autem longe reductum ab Appia. *Chr. Cellarius Geograph. Antiq. Lib. II. cap. 9.*

pag. 362. Φερέντιον, Φορουσίνον) Apud Strabonem corrupta ſunt hæc vocabula, lege Φερεντῖνον, Φρουσινὼν. Ph. Cluverius Ital. Antiq. Lib. III. cap. 6. pag. 983. & cap. 8. pag. 1036. & mox Ἀκουῖνον pro Ἀκυῆνον.

pag. 362. Ἀκούηνον) Legendum ex Ptolemæo Ἀκούινον. *P. Merula Coſmogr. P. II. L. IV. c.* 39.

pag. 363. Τὸν Σίγνιον λεγόμενον) Legendum Σίγνινον. Sic appellat Priſcianus, ſic Martialis L. XIII. Ep. 116. *Potabis liquidum Signina morantia ventrem:*

Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis.

Hinc *ſpumans inimico Signia muſto*

legitur apud Silium Lib. VIII. ℣ſ. 379. *P. Merula Coſmogr. P. II. Lib. IV. cap.* 4.

pag. 363. Καὶ Σύεσσα) Scribe καὶ Σύεσσα τῶν Ποντίων. *Carolus Sigonius ad Ciceron. Oration pro Cornelio I. pag.* 954. *T. VI. ed. Græv.*

pag. 363. Πρὸ δὲ ταύτης ἐςὶ Πρίβερνον, καὶ Κόρα &c.) Locus hic ſane non erroribus tantum ipſius auctoris, ſed & exſcriptorum mendis fœdatus. Nam neque Privernum neque Aletrium, nec Fregellæ citra Signiam ſunt ſitæ. Nec Aletrium intra Latinam Appiamque vias: ſed ad Latinæ ſiniſtrum latus. Vox autem iſta Τραπόντιον jam ante me ab omnibus auctoris interpretibus, commentatoribuſque damnata eſt; pro qua alii Κλώςρα, Ἄντιον alii; præmiſſa voce Σύεσσα, τῶν Ποντίων, reſtituere ſunt conati. Verum illis non animadverſum fuit, Strabonem heic velle oppida ad Appiam Latinamque vias ſita: Cloſtra autem & Antium in ipſo fuiſſe litore: quorum hoc jam antea Strabo diligenti expoſitione meminit. Qui vero Σύεσσα τῶν Ποντίων legunt, haud dubie Sueſſam Pometiam intellexerunt. Attamen hi non ſatis ad auctoris mentem adceſſiſſe mihi videntur, quando apud eum legitur, primo τῶν Οὐόλσκων τῶν Πωμετίων, dein Πωμεντίου, quorum hoc Πωμεντίνου, illud Πωμεντίνων eſſe legendum, ex ſupra ſcriptis clare patet. Quapropter haud eſt dubitandum quin iſto etiam loco ſcripſerit Strabo Σούεσσα vel Σύεσσα τῶν Πωμεντίνων. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. III. cap. 8. p.* 1025. ſed pag. 1036. pro πρὸ δὲ ταύτης ἐςὶ Πρίβερνον καὶ Κόρα mavult πρὸς δὲ ταύταις ἐςὶ Πρίβερνον καὶ Κάρα.

pag. 363. Καὶ τὰς πόλεις τῶν ἄρτι λεχθεισῶν παροικίας πρότερον ἐσχηκυῖα) Locum, jam dudum commentatoribus ſuſpectum, ſic lego: καὶ τὰς πλείους τῶν ἄρτι λεχθεισῶν κατηκόους πρότερον ἐσχηκυῖα. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. c. 8. pag. 1036.

pag. 364. Οὐαλερία &c.) Apud Strabonem ſcriptum fuiſſe ſuſpicabar Οὐαρία τε καὶ Καρσέολοι: quod vocabulum poſtmodum exſcriptores corrupiſſent in Οὐαλερία. ſcilicet, quia id opidum in *via Valeria* poſitum erat: ni apud Anaſtaſium in vita Bonifacii IIII ita ſcriptum foret: *Natione Marſorum de civitate Valeria.* Ph. Cluver. Ital. Antiq Lib. II. c. 16. p. 783.

pag. 365. Μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανον Ἀρίκια &c.) Totum hunc locum ſic reſtituo: Μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν ὄρος Ἀρικία ἐςὶ πόλις, ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ. ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λανούβιον, πόλις ἄποικος Ῥωμαίων, ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. c. 4. p. 935, 936. & p. 939.

pag. 365. Στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ) In numero CLX ſtadiorum ingens eſt, non dixerim Strabonis errorem, ſed exſcriptoris mendum. Dionyſius Lib. VI. Συντυγχάνουσιν ἀλλήλοις ἀγχοῦ πόλεως Ἀρικείας, ἢ διέχει ςαδίους ἑκατὸν εἴκοσι τῆς Ῥώμης. id eſt: *occurrerunt ſibi invicem ad Ariciam opidum: quod CXX ſtadia ab urbe Roma abeſt.* Ph. Cluver. Ital. Antiq L. III. c. 4. p. 920.

pag. 365. Τὸ μὲν Λαουΐνιον) Legendum omnino Λανουΐνιον vel Λανούβιον *P. Merula Coſmogr. P. II. L. IV. c.* 22. Verum Carolus Patinus de Familiis Roman. pag. 198. in Græcis, ait, Strabonis verbis malo Λαουίνιον pro Λανίουιον ſcriptum eſt.

pag. 367. Τούτων δ' ἐςὶν ἱερεία καλουμένη.) Caſaubonus legit Ἰτέρνη a Joſepho Scaligero ſubmonitus a quibus auctoritate Ovidii diſſentio & lego Αἰγερία. *Conr. Samuel Schurzfleiſch. de Templorum Antiquitatibus* §. III. *pag.* 765. *Oper.*

pag. 367. Τούτων δ' ἐστὶν ἱερεία καλουμένη) Casaubonus hic pro voce ἱερεία scribendum docuit Ἰτέρνη. scilicet, quia *Juturna fons ac dea* circa hæc loca aliis memorantur auctoribus. Verum ne hoc quidem subsistere potest, quando nemo auctorum *Juturnæ fontem* circa nemus hoc & lacum templumque Dianæ posuit, & nos supra Lib. II. cap. 10. ostendimus, circa Albanum & Savellum opida eum fuisse, ubi hodieque fons corrupto per simplicitatem adcolentium vocabulo dicitur *Volturno*. Lego igitur: τούτων δ' ἐστὶν ἡ Ἡγερία καλουμένη. Nempe *Egeria Nympha* dicebatur *fons*, uti ex compluribus aliis mox patebit auctoribus. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III. c. 8. pag.* 922.

pag. 369. Φίρμον Πικηνόν) *Firmum Picenum*. Christoph. Colerus ad Valer. Maximum Lib. IX. cap. 15. scribit a pistorum multitudine haud ineleganter posse dici *Furnum Picenum*.

pag. 369. Αὔξουμον) Nescio an satis recte sit diphthongus ου in secunda Syllaba, Αὔξουμον. quando omnes alii Græci auctores, Procopius, Ptolemæus, & Plutarchus in Pompejo habent Αὔξιμον, & ita cuncti pariter auctores Latini tum lapides antiqui *Auximum*. Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. II. cap. 11. pag. 737.

pag. 369. Εἶτα καὶ τρουνόων) Mendum heic evidentissimum doctissimus Strabonis commentator ita purgare conatus est, εἶτα κηρρουμνόων. Verum ego malim totam vocem Latine formatam κασρυμνόβουμ. Sic namque eodem libro antea dixit Νοβουμκώμουμ. quod Latinis erat *Novum Comum*. Sic item eodem libro Etruriæ opidum scripsit Αἴκουμ Φαλίσκουμ quod erat *Aequum Faliscum*. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. II. c. 11. pag. 736.

pag. 369. Μητονμαρτεῖσαν Ἰταλικὴν) Berkelius ad Stephanum de Urbibus pag. 428. v. restituit Ἰταλίκην.

pag. 370. Καὶ Σοῦλμον) Hoc omnino falsum vitiatumque judico, pro eo, quod Strabo scripserat Σούλμωνα, ab recto casu Σούλμων. quidpe Latinis auctoribus pariter omnibus constanter dicitur *Sulmo Sulmonis*. Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. II. c. 14. p. 755.

pag. 370. Ἐκ τῆς Ἀμιτερρίνης) Malim legere Ἀμιτερνίνης, quomodo legisse videtur interpres & recte, nam supra pag. 349. hujus editionis ipsa urbs vocatur Ἀμίτερνον.

pag. 373. Ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός.) Scribe Ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς &c. Scaliger ad Eusebium pag. 59.

pag. 373. Παρ' αὐτοῖς) Omnino rectius αὐτῷ Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. c. 2. p. 1101.

pag. 373. Λίμνη εὐθὺς) Omnino suspicor pro corrupto vocabulo reponendum esse λίμην εὐθὺς. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. c. 2. p. 1117.

pag. 375. Καὶ ἐπὶ Νέαν πόλιν &c.) Satis apparet, numquam hæc loca inspexisse interpretem. quidpe, cum Baiæ citra Puteolos sint, qui heic cuniculus esse potuit a Puteolis versus Neapolim super Baias tendens. Ridiculum hoc sane. Alia exemplaria manuscripta habent Ἀπὸ νεας Νέας πόλεως καὶ Δικαιαρχίας ἐπὶ ταῖς Βαΐαις. Sed ne huic quidem lectioni sensus ullus sanus inest. Vide reliqua. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. cap. 2. pag.* 1129.

pag. 376. Τὰς δὲ Βαΐας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαΐου τῶν &c.) Corrige τὰς δὲ Βαΐας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαΐου, καὶ τὸ Μισηνὸν Μισηνοῦ, τῶν ὀδυσσέως ἑταίρων τινῶν. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. c. 3. pag. 1116.

pag. 379. Τὸ Σύρατον) Vulgata Strabonis exemplaria habent Σύρατον. At Surrentum illum intellexisse, ex ceteris auctoribus, tum hodierno urbis situ, patet. Quomodo ipse scripserit Strabo, haud facile dixerim: quum eodem libro ante Συρεντῖνος sit οἶνος. libro vero primo ipsum oppidum geminato ρ, Σύρρεντον. ut & apud Diodorum legitur Lib. V. & Dionem fine libri LII. Ptolemæus habet diphthongum ου cum unico ρ, Σούρεντον. sed diphthongum ex Romanorum desumsit scriptione, ut in plerisque Italiæ vocabulis. De cetero Σύρρεντον Græcorum omnium maxime ego provaberim. *Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. cap. 3. pag.* 1161.

pag. 379. Ἐξέλιπον τὴν νῆσον κατὰ στάσιν· ὕστερον δὲ καὶ ὑπὸ σεισμῶν ἐξελαθέντες) Forte legendum ἐξέλιπον τὴν νῆσον Χαλκιδεῖς (quos Cumas hinc condidisse testatur Livius libro VIII) κατὰ στάσιν. ὕστερον δὲ καὶ Ἐρετριεῖς ὑπὸ σεισμῶν ἐξελαθέντες. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. cap. 4. pag. 1165.

pag. 381. Ἴδιον ποιησαμένου κτίσμα) Lege κτῆμα. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. c. 4. p. 1165.

pag. 381. Καὶ Καλούδιον) Male, scribe Καύδιον. P. Merula Cosmogr. Part. II. Lib. IV. c. 29. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. c. 7. p. 1196.

pag. 385. Οἱ πικέντες μέχρι τοῦ Σιλάριδος &c.) En, quid hic monstrorum imperitus exscriptor formavit. Silarus amnis Picentinorum regionem separat a *veteri Campania*. ergo hæc fuit ultra Silarum ubi omnes pariter auctores ponunt *Lucaniam*. Item: post Picentinorum regionem, id est, trans Silarum fuere Ferentani. At hos omnes scriptores ad Hadriaticum ponunt mare, inter Picenteis & Apuliam ut infra cap. 8. videbimus Audiverat igitur hic exscriptor, Picentes apud Hadriaticum mare protensos fuisse usque ad Frentanos. Id ille postea per immanem errorem de Picentinis heic apud Etruscum mare perscripsit. Scribendum autem erat μέχρι τῶν Λευκανῶν. Verum duabus vocibus istis ἀρχαίαν Καμπανίαν nondum video quid faciendum. Videtur autem hoc Strabo voluisse, antequam *Picentini* huc deducerentur, *Campanos* incoluisse hunc agrum ad Silarum usque. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. Lib. IV. cap. 6. pag.* 1188.

pag. 387. Πρόκειται τὸ ἀκρωτήριον - - - - . ταῖς Σειρηνούσαις) Deest nomen promontorii ac participium; forte ἀντικείμενον. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. c. 14. pag. 1258.

pag. 388. Ὑφ' Ἀρπάγου) Ammianus Marcellinus Lib. XV. c. 9. vocat *Harpalum*.

pag. 388. Αἱ τῆς δευτέρας) Melius οἱ τῆς ἑτέρας. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. c. 14. p. 1251.

pag. 389 Χῶνες δὲ καὶ Οἰνώτροι) Dupliciter, credo, heic a Strabone esse erratum. Primum quod Oenotros a Græcis; dein, quod Chonas ab Oenotris, alienos facit. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. c. 16. pag.* 1323.

pag. 389. Οἱ δὲ τῆς Σικελίας &c.) Locum corruptum sic genuino sensui utcumque restituere conor. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Σικελίας τύραννοι, καὶ μετὰ τούτους Καρχηδόνιοι, τότε ἅπαντας τοὺς ταύτῃ κακῶς διέθηκαν. Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες, ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν ἀρξάμενοι χρόνων, ὕστερον μέν γε καὶ τῆς μεσογαίας πολλὴν ἀφῄρηντο, καὶ δὴ ἐπὶ τοσοῦτον ηὔξηντο, ὥστε τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον καὶ τὴν Σικελίαν. νυνὶ δὲ, πλὴν Τάραντος καὶ Ῥηγίου καὶ Νεαπόλεως, ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα. καὶ τὰ μὲν Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους κατέχειν, τὰ Καμπανούς. καὶ τούτους λόγῳ. τὸ δ' ἀληθὲς Ῥωμαίους. καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν Phil. Cluverius Ital. Antiq. Lib. IV. cap. 16. pag. 1321.

pag. 391. Ναπιτῖνοι) Lege Λαπιτῖνοι. Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. c. 15. p. 1290.

pag. 394. Οὐΐβωνα) Ἄγρων Ἀγρώνη ad Strabonis Lib. IV notavit Casaubonus & Νάρβων Ναρβώνη & Lib. V Οὔηρων, Κρέμων, Δέρτων. Quo minus admittenda conjectura ejusdem Οὐΐβωνα pro Οὐϊβώναν reponentis. *Jac. Gronov. ad Stephani Dodon. pag.* 303. *T. VII. Thesaur. Antiquit. Græcar.*

pag. 394. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου &c.) Hic locus partim corruptus, partim mutilatus est. Nam, quid hoc, quod duo inter sese contermini nominentur Metauri amnes, quorum alter nemini alii scriptori unquam memoratus? Deesse quædam post vocem ἕτερος: etiam aliis ante me perspectum est commenta-

mentatoribus. Ego ſic reſtituerim. Ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου ποταμοῦ ποταμὸς ἕτερος Κραταιίς, καὶ ἡ Ταυριάνα ἐςὶ πόλις. ἐκδέχεται δ᾽ ἐν τεῦθεν τὸ Σκύλλαιον. Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. IV. c. 15. pag. 1293.

pag. 395. Πεντήκοντα καὶ διακοσίους.) Numerus hic apud Strabonem conſtare non videtur; nam a CÆNY promontorio, quod Peloro Siciliæ promontorio eſt objectum, millia tot ſi verſus Lucaniam progrediaris, in ipſius Tempſæ incideris ſitum. *Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV. c. 15. pag.* 1292.

pag. 395. Πελωρίδα) Lege Πελωριάδα, ſic Polybius, & Stephanus, ſic & ipſe infra Strabo. *Ph. Cluv. Ital. Antiq. L. IV. c. 15. pag.* 1294.

pag. 395. Μέχρι τοῦ Ποσειδωνίου τῆς Ῥηγίνων στηλίδος) Columnam Rhegiam hanc depictam vide apud Cl. Gronovium Theſaur. Antiquit. Græcar. T. II. Tab. 51.

